

76

BIBLIOTECA

DE LA UNIVERSIDAD DE VALLADOLID.

Estante n.º


A-76

Tabla

Número

N. 282

A-76
N. 282



R. 847
*Theologia AntiJanseniana
 in Qua*

*Totum Jansenij Systema Evis-
 ceratur, et exploditur contra
 nonnullos sinistre illud
 explicantes.*

*Opus Posthumum P. Josephi Pas-
 tor Soc.^s Jesu Theologi, et in Supre-
 mo Inquisit.^s Hispanæ Senatu
 Regij Consularij.*

*Cum adjectionibus, et Complemen-
 tis alterius eiusdem Societa-
 tis Theologi.*

Theologia Antijanseniana
in Qua

totum Jansenij systema ex-
ceratur, et exploditur contra
nonnullos auctores illud

explicantes.
Opus Posthumum P. Josephi Pas-
tor Soc. Jesu Theologi, et in quibus
non Indignis Hispanis scriptis
Regij Consistorij.

Cum additionibus, et complimen-
tis alterius eiusdem Societa-
tis Theologi.

t

1.

Liber I^s Stara Jansenij.

Parag. I^s

De principio duarum delectationum relative Victricem.

I **X** **P**ro explorato habent controversis, Euthexum alia non cognovisse humanarum actionum principia præter concupiscentiam bonam, et malam, celestem et terrenam. Præterea statuit humanam voluntatem inter blandimenta gratiæ, et cupiditatis perpetuo fluctuantem semper subire jugum dominantis delectationis. Si fortior adveniat ipsa representat voluntati magnum bonum, maiore alterius rei commodo, quo affecta voluntate rapitur homo ad Christum dulcissimo captu... Si autem fortior concupiscentia superveniat, et illo victo nos rapiat in Spolium suum, rursus per spiritum eius verbi, et captivum sumus. His aperte docet: gratiam Christi, et noticiam concupiscentiam, esse in voluntate delectationem quandam, quæ illam permulcet, et ad consensum suavissime pellicit: nullam tamen delectationem consensum à voluntate exprimere, nisi ita animo dominetur, ut quamlibet aliam sibi ad

vexiam delectationem gradibus, aut intensio-
ne superet, ac vincat. lib. de sexu arb. pag. 131. et 177.

2. Paterea adstruit gratias debiles, in-
firmas, atque invalidas ad vincendam concupi-
centiam robustiorem, sub cuius imperio non
habet liberum arbitrium vixit, nisi ad ob-
temperandum validiori concupiscentiæ, et abi-
gendam inferiorem gratiam. Non liberum arbi-
trium cuius vis nulla est, quam ut regnante
super ipsum Satana spiritum, et gratiam re-
puat. Ibid. pag. 150, et 157. Opinatur igitur
Lutherus, Voluntatem nostram non moveri
nisi delectationis impulsu, vempex q̄ necessario
moveri superioris delectationis afflatu, cuius
sub impressione arbitrium esse relative impo-
tens ad actum oppositum eliciendum, consequen-
ter affirmat.

3. Huic Calvinus suffragatur asserens, huma-
nam voluntatem vempex moveri delectationis
pondere, nec a Lutero dividit asserente vo-
luntatem moveri dulcissimo raptu. Quia de-
lectatione, et proprio appetitu movetur. Ad
illum amandum, et expetendum illectare
premiozum dulcedine. Sic gubernari effica-
citer prosum corda, ut inflexibili affectu se-
quantur. Efficaciam divinæ gratiæ in delectatio-
ne validiore consistere innumeris testimoniis
ostendit: Impetuo delectationis affectu. Necessi-
tas, quam intusdit sub delectatione gradibus supe-
rioribus,

relativa est, et iuxta illum variabilis, tum se 2
flexibilitate potentie, tum motibus alternatiuis, qui
bus perpetuo est obnoxia voluntas, quando, nimi-
rum, Gratias potentiose donetur eorum duxit
ei. Lib. 2. Instit. cap. 6. num. 1. lib. 3. Cap. 3. lib. 2
cap. 2. lib. 3. contra Pighium.

4. Ex his aperte fluit; Lutherum, et Calvi-
num non agnosce, ut non nemo perperam im-
ponit necessitatem per actionem: Ut exque enim
expressis docet, et quidem passim Calvinus volun-
tatem nostram moueri dulcescens, et delectatio-
ne, quod eos diametro coactioni aduersatur.
Sequitur preterea, non agnosce, ac bene multi
arbitrantur, necessitatem fixam, et perma-
nentem; ait enim, fideles, et infideles, reprobo-
ac predestinatos flexibile, et variabili voluntate
gaudere, et quamvis opinetur gratiam Sancti-
ficantem, esse inamissibilem, nihilominus ventit,
Iustos aliquando peccare superioris concupiscentia
allectos, Deum vero illis non imputare peccatum,
et perpetuo eos protectione, et misericordia foue-
re. Iti breuiter pulsati superuacuum fore ar-
bitror inquirere, a quo accepit Iansenius State-
xam duplici delectationis?

5. Nusquam usam legimus alienum se-
tum lambendo perfecisse; effatam vero, et quasi in-
informem Lutheri, et Calvini prolem videbimus
Iansenium excolere. Est ait, hac de re clarissimus,
et preclarissimus Augustini locus, qui auxilii meae

innoxibus coarctatibus. Quod amplius nos delectat
secundum id operemur necesse est. Lib. 1. cap. 7.
in comment. Epist. ad Galat. Preclara isthac
Augustini sententia, que in eius ore sua
vem Sancta libertatis auxam respicit, à
Janenio deocta putidum fetorem, et tetrum
halitum in perniciem Catholicæ libertatis pere
flat. Otic enim perimus Calvinii coarctator, et
Augustini corruptor involvens sententias rex
moribus impeditis, de magni Parentis nitidissi
ma sententia molitus est eligere Palladium, et
mysterio iniquitatis, cunctis q. fere exnoxibus,
pro quibus tuendis Bajana, et Oxoniensis universita
natio, totis lacertis militat, infatum: Indeg in
felicio cerebrum nimia fumoritate desiccatum, in
subtiles, et tenuissimas phantasia diuolutum vupex
flus garrulitatis torrentes, quos adigor invitum re
sumere, profundi non exubuit.

C Delixavit in primis: humanam vo
luntatem non posse ad operandum moueri, abs
que prævia indeliberata delectatione, siue celesti,
siue terrena: gratiæ nimixum, aut concupis
centiæ. Voluntas sine delectatione velle, aut
moueri non potest. Hæc celestis delectatio
nis indigentia (ait) ut voluntas possit bene
velle, et operari, non eo natura voluntatis,
sed eo, ^{eius.} infirmitate ortum ducit: Delectationis
celestis necessitas, ortum eo infirmitate volun
tatis qua fit, ut nihil boni possit amplecti, nisi

S. 1. de grat. salu.
cap. 1 et 7.

Ibid. C. 7

quod delectet. Cenet enim hominis voluntatem 3
nativis pollentem vixibus, et nullo terrenarum
delectationum viuo retardatam, caelesti
illa delectatione non indignisse: Debilitatem
vero originali peccati vulnere ad virtutem
eniti non posse, nisi caelestis delectationis oleo
delibuta roboretur.

7. Delectatio caelestis, et terrena perpetuo in
ter se conflictu pro imperio voluntatis digladiantur,
quarum quae gradibus alteram superat,
secum ad comensum voluntatem rapit, quin vo-
luntas possit, ei, quae gradibus superior est,
resistere; aut illi quae gradibus inferior est,
valeat obtemperare, ac proinde unicum nos-
trae voluntatis munus est, delectationis domi-
nantis impressionem sequi. Quandiu in hac
vita mortali vivimus, esse in homine luctam
quandam duarum delectationum, noxiae, et
beneficae, caelestis, et terrena; neque voluntas po-
test inter duas, quae delectant eligere, nisi quod
delectando superaverit. Superior delectatio, sive ca-
lestis, sive terrena sit, ita voluntatem premit,
et constringit, ut nullo modo possit in actum
contrarium proripere. Cum igitur iustitiae, sive
peccati delectatio, sit illud vinculum, quo libe-
rum arbitrium in iustitia vel peccato ita firmi-
tèr ligatur, et retinetur... actus oppositus

lib. I. de grat. valv.
cap. 7. et. 2.

sit extra eius potestatem. Lib. 6. de grat. Salv. Cap. 7.

8. Dum vero contrarię delectatione & qua-
libus pugnant gradibus, tunc ait, voluntas ni-
hil operabitur, sed pendula, suprema, et in
æquilibrium remanebit. In conflictu duarum
delectationum æqualium pendula remane-
bit voluntas; Divinę gratię efficacia iuxta
Janenium eo sola graduum superioritate de-
sumitur, nec eo alio capite habet, volun-
tatem trahere ad consensum. Cum nulla
sit, ait gratia operandi præter vitam mani-
tatem Dei, nisi illa tanta fuerit ut ei ten-
tationum rerum delectationes cessent, vel
peccabitur, vel in medio remanebit. Est igitur quo
ad substantiam eo mente Janenij vera Christi gratia
seu medicinale adiutorium, celestis delectatio gradibus
superior, quę consistit in actu vitali indeliberato ce-
litus à Deo immiso, omnem voluntatis humanę de-
liberationem antevertentem. Delectatio ista celestis
secundum Augustini mentem, est actus vitalis in-
deliberatus animę, et quidem amoris, et desiderij
precedentis consensum. lib. 1. de grat. Salv. Cap. 11.

9. Insuper delectatio victrix de Janenij non
est per se absolute, et pro omni casu victrix sed
tantum relative: exit victrix quando gradibus
aut intentione validior sit; exit victa, si gra-
dibus ab altera superatur: quare eadem gratia,
quę in Cajo est victa, potest esse in Titio victrix
imo, et in ipso Cajo, si duxerit tentationis impetus.

lib. 1. de grat. Salv.
cap. 10.

Delectatio victrix relativa est, tunc enim est victrix ^{4.} quando alteram superat. fit tandem voluntatem cui gratia superior cupiditate dominatur, non posse aliquid mali facere, neque aliquid boni operari, dum urget cupiditas validior gratia: Quemadmodum hic ante gratiam huius delectationis non poterat quidquam agere boni, dominante ei sola delectatione creature; ita post eam abroptam, extinctam que penitus, nihil potest agere mali dominante sola delectatione creatoris.

lib. 8. de grat. Salo.
cap. 2.

10. Praemissa regula, legibus Statica a Renato Descartes stabilitis iniformes inveniuntur: ij vix vix Theologiae SS. Patrum, praesertim Augustini Conciliorum Statuta, et Scripturae Oracula ponitur proinde conculcit, ac perterbat. Neque operum demonstrare eorummodi Sanctiones Eibenz voluntatis motibus applicatas aperto Calvinismo, sive Praedestinatianismo rigido animum praeparare. Equidem, si humana voluntas semper necessario requiritur validioris delectationis impulsus, nec valet eligere, nisi quod delectando superaverit; quid interest inter hominem et belluam discernimus? Eodem quippe motu cooperiretur homo, etiam si non aliam reflexionem haberet quam appetitum brutorum, quae semper maioris propensionis pondere ducuntur. quod iam pridem Episcopi Parisienses noxant proscrinentes tanquam libertatis eversionem hanc propositionem. Homine in omnibus actionibus suis requiritur appetitum, et semper maiorem, Anno 1240. Quorum absurditas ut pateat, plura dabimus.

11. In primis falsum est, humanam voluntatem non posse sine praevia delectatione moveri, id enim licet verum sit in motibus prosecutionis falsum prorsus demonstratur in motibus aversionis, Odij aut terroris voluntatem moveri impulsu; Odij et poenarum inferni formidine, quis inficias ibit? Quis cogitaverit trepidantem hominem

quæ funestum aliquod spectum terret, sola delectatione
moueri, præsertim dum non valet quantumvis conetur,
terrorem, et metum à se fugare? Sed in his aliquan-
tulum immorari oportet.

12. Gratia actualis Christi nil aliud est, quam pia
motio, vel ^{ta} inspiratio, quam Deus in nostra volunta-
te producit. Hæc voluntati motio, vel inclinatur ad bonum,
vel auertit a malo: dum inclinatur ad bonum est gratia
prosecutionis, dum auertit à malo est gratia ^{te} auersionis,
et fuge. Si gratia inspirat amorem Dei propter
se, est inspiratio Charitatis. Si inspirat amorem Dei,
tanquam obiectum nostre felicitatis, et amor concupis-
centiæ distinctus à Charitate. Si inspirat amorem
virtutis est gratia amoris virtutis create. Gra-
tia auersionis vel habet pro obiecto malum quod
imminet, tunc est gratia, seu inspiratio timoris Sa-
lutaris, vel malum præsens, ut est turpitudinis peccati
quo feceramus, tunc est inspiratio Odij, seu detestatio-
nis. Ex odio, seu detestatione oritur tristitia Saluta-
ris, sicut delectatio oritur ab amore: Quare delec-
tatio non est formalitèr amor, sed effectus ex
amore ortus ^{ta} Augustinum. lib. III. de Civit. Dei. cap. 6
et 7. D. Thom. 1. 2. q. 31. art. 1. et q. 32. art. 1. Hæc tamen
necessaria concessio quæ inter amorem, et delectationem
reperitur, est in causa, cum August. gratiam medici-
nalem prosecutionis appellet delectationem Celestem,
et motum, qui nos ad bona create perducit terrorem de-
lectationem appellet.

13. Fuit inde 1.º; errorem esse asserere omnem omni-
no gratiam Christi actualem esse inspirationem Charita-
tis, seu amoris Dei propter se: quia fides nos docet dari gra-
tias, quæ nos mouent ad amandum Deum, tanquam obiec-
tum nostre beatitudinis, et ad amandam iustitiam, et pari-
tèr agnoscit fides gratias auersionis et fuge, odij, detestationis

et timoris Salvatoris. fit 2.: salum proxium esse omnem gra 5.
tiam esse Celestem delectationem: quia delectatio ista non
profluit, nisi ex amore, et gratia aversionis non est in se
amor: dico in se: quia scimus illam interdum suppo-
nere in nobis aliquem amorem: timor quandoque
oritur ex Charitate, et tunc appellatur timor filia-
lis, id est, timor per Charitatem impressus, distinctus
à timore servili, qui sine amore Charitatis subintrat.

14. Dum vero Janenius celestem inter, et ter-
renam delectationem conflictum describere molitur,
populari, et rustica statua animi motu ponderare
contendit. Auxificis libra in aequilibrio posita pendu-
la, et suspensa manet, quia aequali pondere grauitant
geminae lancee; si vero concipitur librae lanci, vel minimum
grani pondus superaddas, ruit aequilibrium, et lancea s-
tatim cadit. Ad utrum ergo modulum liberae volun-
tatis motu ponderare conantur mendaces filij homi-
num in statuis, in quo potius, quam ingenium men-
tis egestatem, et iudicij Inopiam ostendunt. Quasi ge-
minas in voluntate lancee contemplatur Janenius,
in quibus rationales collocat affectus: In altera lancea
cupiditatem ingerit, in alia gratiam imponit; incli-
nat nisi illecebris gratia, allicit ex adverso aequali vo-
luptate cupiditas: Si aequali impulsu pugnant suspensa
manet, ac si duxa Siles, aut Stes marsefia cautes: Si
vero vel tantillum accrescat concupiscentie afflatus proterius
in ipsam vexitur humana voluntas.

15. Videbis, optime lector, mirabili Janenij arte cor
humanum in versatilem ventis expositam supra tegulum
sagittulam, quae nunquam nisi in auxam fortius impel-
lentem mouetur, suspensam vero, dum pari a utroq. la-
tere quatitur impulsu. Si voluntas: ex una parte ce-
lestis auxa interna, ut quatuor impingat, ex altera

infernus Aquilo, ut quatuor etiam fortis exouolat: tunc
immota iitit, si tamen eae Aquilone accersat Sybilus
auxa tenuis, tunc voluntas cadit, et sub Aquilone mo
xatur. Quod hoc immanis est? Non potest liberi arbi
trij virtus à Deo natura indita, quod in ea tenuis
simus auxae impetibus operatur, se ipsa efficere? Non
valebit se se comitem prestare gratia, dum eam fe
re aequali voce pulsat gratia? Et ne illa volun
tas, cui dictum est apponit tibi ignem, et aquam,
vitam, et mortem, ad quodcumque volueris porrigere ma
num? Perfectio si post Adae lapsum adeo imbellis, et
infirmata voluntas facit, ut nec moueri possit, si
non eam fortior delectatio manu ducat, ubi nam
est activa voluntatis indifferentia? Quo abiit libe
ri arbitrij facultas electiva, quam fides docet, con
cilia, et SS. Patres constantissime deprecant?
No. Nec modo dolosa demonstratur Jansenij state
ra, quando inaequalibus agitatur ponderibus, sed in
hoc maxime mentiri videtur, dum suspenditur in
aequilibrio: Voluntas enim suorum actuum domina
est, et si aliquando valet suum exerceere dominium,
tunc potissimum, quando aequali affectuum pondere
in utramque partem impellitur: tunc enim per
fecta libertate, tam physica, quam morali gaude
re notum est, ac proinde facillime poterit, si velit
diximixe licet. Libertatis physicae tunc perfectio
minuitur, dum altera inclinatio excrementum
accipit, quod vanè ita augetur potest, ut impossi
bilitatis morali metam perstringat. Nunc subsumo:
Si quando motiva allicientia, et retrahentia a qua
li pondere insistent, et pari impetu voluntatem vo
cant, non potest voluntas utriusque partis resolvere
certamen, et se Sociam dare parti, quam maluerit,

quando exercetur voluntatis virtus et dominium elec
tium?

17. Dicere nec prodest, voluntatem tunc casu, non
alieno impetu capi, nec consentum eius a validiori
impulsu extorqueri, sed potius ipsa volens, faciliq[ue]
sequitur robustiorem delectationem amplectatur.
Id, inquam, non sufficit ad salvandum dominium
electivum voluntatis, postquam damnata est pro
positio asserens: Quod voluntariè sit, etiam si neces
sario fiat liberè tamen sit. Terrendum ergo est, vo
luntatem humanam in conflictu duarum delectatio
num, sive alternantem, sive æquali, sive dispari impe
tu oblucentur, posse se se pro mita in partem quam
maluerit determinare, nec aliter libertatis pu
ra vexari.

18. Dolorem igitur Jansenij statenam corporibus
adaptatam relinquamus, et cum Magno Barilio
videre, et asserere liceat cavillatorium nova
torum apparatus, non minus ingratum sapienti
bus, quam Catholicæ infernum libertati. Corpo
rea pondera, ait Barilius, libæ momenti ex
ploramus, quæ vero in vita eligenda sunt libero
arbitrio dicemus, quod et statenam vocavit,
eo quod æqualem motum in utram libere partem
capere possit. In ps. 16. Maxima pergo, quæ propriam
vendicant sibi sedem pro conceptu lictis eratuendo:
His enim vel si perfunctorie legantur, liquidi &
prehendi existimo quanta judicij temeritate D.
Aug. adhibetur, tam imperita cogitatio ex Lu
theri, et Calvinii scribis deliberata, Importunè
Scopum vi queas non in inventu difficilis: Sua
dexe tentat Janseniani, quod integro ore proferrè
exuberant nimirum, liberum arbitrium &

perditum fuisse in natura lapsa post Adami peccatum.

Paragraf. 25

Magistrorum Berti, et Belli doctrina ponderatur.

19 Consilio Janenitii commendabile est Magistros Bertum, et Bellium Augustinianos ad stipulari vel cogitare tantum praeculum foret. Aliud enim est descriptionem aliquam heresim redolere, aliud longe diversum descriptionis auctorem heresim suspectum reputari. Utorum neminem campo, illam, quam ponim facultate, Theologicè impugno. Verum sicut enim Lympha per abrupta praesiliens quo plus inter crassa quatitur, eo clarior, et salubrior apparet; Sic aqua doctrinae, a qua permissa et laudata inter Catholicos concertatione, purior in arena crebris ictibus extrahitur. Et consilio, tantum Janenij propositiones in statena contentas summam acrio, ut afferrem huic systemati aliorum ostendam Theologorum doctrinam. Absentionum itaque Janenij summa eodictis haec est 1. In conflictu duarum delectationum, quae gradibus superior est, semper vincit. 2. Divinae gratiae efficacia ita est in delectatione gradibus superior. 3. Efficacia delectationis caelestis non est absolute victoriosa sed tantum relative, scilicet, modo efficax ad gradum contrariae delectationis. 4. Libellum arbitrium necessario succumbit validiori delectati, nec se determinat in aequalibus suspensive se habens. 5. Delectatio caelestis consistit in actibus inde liberatis, omnem voluntatis determinationem antecedentibus.

20. Quid Mag. Belli hac super se statuatur?

breuitex expono: docet in primis, principium dua- 7
rum delectationum, gratie, et concupiscentie, gra-
dualitatem agnoscit, et infallibilem victoriam delec-
tationi gradibus dominantem tempen adtribuit. Et
moxes ait, ab Augustino ponderibus comparantur
... porro nullam pondus eleuat, et in contrari-
am partem retroquet, nisi eandem gravitate De Stat. creat. nat.
et maxitate antecellat: igitur nec dilectio in lib. 1. cap. 19.
perat cupiditatem, nisi eidem perfectione superet,
et addit Librum. arb. succumbere delectatio-
ni dominanti hancq. necessitatem inducere: Quo-
riam preueniente concupiscentia per delectatio-
nes suas indeliberatas ad malum, interdumque
deficiente victrice delectatione gratie, ambitu Ibid. t. 1. lib. 4. cap. 28.
um succumbit, et in contemptum ruit: illam consue-
uit Augustinus appellare peccandi necessitatem.
Asserit ulterius necessitatem a superiori de-
lectatione inductam non esse absolutam, sed tan-
tum relativam. [Si fortior est vincit... bono su-
perno magis delectanti consentiat, Ibid. cap. 27.
Clarius. In illa carnalis cupiditas in corde ho-
minis suas delectationes illicientes trahentesq.
ad malum: Sicuti suas quoque gratia sanctas delec-
tationes impingat trahentes de malo in bonum, sed
parua, et invalida gratia quamvis ad bonum exci-
tet, stimuletq. a fortiori cupiditati delectatione
superatur s. Tom. 1. lib. 11. cap. 27.

25. Efficaciam divine gratie ritam esse in delec-
tatione celesti indeliberata. 2^{ta} graduum superio-
ritate relative victrice consequenter affirmat:
Efficacitas gratie in eo rita est, quod 2^{ta} delectatio,
et illuminatio tantum accendatur, et crescat, et
vineat: Otenim ut Augustinus docet: Quod ampli Tom. 1. lib. 3. cap. 6
us nos delectat, secundum id operemur necesse

Jom. 1. lib. 4
cap. 18.

est; qui motu in mente hominis omnem deliberationem
antevertit, simplex dilectio dicitur, qui vero ad illam
sequitur, dicitur conventus. Concipit tandem cum Jan-
senio sentiens Celestem delectationem relative vic-
tricem in natura lapsa unicam subvenire infir-
mitati per Adami peccatum lapsi hominibus in-
ductam. Huius gratie proprium est... Subvenire
infirmitati voluntati humane; ut indeclinabitur o-
peretur (Jom. 3. lib. 14. cap. 203.)

Jom. 3. lib. 14. cap. 11.
pag. 200.

22 Eodem magni Parentis Augustini frater. Mag. Berti
haud secus Jansenio collimare videtur, et quomori contra-
ti Bellellio penitus adhaereat à Jansenio discrimini con-
tendit scribens: In equali gradu concupiscentie et gratie
gratia concupiscentie non concupiscentia gratia succumbet:
quia homo etiam sub equali virtute maiorem habet incli-
nationem ad malum quam ad bonum. Hoc tamen discrimen
nullius momenti est, neque exorem temperat, neque
erexuat difficultatem. 1. Quia Jansenius suum etiam
exorem modificare gestit, annexi voluntatem, casu quo
contrarias delectationes equalibus concurrent viribus, vel
peccatorem, vel superbiam fore. Quod si non cedant gra-
tia terrena delectationes, vel peccabitur, vel in medio
remanebit voluntas. Lib. 4 & grat. Salvo. cap. 7. Id ipsum
Mag. Berti, per hec verba, Cum trahitur animus
delectatione vancta, et noxia, nunquam se inclinabit
in unam potius quam in alteram, sed pendebit aequali, do-
nec una sit altera robustior. Ibid. pag. 130. 2. Quia
etiam admitta limitatione a Berto inducta con-
sequitur, voluntatem humanam necessitatem
esse ad sequendam concupiscentiam nedum gra-
dibus fortiozem, sed etiam quando equalibus pug-
nat viribus adversus gratiam; quod ut
perspicuum est, exorem non minuit sed po-
tius confirmat dicens: Augustinus docet,
nos necessariis sequi pondus delectationis domi-
nantis: quoniam sine delectationis dono
prevalet rationi concupiscentia, cuius de-
siderij non obedire non possumus absque gratia salva-

toxi. Gratia Salvatoris est gratia efficax, concupiscentia
superior, quā absente, ait voluntatem necessariō peccare, quod
perinde est, ac non posse diuinijs carnis non obedire.

23. Afferit ultra Berti, necessitatem, quae ex dominante
delectatione promanet, non esse absolutam, sed tantum relativam. Tom. 3. lib. 11. cap. 8. p. 155.
Constat, ait gratiam gradualitatem habere, nec semper esse vic-
tricem, ob reluctatē concupiscentiam... Delectatio non est ea Ibidem. cap. 11. p. 153
dem in omnibus, sed modo efficax, modo inefficax, et habet Cha-
ritas, et gratia gradus suos. Scribit tandem, divinae gratiae
efficaciam consistere in caelesti delectatione indeliberata gradi-
bus superante concupiscentiam. Gratia efficax est victrius delec-
tatio, seu Charitas, quae superat contrariam delectationem. Ibid. cap. 8. ad prop. 2. pag. 153.

Et in motibus indeliberatis consistere gratiae efficacitatem sup-
ponit, et passim docet Mag. Berti. Nec removeat eam aliquo-
ties non absolutam, nec antecedentem, sed purē consequentię ne-
cessitatem vocari; ea enim est salutatis inolei, fucum facere, nec
sibi constanti apparere.

24. Estimare igitur ex superioribus licebit, Augustini sen-
tentia prepostere interpretata, incautum circumvenire Jameni-
um intendisse, ut ex illa victrius delectatione Bajana dogmata
suo pondere fluant: Si enim dua delectationes, seu amores, videli-
cet Coelestis Charitas, et terrena cupiditas, ita inter se humanę
voluntatis divisum habent impediū, ut omnes omnino eius actio-
nes, vel à Coelesti delectatione, vel à terrena cupiditate necessariō
promanent facili ostenditur via sustinendis principijs à Bayo,
Jamenio, et Quenello statutis, quibus Catholici DD. originem,
unde Scaturiunt fere omnes combusti errores, praesentere: nimirum
Baj Prop. 38. Omnis amor creaturae rationalis, aut vitiosa est
cupiditas, quā mundus diligitur, quae à Joanne prohibetur, aut
laudabilis illa Charitas quā per Spiritum S. in corde diffusa De-
us amatur, Jamenius: Quod non nisi duplex dilectio sit, vel lib. 3 de stat. nar. l. 1
esse possit creatoris, et creature, Dei et mundi, ex quibus omnis cap. 22.
actio humana proficiscitur, Quenel. prop. 11. Non sunt nisi duo

amores, unde volitiones, et omnes actiones nostrae nascuntur; amor
Dei.. et amor, quo nos ipsos, et mundum diligimus. Tribus acce-
dit prop. 7 inter 31. Omnis actio deliberata humana est Dei
dilectio, vel mundi

25. Ut ergo illa Augustini auctoritate exores sub eius
umbra latitantes evanescant, opera praetium duci xiuu
lum ditortum in nitidum originale solum reducere: in
hoc Augustini effato: Quod amplius nos delectat secundum
id operemur necesse est. Longissime dividet ad adversario-
rum mente S. D. Senius. Non negamus humanam vo-
luntatem, ut fluximum moueri ad operandum aliqua,
sive caelesti, sive terrena delectatione. Trahit sua quem
que voluptas. Nec ambigere est, voluntatem nostram, dum
unum pra alio eligit, et libere amplectitur, hoc ipsi magis place-
re: in quo sensu verisimum est Augustini dictum; quod etiam
intelligi valet, non de necessitate, qua inuit voluntatis actibus,
sed de illa, qua omnes alie anime, facultates subditae sunt impe-
ris voluntatis; nec desunt, qui velint loqui Augustinum de
necessitate morali. Fatemur Deum interdum nos efficaciter
mouere ad operandum per caelestem delectationem, non xaxiofor-
tioxem, nonnunquam debilioxem aduersa cupiditate; Error tamen
Jansenij in eo cubat, qd velit, in conflictu duarum delectationum
indeliberatarum, necessariis victixem, et efficacem esse, qua gradi-
bus contrariam antecellit, eo quo superius ponderata absurda re-
sultant. Perly delectat non intelligit Augustinus actum indeli-
beratum, in quo actualis gratia praueiens consistit, sed amorem
liberum, quo obiectum quodpiam efficaciter prosequitur, et pure
delectatio appellatur. Est enim hoc D. Thom, omnis amor delectatio
quedam 2. 2. q. 32. art. 3. et. 6.

26. Loquitur ergo manifeste Augustinus, non de praevia indeli-
berata delectatione, et perpexam cum Jansenio eius alumni
exponunt, sed de illa deliberata delectatione que ortum ducit
eo libero voluntatis exercicio, et libera arbitrij electionem

presupponit. Hanc esse ^{ti} S. D. mentem plurimum congestis testimoniis
js Catholici D. D. demonstrant, quae praeterire juvat, tum quia pas-
sim obvia, tum maxime, quia ex ipso ^{ti} S. Doctoris textu, si integer,
nec à propria sede rebus accipiat, legitimus ostenditur
sensus. Agit enim eo loci Augustinus de jr, qui humane glorie,
spreto sumo quidquid religioni, ^{Et} honestatis est amplectuntur virtu-
tem vitijs preferunt, et consequenter amplius illis delectantur ama-
lucis, quam tenebrarum opera. De hoc igitur pietatis exer-
citis libero, ex quo oritur quaedam necessitas, quam nos ipsi
inducimus, loquitur Augustinus; eamque consequentem ap-
pellamus.

27. De amore illo libero iustorum, quo virtutem vitijs
praetulerunt, oritur delectatio, in illis nimirum inquit. Sp.
^{ti} S. fructus regnant, regnant vero, quandiu ad eo delectant, ut
firmam contra lenocinantis concupiscentie illecebras retinent
voluntatem, ne in peccatum ruat. Regnant ergo (ait. S. D.)
spirituales isti fructus in eo, in quo peccata non regnant: reg-
nant tantum ista bona, si tantum delectant, et ipsa teneant
animum intencationibus, ne in peccati consensionem ruat: Quia
quod amplius delectat, secundum id operemur necesse est. Et in-
fra, illorum statum, qui secundum hanc iustitiae regulam ope-
rantur significans ait: Secundum hanc vivunt, secundum
hanc operantur, ut non regnante in nobis peccato ad obedi-
endum desiderij eius, sed regnante iustitia per charitatem,
cum magna delectatione faciamus quidquid in ea placere
Deo cognoscimus. Iamrenius denegat Augustinum loqui de
deliberata delectatione, quae oritur ex libera voluntatis
electione. Id pariter inficiatur Berti dicens: Solent re-
pondere adversarij, S. Patrem loqui de abituale delectatione,
gratis vanificantis, vel de illa delectatione, quae non prave-
nit voluntatem, sed oritur ex libera voluntatis electione;
sed utraque responsio apertissime falsa est, nec indiget confutatione,

Mixabile proxius confutandi genus: dixit Augustini verbis ostendimus ipsum loqui de deliberata delectatione, et Beati respondet, hoc esse falsum, nec indigere confutatione, praevexit cum praecipuum controuersiae scopus sit, Augustini mentem eo ploxare.

28. Pro se Augustinus fallacem aduersariorum interpretationem increpando loquatur. Si delectatio indeliberata gradibus superioribus semper infallibiter traheret voluntatem ad conuenientium, semper hinc faceret quod amplius illi placet magisque delectat, sed hoc iuxta Augustinum est falsum; quia de se ipso ait: Non faciebam, quod incomparabili affectu mihi magis placebat, ergo. Nec obstat dicere, scilicet Doctorem loqui de delectatione speculativa, prout intellectui representatur, non de practica voluntatis delectatione: hoc enim gratis dicitur, quia affectus proprie ad voluntatem pertinet, non ad intellectum. Agit ergo de practico illo affectu, et delectatione quatenus afficiebatur, et quidem de delectatione deliberata necessitatem excludente, quod quis non capiat, iterum audiat Aug.^m Quomodo voluntate credo, si trahet? et respondet; trahit sua quemque voluptas, non necessitas, sed voluptas: da amantem, et scit quid loquor, si autem frigido loquor, non scit quod dicam, Tract. 26 in Ioan. sub init.

Tum praeterea, per victricem voluptatem non trahi quemquam physice indeclinabiliter, aut necessario ad bonum, ipse palam ibidem demonstrat Augustinus exemplis ineluctabilibus dicens: Rarum viridem ostendit oxi, et trahit illam: nuce pueri demonstrantur, et trahitur; Et quod currit, trahitur, amando, trahitur, sine leisione corporis trahitur. Si ergo ista, quae inter delicias, et voluptates terrenas revelantur amantibus trahuntur, quoniam verum est; trahit sua quemque voluptas; non trahit Christus revelatus a Patre? Quid enim fortius desiderat anima, quam veritatem? En utique moralem veritatis attractionem non physice indeclinabiliter necessariam, qua allicit, moventque voluntatem ad opus bonum, non assimilitur ac pueri alliciuntur attracti.

lib. 8. de Confes. cap. 8.

Hinc rursus ostenditur, quàm præpostere Janenium, et sequa
cer Augustinum intelligant, dum pro sui erroris suffragio dictum
proferunt axioma longè à sua sede revulsum, quòd amplius
nos delectat, secundum id operatur necesse est. Necesse istud
morale est, cum plexumque sic fiat, non physicum, quòd nec ali
ter fieri valeamus: et delectatio ea ad mentem. S. D. non
indelibata, et à Deo sine nobis immisa, sed amata, sed vo
lita, sed concupita liberè à voluntate eam trahit ad ultio
res actus ipsi delectationi conformes atque illius sequelam li
berissime cum gratiæ viribus continuantes.

29 ^S
Parag. 3.

Principium duarum delectationum propug
tum à Mag. Berti.

Tantum abest, ut ullam apud Cordatos Theologos principium
duarum delectationum tulisset commendationem, ut patius tan
quàm oblesarum mentium abjectionem vnum, et originale malum,
de quo pessima seges ad suffocationem Augustiniana doctrina pu
lulat, uno sensu explodatur. Hoc vix valde tritum, et decanta
tum Janenianos axioma magnopere Mag. Berti axioma,
ea propter aciem, quæ flagrat ingenio, ab hæresos labe omnibus pug
nis detergere conatur. A nomine delectationis incipiens operose
nimis Thomistarum Augustiniensiumque prolixum ingerit ca
talogum, ut probet, divinam gratiam nomine delectationis intig
nari, in quo contexit importune tempus: Ius enim in Augusti
ni libri adeo hospes inveniat, qui ignoret. S. Doctorem ad demo
strandam gratiam superam per sepe uti nominibus delectatio
nis, dulcedinis suavitatis aliisque similibus ab amore derivatis? ^{lib. 2. cap. 2. ad Bonif.} Ex
gò benedictio dulcedinis est gratia Dei. Iua propter non obli
tam, quo eandem velit nomine vestire, sive eam appellet Charitatem

diffusam, infusionem Charitatis, concupiscentiam bonam, boni cupiditatem inpirationem dilectionis, delectationem, suavitatem, voluptatem, aut jucunditatem. Hæc enim verba sunt, quibus nihil aliud, quam actuale gratiam, præcipue ad voluntatem spectantem, Hæc cum Augustino significare conveniunt.

30 Cum ergo per importunum sit de nominibus inixertamena, mihi concilium exit suadere in exordis Berti lucubrationibus Principium duarum delectationum Janenium adoptari, et apertissime foueri. In illis enim stabilitur Prævia delectatio indeliberata relative virtuosæ, cuius tota virtus, et efficacia ex sola graduum superiortate desumitur, quo semel statuto, arduum nimis, nisi multum fallax, apparet Janenium consuetudinem declinare. Ad hoc compertum est, tanquam rivulus ex suo fonte prosilire de principio duarum delectationum quinque Janenij famose propositiones, ut vel ipsi cultiones Janenij denegare non audent, ac proinde palam profitentur eiusmodi principium admitti non posse, quin tanquam vix quinque Janenij propositiones sustineantur. Consequentem docent D.D. orthodoxi, neubiquam sufficere ad ejundam Janenij heresim memoratas quinque propositiones averuaxi, nisi ultra principium unde præmanant, explodatur; semel enim admissio duarum delectationum principio, qui Janenij quinque damnatas rejiceret propositiones, haud recus deliraret, ac q ille qui admittit causa necessaria denegaret effectum.

31. Quam bonè id mouerit. Mag. Berti, vel ex eo suadetur, quod indicare gerens non deesse Hæc, qui arbitrentur posse quidem duarum delectationum principium impune tueri dum modo abigantur consecutiones, quæ ex eo profiscuntur ingenie nihilominus concludit: non tantum quinque propositiones, verum etiam principium duarum delectationum in ipsis contentum cum ipsis fuisse pariter ab Eccl. confisum.

Sic enim scribit: / Do etiam eo Janseniano principio quoniam 11.
que prescripta theses manare, et ne contentiosus videat, ulte-
rius pronuntio: Jansenianum duarum delectationum prin-
cipium, ut supra explicatum est, non consecutione tan-
tum, sed ex parte in damnatis propositionibus contineri,
atque Ecclesiam una cum eisdem propositionibus damna-
re. Et rationem à Romano censore delibatam exhibet:
Quia inverisimile est Romanam ecclesiam dam-
nando heresim Jansenianam, huius radicem non prece-
sam, evulsurumque, sed fixam adhuc ad eadem germinam
emittendam idoneam reliquisse, Syst. Aug. Vind. Diect. V.
cap. 3. fol. 111. num. 1.

32. Si tamen à Bexto petas, quo numine dum talia no-
verit, fatale duarum delectationum principium, anathe-
mate combustum rutinexie auferat? Respondet: aliud est
principium duarum delectationum, ut defenditur ab Au-
gustinianis Theologis; aliud vero principium duarum delectatio-
num, prout à Jansenio statuitur. Quod si ulterius quæras
discrimen versans Jansenium inter, et Augustinianos in
statuendo eiusmodi principio in plurima verba profusus nil
aliud prodit, præter simplicem assercionem, qua firmat
principium illud prout à Jansenio inducitur libertatem
evextere, vices vero prout ab Augustiniana Schola sta-
bilitur. Principium duarum delectationum rejicien-
dum est in sensu Jansenij, non in sensu Theologorum Au-
gustinianorum: a nobis defendi libertatem indifferentis
sub quacunque delectatione vel terrena vel caelesti quod
planè Jansenianum principium subvertat, Id vepius in-
culcat, et argumentum a paritate spernit tanquam in-
substantum, et rursus explodendum: fateatur enim quinque Jan-
senij propositiones ex Jansenij principio premanare; vices

vero à principio Augustiniano. Dixit. V. cap. 3. fol. 417. n. 4.
fol. 418. n. 5.

33. Hoc sanè effugium licet tyoxinibus implicandi apposi-
tum, omnino ^{de} prolixiorum est: Quia idemmet principium
eisdem notione, et attributi vestitum, eisdem prædicatis orna-
tum nulla interiecta variatione eundem sortiri effectum
necessarium est iuxta vulgatum illud: Idem manens idem
natum est semper facere idem. Nec alio eo capite DD.
Catholici Principium illud Jansenianum infensum liber-
tati reputarunt, nisi quia inducit prævias delectationes
indeliberatas graduum superioritate relative victrices,
scilicet notionem proximè explicata, sed principium duarum
delectationum, prout à Berto innotuitur, eandem inclu-
dit delectationes: ergo libertatem interimit, et necessitatem
antecedentem operatur. Quam obrem, si libertatis hostis
juxta Jansenium habetur, quia principium duarum delecta-
tionum sustinet, quo pacto qui idemmet principium fovet,
ac propugnat libertatis cultor existimabitur; nisi velit Berto
suadere, benè cum libero arbitrio conciliari principium illud,
de quo ecclesia canit libertatem prorsus labefactare?

34. Neque obstat dicere: principium duarum delectatio-
num fuisse confisum in sensu Jansenij, non in sensu Au-
gustinensium; quia Jansenius assererat illud libertati nocere,
et Augustinenses vero pugnant eiusmodi principium omni-
nò illasam reliquere libertatem. Hoc inquam, non valet:
non enim probat, aliud esse principium Jansenij, et aliud
principium Bertinum, sed idemmet principium a Janse-
nio estimari noxium libertati, et a Berto libertatis so-
cium: Indè que consequeretur, Ecclesiam minime censuram
tulisse in principium duarum delectationum à Jansenio sta-
tutum, neque illud tanquam falsum prædam ~~esse~~ nasse, sed tan-
tum Jansenij sensum, id est, constitutiones Apostolicas sugillasse
dumtaxat, non Jansenij doctrinam in principio duarum

delectationum contentam, quae pura, et illibata est, sed sal 12
rum Jansenij praesudicium, quo sinistrae dellus, principium il
lud libertatem indifferentiae praescindere autumavit. Nec te
merè id contendere Bextum suspicari potest, qui dum ur
getur, et arguitur de conniventia cum Jansenio, Respondet:

Quid ad me si Jansenius aliquando vapuit? Disert. 4. cap. 3.

fol. 95. num. 4. et de conflictu concupiscentiae, et gratiae agens,
scribit. Le Nos... unde Janseniani perverta illatione deducunt
nullam dari in hoc statu gratiam sufficientem, cui voluntas
libere existat, meliori, et legitima consecutione inferre ipsam
sufficientem gratiam, Disert. 4. cap. 3. fol. 179. n. 5.

35. Praeterea, Si ut impunè ponit principium duarum de
lectationum Juxta, sufficit pronuntiare illud non adversari in
differentiæ libertatis: à nobis defenditur libertas indifferentis
sub quacumque delectatione, profecto ipsemet Jansenius absol
vendus erit; ipse enim plexurq. docet delectatio^m indelibera
tam relative victicem libertatis juxta reueneri, et liberi
arbitrii actiuam indifferentiam conseruare. Ceteras humanas
uicæ actiones, ait, non solum sine violentia, sed etiam cum qua
dam indifferentia contradictionis, imo, et contrarietatis fieri cre
dimus, iterum de victicæ delectatione ait: Nec illam li-
beræ voluntatis indifferentiam tollit, quam Recentiores
Scholastici postulant, nec veteres asserere lib. 6. de grat. christi.
lib. 4. de nar. leg. cap. 11. eadem modo liber
tas iam dicta voluntatis sub illo Christi adiutorio (delectate
coelesti victicæ) incolumis manet, quo sub physica praedetermi
natione Thomistarum. Audiatur Bexti disert. 5. c. 3. parag. 4.
Quare hoc pacto Systema nostrum defendimus comparatione
Thomistica; fixum ergo sit, ad remouendam heresis supitio:
nam non sufficere simpliciter proferre delectationem inde
liberatam relative victicem bene cum libertate conseruari.
Nec video, quo rationis filo sustineat Bexti delectationem victicem

libertatis indifferentiæ veniæ, cum aliunde doceat stante
concupiscentia validiori non posse voluntatem illius illecebræ
resistere. Sine delectationis dono prævenit rationi concupis-
centia, cuius desiderij non obedire, non possumus. Clamitat se-
pe Berti se Jansenij errorem totis visceribus averfari: sit ita:
non obliito, liceat tamen monere cum Augustino. Quod quidem
non ipse sentit: sed hoc sequitur illa, quæ sentis, muta ergo an-
tecedentia, Si vis vitare sequentia, lib. 2. de adulter. conjug.
36. Thomistarum patrocinium ad illosum sensa frustra confu-
giem inuocat, Scribens: Nos in delectatione victrice statui-
mus efficacitatem, non ad Jansenij trutinam, sed ad princi-
pia prædeterminationis physice, et delectationis absolute vic-
tricis; Mixta equidem præterijse Berti male auguratum
Excusationem esse, à Thomistarum agmine supplicia implora-
re, postquam versutus Jansenius pari effugio ad fascinandum
imperitos, paud tolleranda catholice Thomistarum doctrine in-
juria, eorum pallio, et execrando exemplis obduci, meditatus
est. Et quidem proximè audiimus Jansenium asserentem
Libertatem humanam sub delectatione victrice eodem modo
in columnam manere, quo sub physica prædeterminatione Tho-
mistarum ipse perpetuo garrit, se nihil statuere, quod cons-
tantè Schola Thomistica non probavit. Deo teste declaro, inquit,
nunquam mihi animum fuisse recedere ab eorum. (Augustini,
et Thomæ.) sententia; sed contra quod semper mihi legem fœce-
rim eorum, tanquam et Magistorum iniurere documentis,
et consequentè suam victricem delectationem appellat præ-
determinationem.

37. Recursus ad Thomistarum castia foveæ nequaquam
potest Magistro Belli, pro cuius statutis acerrimè pugnat
eius confrater Mag. Berti; ille enim apertè firmat physicam

Thomistarum prædeterminationem omnino evextere liberta 13.
tem. Berti vero Scholæ Thomisticæ subsidium ibi perfidenter
apprecatur, et in dixerimine Gravesonum ad oppitulantium
intexpellat: mixanda tamen causa est cum testes à Bero in subsi-
dium producti contra producentem insurgunt. Ecce inter meos
testes, vel inter nostros constituo iudices, quem putasti Patrum tuum,
Sic cum Augustino. Citat pro se Berti Gravesonum asserentem, lib. I. cont. Jul. cap. 6.
gratiam efficacem indeliberatam relative victicem iuxta gra-
dum superioritatem esse aliquorum Thomistarum sententiam, ac
proinde, delectationem indeliberatam relative victicem in sen-
su Thomistarum non officere libertati. Cum Gravesonus fateatur
sententiam de gratia efficaci relative victice iuxta gradum
superioritatem esse aliquorum Thomistarum, dum in Gist. ait,
delectationem relative victicem esse dogma Jansenij, intelligen-
du est de delectatione victice superiori injiciente necessita-
ti vinculum,

38. Gravesonis mentem diimulat, vel ab ea longe Berti
coorbitat: Nunquam Gravesonus dicit delectationem indilibe-
ratam relative victicem esse Thomistarum sententiam, poti-
us diversissime, et coarctate docet, eiusmodi delectationem, pro ut à
Berto deducitur esse Jansenianam Augustino adversam, et
ab Ecclesia præscriptam: quam obrem Gravesonis asserentem, non
modo est, ut male auguratur Berti, delectationem, que necessi-
tatem inducit esse Jansenianam, sed delectationem indelibera-
tam relative victicem, qualis à Berto adstruitur, esse Jansenianam,
et necessitatem antecedentem inducere. Hoc quidem
eius testimonia demonstrant.

39. Nunc evincam, ait Gravesonus, doctrinam Jansenij, et Gist. 6. p. 221. 249.
Jansenistarum, qui internam gratiæ efficaciam constituunt in
delectatione Cælesti indeliberata relative victice, et superiore

terrena concupiscentia, fuisse ab Ecclesia proscriptam. Hu moniti
(subdit) luce meridiana clarius demonstratur, doctrinam Jan
senij, constituentis naturam, seu efficaciam, et essentiam gra
tiæ in caelesti, indeliberata delectatione relative viciose su
periore opposita concupiscentiæ delectatione, penitus esse alienam
a doctrina Augustini. Nunc probandum viciose capitale
hunc Jansenij errorem de gratiæ efficaci delectatione rela
tive, seu per gradus viciose, et superiore concupiscentiæ terre
næ delectatione fuisse de jure optimo ab Ecclesia proscriptum,
tanquam virulentum principium, ex quo profluunt quinque
Jansenij propositiones. Iterum Berti explicationem retri
bit Augustinum exponens. Hanc delectationem, quam s.
Augustinus ait ingenerari in anima nostra à gratia, non
esse delectationem indeliberatam, quam habet voluntas hu
mana in suis operationibus, ad quas determinatur à gratia
se ipsa efficaci. Quid ad hæc Berti?

40. Delectationem necessitatis vinculum afferentem esse
Jansenianam, et ab Ecclesia censura combustam ambigit ne
mo, delectationem indeliberatam relative viciose à Ber
to factam, Jansenianam esse, et necessitatem laxatam in
ducere, luce meridiana clarius esse opinatur jure optimo
opinatur Gravesonius, qui suam tandem confirmat mentem
eo exuditissimo Masouie: Doctissimus ille Theologus, ait, Diser
tissime proficitur iuxta doctrinam s. Augustini, et Thomæ,
Caelestem delectationem gratiæ, non esse indeliberatam, nec
antecedentem, seu non antecedere determinationem volun
tatis humane, sed illam caelesti gratiæ delectationem esse
deliberatam, seu natura efficaciæ gratiæ minime reponi de
bet in caelesti indeliberata delectatione quæ antecedit

Jom. 2. Epist. 6
Edit. Rom. p. 223

P Gravesonius.

Ibidem, pag. 231.

determinationem, et consensum voluntatis humane, sicut 14
falso Jansenius, et eius discipuli contendunt Epist. 6. pag. 242.

Caput. 2^m

De natura delectationis

Parag. 1^s

Præterita delectationis deliberatio impugnatur:

11. Ex præmissis diffitenti non licet, etiam supra
gratibus Thomistis, delectationem indeliberatam relative
victicem non posse sine libertatis exsternio sustineri
ut bene testatur Gravesonius, qui post constitutionem Unigeni-
tus scripsit. His convictis fortasse Bexti Jansenium notam esse
remouere conatus fretu ingenio cuncta componere cavillatorio mo-
limine cogitavit. Potius hæc, ait, ad concordiam reuocare deseren-
do nimiam, delectationem relative victicem esse deliberatam,
et simul indeliberatam, si tamen querat, quo pacto velit diffe-
rentias essentialiter oppositas eidem affigere delectationi? facile
respondet esse indeliberatam ex parte Dei, deliberatam vero ex
parte nostra; si tamen eius mentem sedulo introspicias, pluri-
ma ad rem non conferentia verba, sive manifestam petitionem
principij, vel manifestam in terminis implicationem ad inuenies.

12. Ut tamen, qua fieri potest omnis æquivocationis occasio præcida-
tur, per necessarium ducit gratiæ actualis constitutionem ab ipomet
Bexto adoptatam præmittere, Gratia est, ait, actus intellectus, et
voluntatis, sive illustratio mentis, et inspiratio voluntatis etc.

tui nimirum illi quos Deus in nobis sine nobis libere operanti
bus, operatur iuxta Aug. lib. ad simplic. q. 2. et Anasie.
can. 9. et 20. Predicti actus indeliberati eo parte intellectus sunt,
vel apprehensiones, vel iudicia bonum suadentia. Eo parte vo
luntatis sunt, vel desiderium faciendi actum quem Deus nobis
precipit, vel actus amoris Dei, vel cuiusvis alterius boni ad sa
lutem conducenstis.

¶ 3. Id maxime observatum velim, quod licet actus amoris
Dei quem Deus in nobis sine nobis infundit, et in quo actua
lis gratia preveniens consistit possit accedente sufficienti adven
tentia libere continuari (quod aliquando accidere potest) non prop
terea dicere fas est, ut indiget Deo probare, omnem gratiam
efficacem consistere in actu eiusdem tendentis, cum actu libe
ro: sepe enim irradiatur intellectus simplici apprehensione
et voluntas complacencia pura in obiecto, qua excitante mo
vetur ad actum liberum eiusdem obiecti prosecutionum, quo
apposito evanescit Deo argumentum, et xuit concordia, quam
ut statuat infundit causam cum effectu, actum liberum, cum
actu necessario gratiam prevenientem, cum adiuvante, quid
plura & audiamus Deum.

¶ 4. Tentat probare, gratiam victricem in delectatione caele
sti consistentem esse simul deliberatam, et indeliberatam: et
sub his terminis procedit: Si gratia accipitur eo parte Dei,
quatenus est ipsa misericordia movens, et charitatem q̄ ins
pirans, nullatenus cum vera deliberatione coniuncta est, si
tamen consideretur eo parte nostra, est ipsa delectatio simul
a Dei inspiratione, et voluntate nostra promanans, et a Deo
intime presente promota. Qui vero tam argutam concordie

explicationem audiat? cum enim questio sit de delectatio 15.
ne victrice à solo Deo in nobis sine nobis infusa, hac prox
sus prætexmisa tantum loquitur de Deo supremo delectatio
ni auctore, et de effectu libero à delectatione, et voluntate nos
tra procedente. Clarius: ut probet Berti delectationem victri
cem esse indeliberatam, ait eandam esse à Deo indistinctam.
Deus delectationem inspirans est gratia considerata ex parte
Dei, deinde id, quod à Deo, et voluntate nostra efficitur ait, esse
delectationem deliberatam, cum certum sit, actum libere pro
cedentem à voluntate nostra adjuncta gratia non esse delecta
tionem indeliberatam à Deo in nobis sine nobis infusam im
plicat enim fieri sine nobis, id quod à nra voluntate libere 135.
promanat.

45. Hec iterum inculcat dicens ibid / Constat tradi à me de
lectationem indeliberatam, quatenus est Divina inspiratio,
deliberatam vero, quatenus est velle liberum, seu deliberatus
assensus à Deo per illam inspirationem, et à libero arbitrio
inspirazione suffulto, cum potestate indifferenti, et liberrime
elicitus, argute dicitur! Probat delectationem esse deliberatam
eo eo quod actus procedens a delectatione, et voluntate sit li
ber. Argumentij est posita delectatione indeliberata non esse
liberum consensum ab ea et voluntate procedentem, et ipse
respondet delectationem esse deliberatam, quia consensus ab
illa profluens deliberatus est. Contendimus a mente Graveso
nus, et nobilioribus Thomisti delectationem indeliberatam re
lativè victricem libertati nocere, et Berti respondet: neuti
quam esse noxiam libertati, quia consensus ab illa elicitus liber
est. Hoc saloaxe contendit asserens: delectationem indeliberatam

seu actum amoris in quo gratia praeveniens constituitur, ac
cedente advertentia fiti actum liberum: quod eadem delecta
tio est simul deliberata, et indeliberata, sed contra est: quia
posita delectatione indeliberata relative victice voluntas
poterit utique p. dicta delectatione instructa, accedente adver
tentia illi consentire: sed non libere.

46. In his non nihil immorari oportet: Beati statuens
delectationem caelestem esse simul deliberatam, et indelibera
tam ex eo suadere petit, quod gratia praeveniens in delecta
tione sita, sit actus indeliberatus, et idemet actus acceden
te sufficienti advertentia libere continetur, quo plane fiet
eandem delectationem esse simul deliberatam, et indelibera
tam. Hoc tamen sustineri non potest. 1. Quia contra omni
um Theologorum doctrinam aperte labefactare tentat prin
cipium illud sanctum, et inconcussum producentis inter et pro
ductum distinctionem maximam intercedere, seu^{ut} Schola
loquitur, realem simpliciter, quo catholici probant distingui
realiter personas Divinas contra Sabellianos. Vel ergo delec
tatio victice indeliberata quam Deus operatur in nobis sine
nobis, est principium actus supernaturalis libere, quo Deum
diligimus, vel non? ab utroque enim praescindere, impossibile
est. Si 1. Producentis a suo producto annexi indistinctum,
si eademmet delectatio actum producentis est actus ipse
deliberatus a delectatione productus? Quis vero ita sapit,
nisi qui plane deridet? Immo ad probandum Patrem Aeq
tatum a Filio, huncque, et Patrem ab Spiritu s. realiter
et vere distingui. Si ergo 2. eligas, quod dicere nequeas;
negabis, penitus necessitatem gratiae interioris superna
turalis, quae ad nil aliud necessario ab Scripturis, Conciliis

et Patribus, Augustino præsertim inducitur, quam ut 16
voluntatem elevet ad supernos actus medio suo influen-
ti oportune eliciendos. Aut ergo delectatio victici tua
otiosa est, aut ab actu libero voluntatis distincta est, nequit
igitur subistere esse indeliberatam, et Deliberatam si-
mil ex hoc capite.

2^o Quis unquam, vel fidei lumine de-
titutus adeo obtenebratus cerebrum somniavit; Deum ipsum
verum posse secum per identitatem adsciscere quid crea-
tum? Ita nè, doctissime Benci, lucem veritatis, ac pieta-
tis consilium deseris, ut proprio, et privato iudicio nuti-
nendo monstrum hoc effutire contendas? Quid ergo pro-
fers dum dicis, D^s delectationem inspirans est ipsa gratia,
eo parte Dei, et rursus: constat tradi à me delectationem
indeliberatam (in qua unice gratiam a se consistere) quate-
nus est divina inspiratio, deliberatam vero, quatenus est, ve-
lle liberam; nisi aperte pronuntiare, Deum esse creaturam?
Actus scilicet creator finitos limitatos, liberos creature
identificari cum gratia, hoc est victici tua delectatione,
et hanc esse verè, et non participative Deum ipsum?
Idem in quod barathrum labarij. Utio iam minora
maioribus, quæ quique eo huiusmodi facile inferre poterit.

17 Distinguendoy ergo est id, quod solus Deus in nobis
sine nobis operatur, ab eo, quod Deus, et homo simultaneè
conficiunt, catexq; sive præcisiones, sive reduplicaciones,
quibus hæc veritas obnubiletur procul abigendæ sunt. ¶ Illag.
sententiarum sic ait: silla gratia præveniens, quæ et vir-
tus est, et non usus liberi arbitrij est, sed eo ea potius est
usus liberi arbitrij, quæ nobis est à Deo, non à nobis: Utus vero

¶
Omnes Igi in hoc
sensu perpetuo locuti
sunt.

libere arbitrij, et a Deo, et nobis, et ideo bonum meritum
est ibi enim solus Deus operatur, hic Deus, et homo Sent. 2
dist. 27. Sic etiam omnes qui pro dignitate Theologica re-
moti involucris de gratia et libero arbitrio scripserunt:
Iun imò ipsemet Beati qui argumento obstrictus eiusmo-
di caliginos recurrit reduplicaciones, dum non urgetur
de extermínio libertatis, per delectationem victricem
inducto, à communi sensu ~~ne~~ non recedit, dicens. Idem
et Alvarus tradiderat sententiam D. Thomæ, et Thomistarum
esse, quod auxilium Dei... sit in illis aliquid distinctum rea-
liter ab eorum causis secundis impropria, quæ s. Beati et
memorata delectatio relative victrix, de qua, asserit improprie
sententiarum, eandem identice esse simul deliberatam in quo
causam cum effectu, et actum liberum cum indeliberato
coordinat, et confundit

48. Præterea motus gratiæ excitantis, et actus delibe-
ratus voluntatis realiter distinguuntur, et influxus gratiæ
adjuvantis est idem realiter cum actu deliberato, quia
nihil aliud est quam actio eius, propt ab aliquo principio
supernaturali procedit: q. realiter distinguitur à motu
gratiæ excitantis. 2. Quia motus gratiæ excitantis vit
in nobis sine nobis libere operantibus et influxus gratiæ
adjuvantis implicat fieri sine nobis, cum sit actio ipsa, qua
sit actus fidei, Charitatis, et similes alij. 3. Quia motus gratiæ
excitantis sepe resistitur, ut constat ex Anselmo, et Triden-
tino adjuvanti vero nunquam resistitur. 4. Quia gratia
adjuvans nunquam datur, nisi homini actu consentienti: gratia

Operationibus. Lo-
quitur Alvarus
de prævia motione.

enim adjuvans est ipse influxus Dei, qui non distinguitur 17.
ab actione ipsius hominis, huic xerisi non potest ut Arist.
ait. Res quando est necesse est esse, vult ergo Bexti in
sua concordia gratiam pævenientem, et adjuvantem,
atque utriusque influxum pexturbare, et simul totam
Divinæ gratiæ Economiam, et Divinæ sapientiæ, et bonita-
tis Thesauror, ut suum modulum amplificet, conxerare.
Deus enim, iuxta Augustinum, et Prosperum, varijs,
mixis, et occultis modis nos trahit ad bonum, iuxta capa-
citatem, et diversas hominum dispositiones, et ut concor-
dia Bexti subibat, opus est totam gratiæ extensionem ad
iudicium infirmum respectu intellectus, et ad actum unde
inflexi possit eundem actum indeliberatum flexi à volun-
tate deliberatum: iuxta ordinem Divinæ providentiæ
interdum Deus per timorem, interdum per amorem
nos excitat ad eundem consensum. Et quando homo
operatur ex habitu infuso, tunc gratia pæveniens non
operatur, ut principium physicum, quia sufficit habitus
cum voluntate; sed tantum inclinatur, et si veli grati-
am operari non operatur, ut principium necessarium
49. Non me fugit Bextum, ut statuat indeliberatio-
nem delectationis victricis, eam distinctam à Deo inspi-
rante constituere. Deum delectationem inspirantem est
gratia ex parte Dei quo in auxilium auerit Phyl-
Theologos, qui formas etiam accidentales in ordine gratiæ
repellunt, decernentes eadem esse à Deo indistinctas;
Id tamen potius ad obscurandam veritatem quam ad
enodandam difficultatem intrudi videtur. Ratio est

manifesta. Iulia memorati Auctores, haud secus Ber-
ti in illa delectatione prout est formaliter libere aliquid
a Deo distinctum profiteri tenentur, Doct. Saguens, quo
nemo coculiorum numine hanc Philosophiam illustravit,
in suo systemate Gratiae Philo-theolog. quart. l. art. 3. hunc
sibi solvendam proponit objectionem. Effectus gratiae ex
parte Dei non potest esse illuminatio passiva: quia haec il-
luminatio est necessaria, et effectus gratiae debet esse liber
huic argumento respondet distinguendo effectum prove-
nientem ex parte Dei, nempe inspirationem, ab effectu pro-
cedente ab inspiratione et voluntate, et sic procedit. Gratia
expectata ex parte animae recipientis est effectus gratiae
expectatae ex parte Dei conferentis, quatenus ex parte
animae recipientis est passio, et ex parte Dei conferentis,
est actio. Nihilominus iste effectus, quem fateor esse ne-
cessarium, et fieri in nobis sine nobis, non est ille, quem in-
terest esse liberum; nam ille, quem interest esse liberum,
est effectus gratiae collatae simul, et receptae. Iste effectus
est omnino liber quatenus anima, licet illuminata, quan-
tum necesse est ad hoc ita credat, ut speret, ita amet po-
test non credere, non sperare, non amare, quantum haec
recedant a Deitina concordia nemo non videt, cum re-
fugiant omnes ita contrigi, ut affirmare teneantur diffe-
rentias essentialiter adversas ineundemmet actum conflue-
re, et consociari posse.

So. Iti implicatus in secundam incidit contradictionem
annexendo, victricem delectationem esse indeliberatam ante
consensum liberum, et non esse ante consensum liberum in-
deliberatam. Sic enim scribit: Apparet ex hoc scripto, quo

134 modo gratia, seu Divina inspiratio, quae est actus vitalis inte 18.

lectus, et voluntatis praecedat nostram deliberationem, et quo modo accedente consensu libero voluntatis fiet voluntas deliberata, et causa effectivus operum illorum, quibus inest ratio meriti, et libertatis, si vero scisciteris, quomodo delectatio praecedens nostram deliberationem. expectat consensum nostrae voluntatis, ut deliberata fiat? Respondet ante consensum liberum, et ante omnia libertatis opera esse deli-

135 beratam: Si ergo, inquit, ante quaelibet opera libertatis, et meriti statuitur a me, cum delectatione deliberatio: proculdubio necessitas, quae oritur ex nostro systemate est necessitas dumtaxat consequens, quid hoc hominis est? Si non potest intelligi delectatio deliberata nisi accedat consensus liber: accedente consensu libero fit deliberata, quo pacto fit deliberata delectatio ante quaelibet libertatis opera?

51. Urgetur Berti: Non fit primo deliberata per consensum liberum delectatio illa, quae ante consensum liberum est deliberata. Sed per te ante consensum liberum est deliberata: ergo non fit primo deliberata per consensum liberum. Minorem probat Berti dicens: ante quaelibet libertatis opera a me statuitur cum delectatione deliberatio. 2. Per te delectatio victivus, prout est actus vitalis non est deliberata, sed prout est actus vitalis antecedit omnia libertatis opera: q. prout antecedit omnia voluntatis opera non est deliberata; sed per te prout antecedit omnia libertatis opera est deliberata, ante quaelibet libertatis opera sit deliberata delectatio: q. prout est actus vitalis est simul deliberata, et indeliberata, libera, et necessaria, antecedens

et consequens, libertati favent, et inimi libertatis.

52. Profecto ex eo quod voluntas consentium præstat delectationi præque indeliberatæ, nequaquam inferri valet, consentium esse liberum: ut exim talis denominetur, teste etiam Craverson, requiritur, ne sit ⁱⁿ deliberata delectatio, seu non antecedere consentium voluntatis; natura efficacia divine gratiæ, scribit, nimirum reponi debet in caeteri delectatione indeliberata, quæ antecedit consentium, et determinationem voluntatis humane, ut falsè Jamrenius, eiusque discipuli contendunt, præstat utique delectati indeliberata relative victici suum consentium, hoc tamen non trahit, consentium esse liberum à necessitate, sed tantum suadet, esse spontaneum, et voluntarium, quod non sufficit, ut sit liberum, ut antecederat Bajus. prop. 39. Quod voluntarie fit, etiam si necessitas fiat, liberè tamen fit. Quid enim juvat, quodpiam voluntate fieri, etiam cum plena advertentia, et vigili intellectu, si voluntas tunc in unam partem premitur determinata, et coarctata?

53. Conficiam victici delectationis deliberationem aggredebatur explicare Berti: Quem ad modum, ait, juxta communem Theologorum Sententiam, gratia preveniens, et efficax consistens in actibus indeliberatis intellectus, et voluntatis, et inde efficitur actus deliberatus; Idem nos de inspiratione delectationis ultio libentique fatemur; neque enim aliud reponere possunt, nisi aut illam gratiam in actibus indeliberatis institutam esse causam actus secundi procedentis ab ipsa gratia, et facultate, et delectatione liberi arbitrij, aut eundem actum prout divinitus inspiratum, deliberatum quoque esse, prout elicitur à voluntate ad

54. Quid hæc adversarius faveant? non capio: Certissimam omnibus Theologis est, quod gratia excitans, seu preveniens in prædictis actibus indeliberatis consistens, elicit cum voluntate consentium ab actibus indeliberatis distinctum: quod tamen id præsit, ut suadeat gratiam seu delectationem esse simul deliberatam, et indeliberatam, non facile augurari potest: Quare, dum Berti ait: Idem nos de inspiratione delectationis libenter fatemur rogandus est: An cum communi Theologorum sententiâ asserat, actum à voluntate, et delectatione dictum esse realiter distinctum à delectatione, vel non? si anuit? xuit argumentum, quod suadere tentat, gratiam, seu delectationem esse simul deliberatam, et indeliberatam; et tantum sequitur, delectationem esse indeliberatam, et affectum procedente à deliberatione, et voluntate esse deliberatum. Quod attinet ad secundam disiunctivæ partem tenendum est: neutiquam velleitari Bertum, eo quod asserat, eundem actum à Deo Divinitus inspiratum fieri posse deliberatum accedente advertentia; fateatur tamen Berti opus est, non sufficere voluntatis advertentiam, ut actus denominetur formaliter liber; fatetur ultro teneatur, actum indeliberatum, prout elicitur à voluntate adjuva inspirationis auxilio, includere aliquid distinctum à delectatione indeliberata, medio quo rationem sortitur liberi, laudabilis, et meritorij, quod non reperitur in delectatione indeliberata relative vice versa, recole dicta à num. 46.

55. Nec adversarius faveat decerptum testimonium à Varquio, in 1. 2. quæst. 185. num. 4. dicente. [Eandem vocationem.

In System. Augustiniana
no direct. 4. c. 3. parag. 2.
Jo 3.

seu inspiracionem s^m et primum voluntatis motum subitum
dici gratiam operantem, et prevenientem, et simul conco
mittantem, et cooperantem, eandem, inquam, divexio modo con
sideratam, nam quatenus consentum nostrum antevexit, est
operans, et preveniens; quatenus vero permanens in nobis
efficit nobiscum consentum, est cooperans, et committans, nam
ita consentum nostrum est à Deo, et à nobis, ut Deus non solum
immediate physice ad eum concurrat, sed media cognitione
illum in nobis efficere dicatur.

56. Sed cum Varquij effatum præsunt adaptare ad ver
sarius? Præstantissimus iste Theologus explicat, Deum immédia
te physice concurrere ad effectum, cui prius ingenere cause mo
ralis suadentis, media inspiratione concurrerit; propterea gra
tiam prevenientem constituisse cum voluntate nostra principi
um actuum consentus supernaturalis elicitorum liberè ab
utroque procedentis. Idem tamen Berti ad Varquium;
Nonne Varquius, dum gratie prevenienti virtutem
activam, et physicum influxum attribuit in consen
sum liberum, à gratia, et voluntate profluentem,
constituit gratiam per delectationemⁱⁿ deliberatam rela
tive victicem, omnem voluntatis determinationem ante
vertentem? minime: quo ergo spiritu audeat Berti repone
re Hæc eandem nos scripsimus Tom. 3. pag. 94?

57. Nec maioris momenti est Subsidium ex Bellarmino
auertitum: postquam enim diffusum Emin. Card. ingexit discus
sum, sic concludit: Vult Bellarminus, voluntatem nostram
esse motam, quatenus Deus solus eam movet, suadendo, hor
tando, consulendo; mouentem tamen, et motam esse inquam
tùm Deus simul cum ipsa operatur, velle deliberatum;
Quare juxta Bellarminum, in voluntate quatenus

per inspirationem istam mouetur, et trahitur, nulla releuet **20**
electio, nulla deliberatio, quae tamen deliberatio, et electio re-
peritur in eadem voluntate, prout Divina inspiratione li-
berè assentitur, mouetque se ipsam Canimus Suxdis. Bel-
laxminus nil aliud docet, nisi quod apud omnes Theologos p^{er}-
picuum est: nempe voluntatem nostram unice à Deo esse mo-
tam per excitationem gratiae praevientis, quae sit in nobis
sine nobis libere operantibus, et voluntatem nostram eiu-
modi gratia munitam libere operari concurrende Deo ad
ipsam liberam operationem immediate physice, quo fit, vo-
luntatem nostram in ipsa libera operatione, simul esse
motam, et se ipsam mouentem.

58. Iniurit tandem. Non repugnat, quod liberum arbitri-
um in ordine ad receptionem auxilij efficaci aliquomodo se
habeat passivè, et simul libere diversis rationibus, et expli-
catum est: Neque enim Divinum auxilium, quantumvis
efficax de se prout progreditur à Deo exercebit suam ef-
ficaciam, sine nobis libere operantibus, sed iste bonus con-
sensus non praevient gratiam, potius ab ipsa praevenitur,
Ita confundit gratiam cum eius influxu: Dicimus ergo,
voluntatem nostram se habere omnino passivè in eius
receptione, sive gratia sit efficax, sive pure sufficiens,
Non est in hominis potestate quod ei veniat in mentem,
ut dixit Augustinus, neque in arbitrio hominis est, quod
vocetur auxilio efficaci, aut inefficaci. Quod vero semel
recepta gratia efficaci per delectationem indeliberatam
relative victicem, voluntas libere se habeat in
assensu illi praestito numquam suadet Berti, et perpe-
tuo probandum supponit. Scimus auxilium efficax

92 nunquam exerceere suam efficaciam sine operantibus,
hoc omnibus comperitur: implicat enim, quod auxilium
efficax se solo consensum nostrae voluntatis eliciat; sed ali-
ud est, non exerceere suam efficaciam sine nobis operan-
tibus, et aliud valde diversum non exerceere suam effica-
ciam sine nobis libere operantibus. hoc opus, huius labor
est, de quo non curat Bexti. Casus quo Deus infunderet
voluntati auxilium adeo vehementer, ut liberum arbitri-
um penitus obstrueret, tunc quidem nec auxilium suam
efficaciam exerceeret sine nobis operantibus. Quod inten-
dimus est, voluntatem nostram instructam delectatione
victorie, prout Bexto stabilitur non posse illi cooperari
libere: quia tunc casus consensus non exit libere in se,
nec in causa, ut posse procedens a determinatione antece-
denti, et inimpedibili, et a causa invincibiliter deter-
minata ad unum, et a determinante gradualitatis pon-
dere antecedenter, et independenter ad omni volunta-
ti determinatione.

59. Hoc expresse docet Angelicus praeceptorum
quest. 22. de verit. art. 6. et lib. 2. physic. lect. 15. | Ex
hoc aliquid dicitur esse necessarium, quod est immutabili-
ter determinatum ad unum. | Necessitas, quae dependet
a causis prioribus est necessitas absoluta ergo non est
conditionata, aut hypothetica, qd infra confirmat dicens, Quod
habet necessitatem a causa efficiente, est necessitas absolute,
quod autem habet necessitatem ab eo, quod est posterius
in esse, est necessarium eo suppositione, sed neces-
sitas, quae provenit ex delectatione victorie indelibe-
rata, non prevenit ab eo quod est posterius in esse,

sed à causa priori, et efficiente, ergo non est necessitas 21

consequens, et eò suppositione, sed omnino antecedens, et
libertatis evexiva. ^Pfecto non alio eò capite Catholici

DD. arguunt, delectationem vitiosam Jansenianam
esse libertati infernam, nisi quia docet: Delectationem vitio-
sam extrahere voluntatem ab indifferentia agendi
eamque (solo delectationis pondere) determinate agere,
vel non agere, velle, vel non velle lib. 3. de grat Chri. cap. 11.
et quidem, si vitioso delectatio sola majoris intensio graduali vir-
tute facit voluntatem, cui adjungitur determinate agere, et pra-
vie voluntatis indifferentiam resolvit, dominium electivum prio-
ri evanescit, ut eò. D. Thom. conclamat cum Masoulie,
Gravesonius dicens. Juxta doctrinam S. Augustini, et Thomæ
Celestem delectationem gratiæ non esse indelibatam, nec
antecedentem, seu non antecedere determinationem volun-
tatis humane, sicut falsò Jansenius, eiusq. discipuli antecidunt
Epist. 6. Edit. Rom. Tom. 2. pag. 212

60. Porremo absurditatem doctrine nec ipsemet Berkepo-
tuit non patefacere, dum dicit Si gratia consideretur eò
p. nostri, est ipsa delectatio simul à Dei inspiratione, et
à voluntate nostra promanans, à voluntate tamen, ut
à Deo intimè presente promota Do tibi, preclare Ma-
gister, quod monstris quidem simillimum est, eandem ipsam
delectationem prevenientem nè lato quidem ingue ab ar-
more libero voluntatis differre. Nunc à te quero, et que-
nam est promotio Dei intimè preventis, à qua delectatio
libera voluntatis promanet? Non delectatio preveniens
voluntatis motum; Non hæc prete abiici potest, et resiti:

Syst. August. direct.
4. Cap. 2. pag. 122.

Dirext. C. C. J.
pag. 51.

cave ne quid simile affingas promotioni. Clarius. Non est gra-
tia vanae inspirationis, tum quia per illam dat D. in nobis
sine nobis infirmas illas, et debiles voluntates; Tum praeterea
quippe in omnium sententia (agnosca verba tua) gratia illa
que respectu unius actus est tantum sufficiens, respectu alteri-
us efficax esse debet! Neutrum horum promotioni inexesi-
tibili convenire potest. Erat go promotio delectatio victorios;
fateris ita. Jam vide. Peste delectatio victorios est gratia
efficax considerata ex parte Dei intimè presentis, et hac
sua presentia inexesitabiliter promoventi voluntatem; sed
per te hæc eadem est gratia ex parte nostri, hoc est, ut
aj, ipsa delectatio simul à Dei inspiratione, et à volunta-
te nostra promovetur, à voluntate tamen, ut à Deo in-
timate presente promotæ. Ergo eadem met est promotio, ac
delectatio promotæ; idem principium, ac effectus, idem actus
primus voluntatis, ac secundus. Erat ne ista vera crea-
ta libertas? Ubinam gentium?

Para. 2^s

Modus conciliandi libertatem cum delectatio-
ne Victrice à Bellelis inventus, tanquam Jan-
senianus exploditur.

A Beato auxilium
ministrat doctrina
Bellelli, et

Co Nihil proclivius quam affici exa suis, imò alini-
me conisecrata cuique affectio est. Confratri ergo Ater-
minis thomistarum petus suadere tentat, delectationem
indeliberatam relative victricem non inducere necesita-
tem antecedentem veram, absolutam et propriam,

sed tantum consequentem, et eo suppositione. Itaque supposita 22.
Victorie delectatione, ait: Agat tunc operetur, que necesse est, De modo reparat.
necessitate tamen consequente est illationes. Et quamvis eo lib. 3. cap. 6, p. 129.
proxime productis D. Thomæ Testimonijs probatum sit, delecta-
tionem victoricem indeliberatam, necessitatem inducere omnino
antecedentem, et libertati hostilem; hoc argumento pretext-
mulo, reor Bellellium diuini necessitatem consequentem, et
eo suppositione adhibuit delectationi victorici, non posse in-
telligi in sensu Thomistarum, se^a mentem Jansenistarum,
qui planè auerunt, delectationem Victoricem non causa-
re veram, et propriam necessitatem. Sic Arnaldus
ad 1^m Jansenij propositionem ait: Necessitatem que resul-
tat eo absentia gratiæ, non esse absolutam, et propriam,
sed eo suppositione. Cui prelusit Lanchius Calvinista
dicens: Nihil simpliciter, et perse impossibile præcipit
Deus. hoc est eo accidenti,

C. J. Thomistæ pro concordia physiceque determinationis cum
libertate oriuntur terminis necessitatis consequentis et eo
suppositione; et mihi pluribus suadetur, Bellellium longè
diversum adoptare sensum: In primis ait, physicam præ-
determinationem Thomisticam, evertere proxiè humanam
libertatem indifferentiæ; et protuendo hoc asserto, ipsam mi-
titur cum Jansenio fundamentis. Sic Bellellius: Planè
libertatem indifferentiæ omnino subvertit physica præ-
determinatio generalis motoris descendens necessario eo
capite supremi dominij, et dependentiæ essentialis.
è contra verò gratia efficax salvatoris, eo capite dependentiæ

De stat. creat. nat.
lib. 2. cap. 25.

l. 8. de grat. Chri.
cap. 2.

essentialis à nobis non statuitur, Eandem Jansenius
dipaxitatem assignat inter gratiam salvatoris, et physicam
predeterminationem Thomisticam: Predeterminatio phy-
sica necessaria statuitur omnibus agentibus eo vi causæ
secundæ, quæ essentialiter, tam in esse, quam in operari
debet. Christi adjutorium non ita, sed legæ volunta-
ti propter solum vulnus necessarium est, quod ei infli-
xit peccantibus voluntatis audacia. Et subdit: Christi ad-
jutorium non propter generalem causæ secundæ à prima
dependentiam... Sed propter solum liberi arbitrij impo-
tentiam, et contractus voluntatis vices... Qui medicina-
lem Christi gratiam sic defendere conantur, ut eam
in predeterminationem physicam transformant, magis pro-
fecto Aristotelici, quam Augustiniani sunt.

62. Cum igitur ambo, nimirum, Bellellius et Jansenius
conveniant, gratiam predeterminantem non esse necessariam
titulo dependentiæ essentialis creaturarum à creatore:
uterque eam necessariam reputat per recursum ad pec-
catum. Adde a nullo hereticorum non tritum. Propter
solum vulnus legæ voluntati necessaria est. Si verò deli-
beres, quomodo hæc in amicitiam coeant, nempe, Grati-
am intrinsicè efficacem predeterminantem Thomis-
ticam libertatem subvertere, et gratiam intrinsicè
efficacem predeterminantem in delectatione indelibe-
rata sicam illegam servare libertatem? Respondet
Bellellius. Quia necessitas, quam inducit gratia pre-
determinans Thomistica est essentialis, et necessitas
inducta per delectationem relativè victricem est

accidentalis, et nulla rei accidentalis potest eiusdem rei
essentiam deturbare. Non enim accidentaria re. cuiusdamquid
ditas, et essentia destruitur; sed duntaxat, vel deterioratur, vel
perfitur; at vero essentia humani arbitrij, pravam concu-
piscentię inclinationem non exigit, accidit ipsi proxime eo
peccato. ibid. cap. 33. et ex hoc principio concludit: neque
gratiam, neque concupiscentiam quantumvis gradibus in-
temerissimis, sibi invicem superioribus libertati nocere: quia
neutra exigitur à natura, et utraque accidentaliter, et ex
suppositione peccati Adamsi proveniunt, ut nempe infirmi-
tati eo primi Parentis vulnere relicte succurratur.

Proxius, ait, et gratia salvatoris accidentaria est, nec eiusdem,
aut necessaria, aut essentia, aut quidditate exigitur: Si vero
concupiscentia accidentalis non premit essentiam libertatis,
cur eadem ab accidentali gratia destruetur? ibidem.

63. Quo collimet assensum istud nemini, qui Jansenis
taxum myrteria noverit ignotum opinor. Suadere conan-
tur, necessitatem provenientem à delectatione viticie,
non esse oppositam libertati; sed puxè consequentem, ac-
cidentariam, et ex suppositione; non quidem in sensu Tho-
mistarum, aut congruistarum, sed consequentem ad pec-
catum Adamsi, ac proxime, inquiunt necessitatem
peccandi, impotentiam ad implendi precepta, et vincen-
di tentationem, non esse absolutam et antecedentem, sed
consequentem ad originale vulnus, ex quo infirmitas,
et corruptio nature suborta est. Omnes igitur liberta-
tis hostes libenter cum Bellellis fatebuntur, necessita-
tem delectationis viticis accidentariam esse nature

82
lib. 4 de grat. Chri. venientem. Delectationis celestis necessitas, ait Jan
Cap. 4. et 7. lib. 3. renius, oritur ex infirmitate voluntatis. Et quoddam
Cap. 13. col. 325. voluntatis infirmitas, que non potest varias tentationes
Calv. lib. 4. de lib. vincere, hec ait à Calvino dicente: Unde est ita impo-
arb. sub init. lib. 2. tentia. nisi ex nature vitiositate? Unde potius vitiositas,
init. cap. 5. nisi quia homo defecit à suo opifice? Necessitas peccandi est
ex nature corruptione, non est ex creatione. Hunc pecu-
dum more sequuntur Theodorus Beza. Quod autem e-
regi non possunt precepta, id nostri vitij est. lib. de
predest. pag. 44. Lanchius inter Calvinistas insignis.
Albertus Grauerius. lib. 1. de lib. arb. Cap. 8.

CA. Habet ergo doctrina Bellelli sibi consentientes
quot quot contra fixa libertatis inruunt, annexentes. Non
est nature exigentia, sed ex ipsius infirmitate necessa-
riam esse victricem delectationem, ac proinde proxus
nature accidentariam. Perpicuum tamen est quod neces-
sitas ex Adami peccato descendit, ex eo quod accidentaria
sit nature, non desinit esse necessitas. Quia circumstantia,
quam novimus peccati Adami, non tollet conceptum, et ideam
libertatis, et necessitatis a SS. Patribus, et Concilijs acceptam,
et multorum decursum seculorum obfirmatam. Unde ne-
cessitas, que etiam ante peccatum primi parentis esset vera
necessitas, pariter debet necessitas reputari post illius peccatum.
Ergo vera necessitas confirmanda est, sive ex dependentia
essentiali creature à creatore veniat, sive profluat ex
Adami peccato: forma enim subiecto capaci inherens
eius virtute invariata suum effectum prestat, sive

accidentarie subiecto adveniat, sive ex huius exigen-
tia praestetur.

65. Disparitas à Bellellio inrepta nullius ponderis
est: ait enim: quod physica praedeterminatio Thomis-
tica, ut pure essentialis naturae efficit, non tantum
Deum praedeterminare omnes creaturas, verum
etiam omnes, et singulas earum actiones; è contra
vero accidit in delectatione victrice, quae non respi-
cit, nisi certas personas, et quaedam determinatas
actiones; propterea quod non tangit libertatis essenti-
am. Sed contra est; quia hoc tantum probat, delec-
tationem victricem non tollere libertatem eorum,
quod non tangit, nec illis actionibus ad quas non deter-
minat, secus respectu personarum, et actionum ad
quas actu suo pondere arget, et impellit. Et in hoc
sensu nec necessitas laxiora simpliciter antecedens
tollit libertatem eorum, quos non afficit. Nec Iovis
fulmen ex eo quod non comburat omnes, patet illis quos
suo igne protegit. Si tantum velit Bellelli, victri-
cem delectationem non avextere libertatem essentialem,
quam radicalem dicimus, id libenter dabimus, id tan-
tum omnes haeretici libertatis catholice inimici con-
cedunt.

66. Non negat Bellellius, delectationem victricem
necessitate antecedentem voluntatem, contendit tamen,
novo quidem invento, persuadere eiusmodi necessitatem

122
cum libero arbitrio coniocari. Sic scribit. Nonque
libet determinatio actus libertatis indifferentiæ, in
Tom. I. lib. 4. cap. 39) mysterio prædeterminationis eversiva est, si dicatur,
quod determinatio est accidentalis in adiutorio, et indi-
ferentia essentialis in arbitrio. Hoc tantum rutiæ
non potest: quia voluntas antecedenter determinata
ad agendum, non retinet indifferentiam activam, ne-
que dominium electivum, sed tantum in ea remanet
libertas radicalis, et naturalis in utramque par-
tem flexibilitas. Præterea juxta d'Bellevi. Si volun-
tas esset antecedenter necessitata ad omnes omnino ac-
tiones, titulo dependentiæ creaturæ à Creatore huius-
modi libertas indifferentiæ: sed non minus necessita-
tur voluntas ad istam actionem determinatam, ac
si esset necessitata ad omnes omnino actiones: ergo dum
accidentalitèr determinatur ad actionem determina-
tam, hinc indifferentiæ libertas.

67. Inquit d'Bellevi. In eundem consentium duo
principia antecedentia concurrunt, quorum alterum
indiferens est, alterum necessarium, ita ut eo ipsi se-
quens consentium relatè ad essentialem liberi arbitrii
indifferentiam appellatur essentialitèr liber, relatè
vero ad accidentalem determinationem gratiæ acci-
dentalem necessarius dicitur. est dicere consentium
provenientem à delectatione victrice, procedere
à causa necessaria, et reddere dissentium imponibi-
lem, cum tamen hoc essentielle impedimentum

divenit accidentalitèr adveniat voluntati, hæc libera 25

manet, et quatenus ab ea profluit consensus, liber est.

Consensus ergo, ait, quatenus ab arbitrio descendens, produ-
citur à causa libera, quatenus verò ab adiutorio effici-
tur, à causa productiva necessaria. Cui ergo consensus

idem non potest à gratia arbitrioque procedens dici ne-

cessarius, et liber? Facilis est responsio, quia libertas et

necessitas sunt differentie essentialitèr oppositæ, et im-

plicativum est in eodem actu indivisibili consociari.

Ratio huius est: quia denominatio actus liberi forma-

liter, ut talis unice resultat ex eo, quod procedat à vo-

luntate, ut antecedenter actus indifferentèr, et non

determinata ad unum; siquidem determinatio ad unum

est non indifferentia ad utrumque; et carentia indif-

ferentie nequit cum indifferentia ipsa sociari, quare

cum determinatio nostra libera, sit actus secundus

potentie non antecedenter ad unum determinatæ; Deus

non potest supplere in ullo genere causa defectum cau-

sa formalis, etiam extrinsecè, sicut non potest facere,

quod paxies sit virus sine visione determinata ad ipsum.

Potest quidem Deus se solo efficere omnes effectus, ad

quos voluntas concurrens in genere cause efficientis:

at præter hunc concursum requiritur concursus

cause formalis, nempe potentie antecedentèr in

determine, potentis agere, et non agere, et agere con-

trarium: et Bellèlli vult, actum indivisibilem proce-

dere simul à potentia determinata, et non determi-

nata. Theologia modò linguam quam non noverat,

audivit.

68. Scire vellem in quo recedit ad Bellelli sententia à principio illo, quod unioera Caloinitarum natio in synodo Doxdracena habita An. 1618. et 1619. communi omnium consensu sancitum fuit, pag. 706, et 707. Vo-luntas hominis per essentiam suam libera, semper ma-
net libera, etiam quando ad unum determinatur. Nec prodest ad Bellellio effugium apud Sancerianum dudum valde exitum: Et enim Sancerius eiusq. alumni, ne palam Ecclesie constitutionibus videantur refragari spe-
cioso equivoce abutuntur: Eluxunt enim voluntatem nostram posse etiam sub dominante concupiscentia, illi dissentiri si velit: Si tamen ab illis desideres: num voluntas possit velle dissentiri dominanti concupiscentie, dum ea premitur? uno ore respondent, neutriquam posse: quare tantummodo concedunt, posse sub conditione impossibili. Hoc ergo mirum effugium iam pridem à Catholicis DD. speratum, et execratum anni perire placuit Mag. Bellellio dicenti: Gratia Victoriae nolentem adjuvat, non trahit nolentem quin imò ex nolente volentem facit, id que fit adjuvante gratia: fit cum volumus, quod si nollemus, non fieret. Et subdit Et utique nolle etiam possumus spectata essentia libertatis, quo consequenter denotat, voluntatem non posse denegare consentium, si hic relativiè ad delectationem victicem contempletur; posse vero attenda essentiali arbitrij facultate, que sub iicit relativiè ad ceteras humanas actiones, quibus valet abs dubio dissentire.

69. Insultat Bexti in confutatio ni Bellelli subidi 26.
um contra Anonymum, eo quod dixerit, Bellellum re
fragari Thomisti, illum que sub his verbis carpit Sactabun
du Luaxè ergo tanta magniloquentia, et jactantia
contendit novus iste Palephatus, Theologum, qui ipsum
superat plusquam fubicam cygnus, adversari Thomisti? In
Apolog. fol. 358. Quo tamen candore, qua fide ita in
sexantur eo perlibati? Compertum sit. Profecto si Thomis
ti non adversatur qui propugnat, Phisicam pædetexmi
nationem Thomisticam, eo capite vupremi dominij, et
dependencia essentialis creaturarum à creatore induc
tam, destruxere libertatem nullus profectò sent. Thomista
rum dicitur puxè contrarius. Non immoror plures in
oppugnanda pædetexminatione Thomistica, eo titulo
dependentiæ essentialis secundarum causarum à causa
prima, Bellello consentire: hoc vero non probat Bel
lellum Thomisti non adversari, vicuti nec illos adver
santes nemo dubitat.

70. Liquidò prætexa constat in usurpandis termi
nis necessitatis consequenti, et ex suppositione Thomis
tarum sensum peritus invertebat Bellellum, ait
enim concupiscentiam dominantem inducere quum
tasat necessitatem consequentem, et ex suppositio
ne. Thomistæ docent necessitatem consequentem fun
dari in decreto efficaci divine voluntatis. Que dem
mox, ait Alvarus eo antecedente decreto divine
voluntatis. Ex suppositione voluntatis divine. Itaque

Alia System. Aug.

divent. 4. c. 3. pag. 184.

de auxilii disp. 22.

num. 39. et. 40.

20 si velit Bellellius, necessitatem concupiscentiæ dominantis consequentem esse, et in divino decreto fundari, Deum exit utique auctorem peccati; sicut ob eandem rationem auctor est operum pietatis. Tenendum igitur est, necessitatem consequentem, et ex suppositione Thomistarum fundari in decreto divino, et necessitatem consequentem Bellelli fundari in Adamsi peccato, ex cuius suppositione ait, necessitatem proximanare in quo univexa Janenistarum ratio Bellellio adscriptatur. Nec credas alium

System. August. Bellelli sensum in verbis, quæ allegantur à Berto. tom. 1. direct. 4. c. 3. pag. 182 (ait) lib. 4. c. 12. Statuto decreto efficaci prædefiniente consentium, utrumque constantissime amplectimur, et hominem posse libera voluntate dissentire, et non posse infallibile Dei decretum frustrare Hæc Bellellius: Quæcum ita, ut facium Thomistis faciat, nè diuina ab illi videatur doctrina Bellelliana. At nec latet ipsos, sicut nec nos, sensus ille potestatis libera voluntate non potestati libere, dissentiendi; scilicet Afinis Janenis

Parag. 3^s

Berti recursus ad iudicium indifferens vellicatur.

71. Postquam sibi Bellellium vindicandi legem præfixit Mag. Berti, prudenter arbitratus est non esse aggrediendum opus tantis arctibus quaratum

nisi valida, celsaq; subtractione aduersus hostiles im-
petu regeretur. Agnovit sane quam levis armaturæ
sint argumenta, quibus suam delectationem victtricem
indeliberatam cum libero arbitrio conciliare molitur: ergo
ad Thomistarum castra undè Mexico, non sine subore repul-
sus fuit, iterum confugit. Inde Thomistarum sentia transeun-
tè, et quasi in globo pulsam, rationem exhibet, cur delec-
tatio victoris humanæ libertatis actibam indifferentiam,
et liberi arbitrij dominium electivum non deturbet. Dum-
modo bonum istud non sit summum bonum incommutabile,
et propositum absquè indifferentia iudicij, vitæ eligen-
do juxta liberissime potestatis, nequè succumbit necessita-
te sub majori delectatione. Duo igitur statuit Bex
ti 1^m stante iudicij indifferentia non posse amitti liber-
tatis indifferentiam. 2^m solum summum bonum clare,
et intuitivè visum posse activam humanæ voluntatis
indifferentiam exertere, de quibus claritatis gratia sen-
tim delibexabimus.

72. Magister Alvarez declinare contendens argu-
menta contra physicam prædeterminationem militan-
tia, Banezij cogitationem resumens, statuit: Impossibile
esse ferri in obiectum cum indifferentia iudicij, et illud
absq; libertate velle. Quidquid antecesserit, vel commi-
tabitur, vel supervenerit ad actum voluntatis, si non
tollit iudicium illud circa medium respectu finis, non
detrahet libertatem operantis. Banez. I. part. q. 19.
art. 10. docum. 3. S. primum est. Hoc tamen documen-
tum nimis favere novatoribus suadere conabit. Sicut
optime notavit Casd. Bellarm. lib. 1. de lib. arb. cap. 14,

22
numquam denegarunt heretici, homines, cum aliquid
operantur habere plenum rationis usum, ac proinde
numquam iudicij indifferentiam excluderunt; nec Ba-
næ, Alvarez, Berti, aut aliqui adversariorum poterit
in medium protendere auctorem, qui asserat hereticos li-
bertatis hostes iudicij indifferentiam denegare. Ergo si ad
veram libertatem tuendam sufficit indifferentiam af-
firmare, iudicij illico, Lutherus, Calvinus, Jansenius et
partiarum abolendi sunt, tanquam verò liberi arbitrij
protectores; si enim S. Berti, ut integra, et illæ sub-
stantia vera libertas sufficit indifferentia iudicij, hanc
admittunt memorati heretici qui causare poterunt,
si id verum est, liberum arbitrium esse questionem de
nomine, et titulum sine re.

73. Preterea: delectatio Janseniana relative victis
inimicis et decretum ferreum Calvinistarum, ad unum de-
terminatum extremum humanam voluntatem de-
vinciens, iudicij indifferentiam non tollit, et tamen li-
bertatem profundit. Ethnicis facti assertores, Manichæi
et cum illis ceteri iuncti libertatis hostes numquam
denegarunt iudicij indifferentiam, seu cognitionem
obiecti sub ratione boni, et mali, seu boni non necessa-
rii, quam vel ipsi peccantes in se metipsis experiri sunt,
illi enim per seque, ac nobis experientia constat. Ac-
cedit magni momenti ratio: quod nulli SS. Patrum,
nulli Theologorum, nulli Scholasticorum, qui hereti-
cos libertati inferos oppugnavunt, illi numquam op-
ponerunt, quod iudicij indifferentiam excluderent;
Sciebant enim omnes eandem admittere, ab ecclesia,

3
tamen proscribuntur, quia libertatis indifferentiam 28.
pernegant; non quia admisso iudicio indifferenti volue-
rit pertinaciter illi prestare libertatis nomen; sed
quia fateri iudicij indifferentiam, non est profite-
ri libertatem; alias definitio Tridentini, et aliorum
Conciliorum contra Zuinglium, Widesum Luthere-
rum, et Calvinum, nec non constitutiones Inoc. X.
et Alex. VIII. contra Jansen. non de rebus, sed de
vocibus reputandę forent.

¶ Alterum non exigui roboris argumentum premit
adversariorum assertum. Rejecta omnium Catholicorum
sensu efficacia intrinseca divine gratie sita in vine-
cissandi absoluta; restat inter DD. Catholicos acerbi-
ma pugna in quaerit divine gratie efficacia crea-
ta libertati nullo modo inferri? Augustinus lib. 2.
de peccatorum merito cap. 18. ait: Ingentem vehemen-
ter angustat, ne sic defendamus gratiam, ut liberum
arbitrium auferre videamur; rursum, ne sic assera-
mus liberum arbitrium, ut superba impietate ingrati
Dei gratie judicemur Cayetan. ait: Necesse hec
conjungere, sicut nescio mysterium Trinitatis, ad cap.
Epist. ad Rom. vers. 23. et prim. part. q. 22. art. 4. re-
ponit Saluare predictam infallibilitatem cum in-
differentia, seu libertate executionis, seu eventus:

hoc opus. hūc labor est: ad hanc dubitationem nihil re-
peri in D. Thoma, quoniam nullibi eam mouisse recolo, sed
semper studuit ad saluandam contingentiam, Hinc non
obcurie dēducitur physicam prędeterminationem igno-
tam fuisse Angelico Magistro: et subdit ibid. Cajetan.
In alijs quoque doctoribus nihil hactenus audiui, nisi
que communiter dicuntur de sensu composito et diuiso,
de necessitate consequentię, et consequentis, sed hęc om-
nia animum non quiescant.)

75. Quę cum ita se habeant, si aduersariorum opinio
verum tenet, dicendum est, Augustinum in hac eor-
ticanda quęstione turpiter caligasse: Cur enim diffici-
lissimam, et paucis intelligibilem quęstionem vocat? cum
cuilibet facillimum sit intelligere, bene componi cum de-
terminatione voluntatis ad unum iudicij indifferentiam,
id capere vehementer neminem angustat. facillimum
preterea fuisse S. Patribus refellere hæreticos auerren-
tes per diuinę pręscientię infallibilitatem, et per ef-
ficaciam prędeterminationis libertatem subueniri. Nam
eos impugnare potuissent, dicendo: nec pręscientiam in-
fallibilem, neque efficaciam decreti prędestinationi, neque
diuinę gratię efficaciam, et si virtute intermissimam
tollere libertatem: quia cum his optime iudicij indife-
rentia conciliatur a principio illud: Quicquid ante
ceserit, vel committabitur, vel superuenierit ad actum
voluntatis, si non tollit iudicium indifferens cum libertate

conciliatur.

29

76. Alia suggeritur non contemnenda ratio. Quia in
diferentia activa voluntatis iniqua formaliter consistit
libertas, realiter distinguitur ab indifferentia iudicij:
ergo stante iudicij indifferentia potest abesse indife-
rentia voluntatis. Ideo rectior Theologia docet, stante
iudicij indifferentia posse Deum necessitate voluntatem
ad unum, vel per impressionem adeo vehementem, et non
valeat ipsi resistere voluntas, vel per negationem con-
cursu ad agendum; Tunc quidem voluntas remaneret
necessitata ut nemo negat et simul integra manet
iudicij indifferentia. Tandem. Siquis ipso nesciente,
a Deo, vel ab Angelo, certo loco, aut circulo impercep-
tibili, nexu, et vinculo spiritali includeretur, tali-
ter, ut non posset ab eo recedere, retineret utique iu-
dicij indifferentiam existimans se posse a loco desti-
nato proilire, cum tamen revera liber ad dicendum
non esset: ergo omnino gratis statuitur, indifere-
ntiam iudicij irreparabilem esse ab indifferentia voluntatis.

77. Nec valet dicere, indifferentiam practicam
iudicij haberi non posse, nisi simul adsit plena adven-
tentia, quod voluntas hic et nunc absolute ponit age-
re, et non agere, proindeque quod non sit ad unum a-
ligata. Hoc enim manifestè falsum est. Quia intel-
lectus noster minimè potest ex experientia aut alia

cetera ratione cognoscere, dum amat, tibi subiectum
 esse concurrens ad odium; si forte Deus illum suspen-
 dat: neque valet homo comprehendere conditiones
 intrinsecas huius motionis, qua Deus hic, et nunc in
 eius voluntate operatur: v.g. sit ne motio quam patitur
 commissa cum actu eo cui intrinsecus, an eo aliqua
 suppositione extrinseca? Num sit motio interna, ut qua
 tuor vel ut seos? Utrum sit praevia vel concomitans,
 physica praedeterminans, an solum moraliter ante-
 cedens, vel consequens? Certum quidem est ⁱⁿ illo proxi-
 mi naturae nulla mentis perspicacia posse hominem
 praedicta penetrare. Ca propter Mag. Ioan. & Prado
 cum Mag. Serra eiusdem ordinis Dominic. docet: Stan-
 te iudicij indifferentia, posse Deum necessitare volun-
 tatem nostram, quo casu, ait: Quod operatio voluntatis
 estimata libera, at in re necessaria, ad hoc enim
 sufficit, quod ab uno principio necessitetur, et merito:
 quia bonum est eo integra causa, et ideo cum libertas
 quoddam bonum sit, non solum exigit indifferentiam
 eo parte iudicij, verum etiam petit indifferentiam
 voluntatis: Et necessitas, quae quoddam malum est, oritur
 eo quocumque defectu, tibi eo parte potentiae, sive eo
 parte iudicij, et cum voluntas operatur praesente iu-
 dicio indifferenti, si aliunde agit eo determinatione al-
 terius, operabitur cum indifferentia iudicij, non vero
 eo iudicij indifferentia.

Controv. 2. de causa
 lib. art. 1. §. 2. et 3.

78. Baneius, et Alvarez cano laboxe tentant D. 30

Thomam in unum sensum trahere, eo quod annexat:

Quia iudicium rationis ad diversa se habet, et non est determinatum ad unum, pro tanto necesse est, quod homo sit liberi arbitrij, eo hoc ipso, quod sit rationalis. In parte. q. 38. art. 1. Et q. 17. art. 1. ad 2. ait: Dicendum quod radix libertatis est voluntas, sicut subiectum, sed sicut causa est ratio, eo hoc enim potest voluntas ad diversa ferri: quia ratio potest habere diversas conceptiones veri.

79. Dicimus mentem D. Thomae non esse voluntatem rationalem non posse necessitari stante iudicij indifferentia, sed tantum contendere, indifferentiam iudicij esse libertatem essentialem, eo qua necessaria sequitur libertas formalis, nisi aliunde accidat alligatio ad unum extremum. Quia expressum est in d. Thoma, libertatem formalem consistere in activa indifferentia voluntatis ad utrumque: Itaque stante iudicij indifferentia homo est liberi arbitrij radicaliter, non vero formaliter per se tantum iudicij indifferentiam, frustra enim Deus dedit homini iudicij indifferentiam, nisi ei adiunxisset vim consultivam, et in varium vim consultivam ministrasset, si ei denegasset vim electivam, et dominium electivum.

80. Certissimum est, SS. Patres, praesertim D. Thomam conceptum libertatis, non in iudicij indifferentia, sed in dominio voluntatis erga suos actus constituere. Sic

ait. D. Thom. Dicendum, quod in nomine electionis
impertatur aliquid pertinens ad voluntatem. Unde
Gregor. Nisen. dicit: quod electio, neque est appetitus
secundum se ipsam, neque consilium, sed eo ipso aliquid
compositum, sicut enim dicimus animal eo corpore et
anima compositum esse, ita et electio est. 1. 2. q. 88. art.
text. ait Proprium liberi arbitrij est electio, eo hoc enim
liberi arbitrij dicimus esse quod possumus unum recipere alio
reusato, quod est eligere, et 1. 2. q. 13. art. 2. Cum electio
sit preceptio unius respectu alterius, necesse est, quod electio
respectu plurium, que eligi possunt, et ideo in his que
sunt determinata ad unum electio locum non habet. Et
lib. 1. contra gent. Cap. 68. Dominium, quod habet vo-
luntas supra suos actus, per quod in eius potestate est
velle, vel non velle excludit determinationem ad unum;
plurima S. doctoris testimonia preterea eo diametro ad-
versa contrariorum statuto, que certo demonstrant, non
agnovisse D. Thomam, in sola iudicij indifferentia concep-
tum libertatis formalis, consequenter & rejiciendum esse
principium annexens. Quidquid antecessit, vel committitur
vel supervenit ad actum voluntatis, si non tollit iudici-
um indifferens cum libertate conciliatur.

81. Augustinus constantissime tradit, idem esse actum
formaliter liberum, ac esse in nostra potestate, et domi-
nio electivo: Habet unusquisque in sua potestate eligere,
que bona sunt, et esse arbor bona, et eligere, que mala sunt,

et esse arbor mala. Lib. 2. cont. falic. Manich. cap. 4. et 31.
lib. 1. xetiaet. cap. 22. Est in nostra potestate et in sui bo-
nitate Dei, vel excedi eius severitate. lib. de Spix. et
lit. Cap. 4. Conventus, vel dissentus proprię volunta-
tis est, Cui concinunt SS. Patres asserentes, liberum
non metiri per iudicij indifferenciam, sed per indifferen-
tiam activam, et dominium electivum voluntatis. Sub hoc
conceptu processit Augustinus in diuturno cum Manichęi
bello, sic in primo cum Pelagianis conflictu, sic in postremo
cum iisdem certamine, sic denique in frequentibus contra
facidicos, et Scyros, aliusque libertatis hostes, Liberi notionem
occupavit. Neque libertatis notionem primus Augusti-
nus tradidit, sed eo Sacra Scriptura, primisq; Ecclesię
Patribus deliberavit. Conule Patres Augustino superiores,
nemo quidem aliam exhibet liberi indifferenciam, ut in
fra fiet notum.

82. Ex his perspiciamur est Berti sententiam Patrum
auctoritate rejiciendam esse. Avertit enim, stante iudicij in-
differencia, neque delectationem indeliberatam relative
victicem, neque concupiscentiam dominantem. Etiam si
in supremo gradu intensissime, ac validissime sint, posse
libertatem evextere: hisque addit: Solum Deum intuiti-
ve visum posse nocere libertati: quod si verum tenet,
sequitur: humanam voluntatem, neque in statu nature
innocentis potuisse libertatem amittere; et consequen-
ter affirmare qui potest concilia, SS. Patres, et Pontificum
Constitutiones humanam libertatem contra hereticos
infringentes, nihil aliud sanasse, nisi homines viatores

Plaps, neque in sta-
tu nature

non videre clarè, et intuitivè Deum, quo uno statuto salva-
tur juxta Beati Catholici libertas.

§3. Hic maxime obsequatum velle. quod dilectissimum
iste Theologus, dum laborat pro statuenda libertatis in-
diferentia, dumtaxat probat, non indifferenciam volun-
tatis, sed naturam voluntatis flexibilitatem. Sic enim pro-
cedit: Nullam delectationem contendimus in iijcere vin-
culum necessitatis, nisi summi boni per lumen gloriæ ma-
nifestati, aut boni, ut inquitur, in communi... hec tan-
tum tollunt indifferenciam judicij, quam assentionem
in hunc modum exponit. Cum voluntas sit potentia
caeca, non potest amare obiectum, quin sub ratione bo-
ni, veri, aut apparentis ipsi ab intellectu proponatur:
proinde cum omne obiectum creatum possit ab intel-
lectu representari sub ratione boni, aut mali, solus
Deus intuitivè visus, potest representari voluntati sub
ratione boni universalis totam capacitatem implentis.
quia abstractivè visus, prout in hoc statu tantum vide-
ri potest, valet quidem inordinatè representari sub
aliqua ratione, aut specie mali, ni mirum, prohiben-
tis voluptatis, inde concludit nullam delectationem, nisi
que provenit ex Deo clarè, et intuitivè viso, aut ex
bono incommuni posse libertatem extinguere.

§4. Hæc autem, si sedulo inspiciantur non probant
stante delectatione victrice, posse voluntatem nostram
agere, et non agere; sed tantum suadent posse inte-
llectum proponere voluntati aliud obiectum, aut idem
obiectum representare sub diversa ratione, quod quidem

ut patet, non significat voluntatem sub delectatione 32.
victrice retinere activam indifferenciam, et domi-
nium electivum, sed tantum retinere capacitatem
recipiendi ab intellectu diversam, aut contrariam
obiecti representationem, in quo apparet utique in-
differenciam passivam, non activa, qualem requirit con-
ceptus libertatis. Sic loquitur. Sequitur 3. Concupiscenti-
am non evectere libertatem: quia concupiscencia non
ita flectit voluntatem ad malum, ut non possit volun-
tati proponi aliquod bonum contrarium, et subdit de-
lectationem victricem cum libertati conciliari. Quia
dum voluntatem movet, possunt illi occurrere cogita-
tiones, et affectus contrarii. Sequitur 4. gratiam pro
determinantem et victricem stare cum libertate...

Quia ita mentem illustrat, et voluntatem movet ut eo-
citari possint contrarie cogitationes, et affectus, Tom. 1.
Thol. discip. lib. 1. Cap. 13.

85. Hic plane discursus utique probat, voluntatem
humanam non esse affixam huic vel illi delectationi in-
deliberate, et determinate ad unum; nec esse alliga-
tam determinate propositioni obiecti; sed esse succes-
sive flexibilem, nimirum, ad bonum, quando celestis
delectatio validior est, et ad malum quando vuperior
est terrena delectatio, quod proprie loquendo non est
libertas, sed mutabilitas. Et Certe: Si libertas formalis
dicitur: quia voluntas, eo propositione obiecti in-
terdum bene operatur, quandoque male, vel quia

superuenit diuersi obiecti propositio, aut diuersa
eiusdem obiecti representatio, liberum arbitrium
libentissimè fatebuntur Manichei, Stoici, Mar
cionite, Priscilianite, Wiclefite, atque omnes fati
asextones, prout stelle, aut fatum, aut quolibet
alia impressio ad bonum, aut malum necessitam
superueniat, sic equidem veritabile erit liberum
arbitrium, sed non veritabile in sensu Catholico.

86. Insuper: si praesente delectatione victrice sal
uatur liberum arbitrium, quia excitari possunt
diuersae cogitationes, et affectus contrarii, et quia potest
voluntati proponi contrarium bonum, quacumque
necessitate ab heretico intrusa urgente integra re
manebit activa voluntatis indifferentia: quia nega
re non potest, humanam voluntatem semper reti
nere capacitatem retinendi ab intellectu diuersa
sae obiecti propositiones: nec ignorantia inuincibilis
pura erit libertati noxia, quia aduenire potest illu
stratio ignorantiam dispellens, quod Lanchius adnota
uit dicens, Semper manet in nobis vis intellectiva
quae licet hic, et nunc absente gratia non possit igno
rantia depelli, potest tamen si adueniat gratia illu
stratio, lib. 1. Tract. Theol. cap. 12. Theol. 1.

87. Non nemo inuurgit dicens, Ecclesiam tantum
damnose hereticos auerentes, voluntatem huma
nam non concurrere active ad suas actiones, et succo
res, quos impugnamus activum voluntatis concursum

Catholice profitentur. Hoc tamen fateri non sufficit: 38.

Quia etiam Calvinus concursum activum voluntati
in suis actus nunquam denegavit, et nihilominus hos
tis libertatis reputatur. Nos operamur ait, sed Deus
facit, ut faciamus prebendo vires voluntati, et Card. Be
llarm. de Calvino, et Kemnitio scribit Docent volunta
tem nostram in pietatis operibus sic agi à Deo, ut non
possint non agere, et quando ipsa quoque concurrat acti
ve quoniam ipsa est, que actionem producit & hic pluxi
me ingerit que palam demonstrant, Calvinum, et Afre
ctas concursum activum voluntatis propugnare. de grat.
et lib. arb. cap. 2. et lib. 2. de amf. grat. cap. 3. Verum
post bella tanta audiatur Berti. Constituitur ergo li
bertas voluntate, et ratione, non tamen ex æquo, sed
voluntas est ipsa potestas, que potest in utramlibet par
tem inclinari: ratio autem vis intelligendi, qua volun
tati obiectum proponitur. Ergo quando voluntas non
potest in utramlibet partem inclinari, deficere necesse est
potestatem parte libertatis indifferentiæ constitutivam.
At inquit hoc nequit evenire stante indifferentia judi
cij. Rogatum velim. Pone hominem induxatum, cui D. juo
ta te denegat auxilia sufficientia ad conversionem, aut
finalem perseverantiam. Iste caret judicio indifferenti,
an non: vide quid eligat? Si 1^{mo}? Ergo carentia perseve
rantie, aut conversionis ita proponitur bona, ut sub
nulla ratione appareat mala, non ergo imputabitur
ad culpam; patet cuius enim etiam iuxta Augustinum

System. August.
de nextat. 4. c. 1. pag. 34.

Dine 4. 5. 2. cap. 1.
H. 7. n. 5.

nihil esse amatum, quin præcognitum. Propter hæc
eligeret 2^m at nec sic potest evadere. Nam subsumo. Ergo
induxatus homo sine gratia vlla sufficienti habet po-
tatem veram inclinandi se ad conversionem salu-
tarem. Quid ad hæc Pelagiani? vide ergo in quar
angustia deveneris.

Caput 3^m De Gratia sufficienti.

Parag. 1^s Principium duarum delec-
tationum de medio tollit gratiam vere suf-
ficientem.

88. Citra manifestam hæresim denegari non potest
auxilium vere sufficientis ab efficaci distinctum uno ore
Catholici Doctores ex Tridentino profiterentur. Homo
enim qui præceptum supernaturale transgreditur,
abrdubio potuit illud adimplere, alia ei fuisset observa-
tu impossibile: ergo concedenda est transgressori sufficien-
ter gratia, qua præceptum potuit executioni mandare.
Indè per auxilium sufficientis illud intelligitur, quo
posito vere dici potest: hic homo potest præceptum face-
re in sua manu est adimplere mandatum, habet quod
satis est, ut si ipse velit, præceptum servet: id quidem firmant
etiam præstantissimi Theologi, quorum maxime
intererat gratiam sufficientem repellere, qui quidem
sufficientis gratia virtutem sub his terminis exponere

conueniunt. Articulus de diuisione gratie inefficaci 84.
entem et efficacem receptus est ab uniuersis Theologi
contra hereticos Calvinum, et Lutherum; quod au-
tem deside sit conuict ex illis testimonijs in quibus re-
prehenduntur peccatores, eo quod Deus ipse fecerit, id
quod satis erat ad eorum conuersionem, et non conuen-
iunt, eos quibus opponitur Exor. Caluini
Lumel. disp. 4. de auxilio suffic. sec. 1.

89. Primam ex principio duarum delectationum illatio-
nem Beza reformidans, ut gratie sufficientis articu-
lum suo modo statuat; distinguitur priscos Thomistarum
asserentes gratiam efficaci distingui entitative a suffici-
enti, contra alios eiusdem Scholae, qui sustinent gratiam
efficacem, et sufficientem non distingui entitative, sed
tantum intentionem graduum, quibus sufficientem su-
perat gratia efficax. Quare si Deus homini male affec-
to conferat gratiam, quae plures, aut intensiores gra-
dus habeat, quam sint gradus obstinationis in volunta-
te: tunc illa gratia uacue in exitu efficax; at si Deus
gratiam conferat minus validam, et quae inferior sit
gradibus, tunc illa gratia uoluntatem commouebit, sed
illam non conuertit, exitus tunc temporis inefficax, et suf-
ficiens.

Direct. 4. S. 2. cap. 1.
fol. 37. n. 5.

90. Compertum est, Ianuenium, qui gratiam efficacem
reponit in delectatione uictorie, gradibus robustiore, a-
pellare etiam sufficientem, aut inefficacem illam gra-
tiam, quae gradibus inferior est concupiscentia. Eos hi

40
tia contra Bextum statuere contendam. Primum,
In systemate duarum delectationum relative vic-
ticium non saluaxi conceptum gratiæ verè sufficien-
tis. Secundum, In eodem systemate conceptum gra-
tiæ efficaci ponitur subverti. Tertium denique eiu-
sde delectationes prout à Bexto accipiuntur, esse prorsus
Augustini menti contrarias. Loquamur ergo clarita-
tis gratia, quando præceptum supernaturale urget,
et delectatio celesti est intensa, ut quatuor, et delecta-
tio terrena est intensa, ut quinque, contendimus
gratiam ut quatuor non esse verè sufficientem, seu
non tribuere voluntati sufficientes vires, ut possit præ-
ceptum adimpleri. Contrarium suadere tentat Bexti,
hoc dicursu.

¶ Nam motio, ut quatuor si interdum non habeat
effectum, non oritur eo defectu motionis diuine, que
vim agendi non habeat, sed oritur eo prava dispositio-
ne voluntatis, que ob prauum habitum intensum, ut
quinque ipsius impressioni, et vi, seu efficaciæ motionis di-
uine non subicitur: Co proximo modo, quo si ignis ad motum
lignum non comburat, id non ei adtribuendum igni qua-
si ei desit sufficiens vis agendi, sed quod lignum humi-
ditate, et aqua oppletum vi, et efficaciæ ignis obristat...
Sufficeret enim diuina motio, ut quatuor, nisi pravo cupidi-
tatis laqueo compedita teneretur. Quod si in
eo statu prava cupiditatis que voluntati dominatur eam
que contrahit, præter eam motionem, ut quatuor ipsi

necessaria sit, et majoxi remedij ope indigeat, imputet 35.

sibi, et magnitudini morbi prava hominis voluntasque
se ipsam sua rese malitia et cupiditate contrinexit.

22. In hac gratiæ sufficientis descriptione nihil inve-
niet, aut Augustino gratum, aut quod proxime non arri-
deat, Jansenio: male cocta, et indigesta ordinare singu-
latim liceat. In primis dum explicare aggreditur mo-
tionem, ut quatuor esse gratiam sufficientem, tantum.
probat non esse efficacem, seu effectum non habere. Si
effectum non habeat non oritur eo defectu motionis,
et simul docet gratiam ut quatuor, obtante concupiscen-
tia, ut quinque non esse tunc temporis sufficientem, sed
fore sufficientem casu quo non resisteret malitia, ut
quinque sufficeret illa motio, ut quatuor, nisi pravo
cupiditatis laqueo compedita voluntas teneretur, qua-
re, si tantum verificatur, quod gratia ut quatuor suf-
ficeret, casu quo non resisteret malitia, ut quinque: ergo
casu quo resistit malitia ut quinque non sufficit gratia,
ut quatuor, mixta quidem veritatis indoles, quæ etiam invito
proferente resplendet.

23. Id explicatur. Dum Deus urgente præcepto, homini
affecto malitia, ut quinque confert gratiam, ut quatuor, ha-
bet homo sufficientes vires, quibus potest adimplere præcep-
tum, vel non? Si secundum? ergo non poterit homo secun-
dum præsentem, quas habet vires præceptum adimplere, quod
damnum est in prima Jansenij propositione. Si primum?
ergo: quænam sufficientiam quænam vires inveniunt tunc

22. temporis homini obstricto malia ut quinque, ut possit
vincere concupiscentiam ut quinque? Respondet, viri-
bus gaudet sufficientibus ad vincendam concupiscenti-
am, ut quinque, si non esset fortis, ut quinque concupis-
centia, et posset implere preceptum. Si non resisteret
malitia, ut quinque; id potius joculari est, quam discursi-
vere, paxi enim sine dice potest, imbellem pue-
rum posse prostrare Leonem casu quo supe-
rioribus viribus non resisteret et plura id genus cogi-
tate qua Theologum inferere non decet.

24. Paxitas igni rem declarat, et adversarium urget.
Si enim homo urgente precepto non maiorem habet
potestatem illud exequendi, quam habet ignis in linea
physica ad comburendum lignum humiditate, et aqua
oppletum: fatendum erit hominem non habere ullam
de presenti potestatem moralem ad implendum preceptum
et tantum gaudere potestate fundamentali, et radicali,
quam nusquam denegaverunt Calvinus, aut Jansenius.
Ignis quidem intrinsecam virtutem habet comburen-
di lignum; Si tamen lignum adeo immixtum sit humi-
ditate, et aqua, ut vel minimam dispositionem valeat
in eo ignis introducere, verum est dicere: ignis de pre-
senti non potest lignum comburere, nec habet sufficientes
vires, quibus possit ligni resistentiæ vincere: virtus ignis est
proxime impedita passi resistentia: proinde si hæc doctrina
causæ libere applicatur minus vera sufficientia exultat,
que quidem subire non valet nisi possit saltem ali-
quam dispositionem ad preceptum implendum operari, quod

95 Vel homo donatus gratia, ut quatuor in conspectu ma-
 liæ, ut quinque potest aliquid facere, in ordine ad implemen-
 tum præcepti vel non? Si nihil potest facere: q. præcep-
 tum est ipsi impossibile secundum præventes vires deest
 quoque gratia qua possibile fiat. Si aliquid potest facere
 quod sit positiva dispositio ad implendum præceptum juo-
 ta Tridentinum jubendo monet facere quod potis. Rogo Str
 ut ponit illam dispositionem operari requiratur gratia
 superior concupiscentia, vel non? Si non requiratur? ergo
 nec requiritur ut ponit præceptum adimplere; hoc notum
 est; quia inter actus supernaturales elicitos nulla potest
 disparitas assignari. Si requiratur gratia superior, ut ponit?
 ergo ut ponit, non sufficit gratia inferior concupiscentia: ju-
 xe igitur pronuntiat Berti, gratiam, ut quatuor, quando vo-
 luntas præmittitur malitia, ut quinque, non esse vere suffi-
 cientem, quamvis sufficeret, nisi obstaret malitia ut quinque:
 sufficeret divina motio ut quatuor, nisi pravo cupiditatis laqueo
 compedita voluntas teneretur.

96. Ex his liquere puto Mag. Berti non aliam agnoscere
 potentiam in gratia inferiore concupiscentia nisi quam re-
 factarij planè admittunt, et vocant potentiam absolutam;
 non vere respectivam: agnoscunt quidem in gratia quan-
 tumvis minima intrinsecam operandi virtutem; si vero
 concurrat concupiscentia gradibus superior, nulla remanet
 in gratia inferiore respectiva potentia operandi. Hæc
 Utique, remotis ambagibus est pura Jansenitarum doctrina

38 qua succum facere catholici contendunt. Dicunt enim, hominem instructum gratia, ut quatuor in conspectu concupiscentie, ut quinque posse potestate absoluta ad implexe preceptum, non vero posse potestate respectiva: quo sane significant, gratiam, ut quatuor secundum se inspectam, et precise à circumstantijs subiecti, in quo reperitur, nimirum affecto malitia, ut quinque, sufficientem, esse ad implendum preceptum; in conspectu vero malitie, ut quinque, minimè posse: quare hæc potestas absoluta, est tantum precisiva, et speculativa, non practica, et de presenti, qualis requiritur, ut qui practice precepto urgetur, possit practice illud adimplere, etiam in circumstantijs, in quibus homo premitur malitia, ut quinque: ergo potestas que ab adversarijs conceditur, non est potestas, que datur, quando urget preceptum; sed que daretur Casu quo non existeret in subiecto malitia, ut quinque. Sufficeret nisi pravo cupiditatis laqueo compedita voluntas teneretur.

27. Quid vero Catholici DD. sentiant de hac potestatis absoluta, et respectiva distinctione? diversissime tradidit Tournely dicens. In ea totius Iansenismi medulla, et oleum veluti fibre reconduntur. Hæc secundissima radix fallaciarum, et Equivocationum omnium et, quibus catholicorum argumenta declinare, et Ecclesie censuris subducere se verbis in speciem Catholicis conati sunt... Completissima eorum fraus, atque fallacia, perfectissima enim intelligunt potentiam absolutam, non vero relativam ad circumstantias huic conuenit

P
12 lect. de grat. Chri.

q. 3.

P. Graveson scribens: Un hac imponibilitate relativa 37.
totius Janreniani systematis, quasi medullam, et vlti-
mas veluti fibras, ac radices recordi, subindèque iue-
li cum Janrenij discipulis institueret conversationem,
debes p̄ oculis semp̄ habere capitalem illum Jan-
renij, eiusque discipulorum de imponibilitate relativa Ex
roxem. Tom. 2. Epist. in fine Epist. 5. Hi quidè animum
revelatur illius decantatę propositionis: Nemo gratia ut
quatuor p̄dictis, in conspectu malitię, ut quinque, potest
absolute, non vero relative.

28. Indicat apertè hominem in hi momento constitu-
tum, ut possit p̄ceptum ad implere, gratia victrice, et ef-
ficaci indigere, et consequenter nullam agnoscit gratiam,
quę verum posse tribuat ad implendis mandatis, p̄ter
efficacem. Quod in eo statu p̄avia cupiditatis majoris re-
medij ope indigeat, imputet sibi, et magnitudini morb, hū
medicore suggerit in potentiam gratię inferioris ad imple-
dum p̄ceptum provenire eo peccato Adami, non eo de-
fectu gratię, neque eo difficultate p̄ceptorum, sed eo p̄-
p̄avia animi corruptione, cui tribuenda est carentia po-
testatis. Quid aliud contendit Calvinus? Nostri eo cor-
ruptione naturę vitium esse definiunt. Quod aliud p̄tulerit
Guernellus? Non eo difficultate p̄ceptorum, sed
eo corruptione animorū, defectum potestatis volunta-
riū. Quod aliud molitur parim cum Guernello, Jan-
renius

lib. 5. Cont. Pighium.

Apolog. pag. 81.

renius

28
nium? Ut exque enim, ut Theologi notissimum est, concedit
homini præcepto obstructo, absente delectatione victrice, actu
alem gratiam inferiorem concupiscentia; id expresse con-
stat ex prima Jansenij propositione damnata, quæ loquitur
de justis volentibus, et conantibus, secundum præsen-
tes, quas habent gratiæ vires, præceptum facere. In hac
gratia, quæ inferior est concupiscentiæ, agnoscit Jansenius
virtutem intrinsecam adimplendo præcepto, nimirum
Casu, quo non obstat malitia superior; Errat verò in
eo quòd non agnoscat in gratia inferiore concupiscen-
tia virtutem relativam, asserens voluntatem nos-
tram instructam gratia, ut quatuor, dum premitur ma-
litiæ, ut quinque, indigere majoris remediij ope; scilicet
delectatione gradibus superiori, ut possit justis obtemperare.

Jansen. lib. 3 de grat. Cuius medicinali gratiæ, nisi pristina restaurentur vires,
Chrii. cap. 15. tam est impossibile voluntati, ut bene vellit, et operetur,
quàm homini Ceco ut videat, et tibijs fracto, ut recte gradi-
atur. Cui Berti coronat dicens: Quod non sufficiat im-
putet tibi, et magnitudini morbi... Sufficeret enim nisi
præaus cupiditatis laqueus compedita voluntas teneretur.
Hanc chordam internum pulsabo.

Pa
tag. 46. Dinext. 4^a
Cap. 1. Systemati
Augustiniani.

¶ Mentem suam omni proximo remoto velamine Berti
tu aperuit Anonymo respondens in hæc verba. Si dicat
justis illis volentibus aliquando adesse parvam voluntatem,
quæ sententia nostrâ non dat potentiam proximè ex-
peditam, donèc robustior fiat, et vincat, certissimum

quoque est, non dari absque gratia efficaci et victu 38.
ci potentiam illam completam, et expeditam, que ut
liberum arbitrium exumpat in actum, nullum aliud
exigit gratiæ adiutorium. Hæc ut Jansenismi notam
proximè abigat à delectatione sua Victuici; sed quo fructu?
eo ipsius ore demonstrabimus. At enim post ipse Bexti: Pag. 89. et ibidem.
In quo ritum vit Jansenianum dogma ostendimus not. S. 5.
num. 4. et longè antea. lib. II. cap. 8. ubi scripsimus. Jan
senius parvam quidem, et invalidam voluntatem à Deo
impixari fatetur, sed quam necesse sit permanere in
firmam, atque torpentem nisi subministraretur delecta
tio tam vivida, que arbitrium trahat indeclinabili nece
ssitate. Cuius quibus evidentè conclusio, unum illud si
demus necessitate, Bextum per omnia Jansenio confor
mem inveniri. Nam Bexti nullam aliam concedit
gratiam sufficientem prout distinctam ab efficaci, præ
ter voluntatem parvam, et invalidam: hanc ipsam
fatetur Jansenius, vel ergo hæc gratiam admittit suffici
entem ab efficaci distinctam, aut Bextum illam non
admittere cum Jansenio fatendum est. Quod verò in
doctrina Bexti ea gratia tam vivida non legatur, que
arbitrium trahat, indeclinabile necessitate ut
mitam falsum esse, si de xi loquamur, à neganda vera
gratia sufficienti cum Jansenio nequit eum facere
immunem

Para^o 2^o
*Berti sensus de gratia sufficienti
Jansenio affinis aliter demonstratur.*

Cum auxilium sufficienter totum Jansenij systema
funditus evertat, in illud totam partem, et ubique bi
lem euomit. Hęc gratia, ait, nature lapsę inuti
li et penitentię est. Hęc annihilat peccatum origina
le, et Christi mortem, et execrandum monstrum
ad perdendum homines natum. Est gratia Mas
siliensium in scholas turpiter, doloresq; aduecta.
Veteres nequę scripto, nequę viva voce eam tradi
derunt, neque ad portos transmisserunt. Est gra
tia incognita Augustino, et D. Thoma, concilij Ge
neralibus, et Provincialibus. Est tandem adiutorium
illud, quod destruit universam Economiam gratię.
Quam monstruosa sit gratia sufficienter? lib. **De grat.**
Chri. Cap. 3. tom. 3. lib. 3. cap. 1. 2. et 3. lib. 2. cap. 12. 27. et 29.
100. Certatum est, auxilium sufficienter iuxta Ber
ti explicationem non esse vere sufficienter, sed voce
tenü pretere sufficientiam: Carpitur pretere
Berti ab Anonymo, quod vel nomen auxilij
sufficientis abhorrem illud potius inefficax, quam
sufficienter appellare consueverit: hac ergo sugilla
tione vehementer exacerbatus in varia prostruit,

impexitiam, et Anonymi malignitatem quæ
nempe Augustinianus Theologus animosius scribit.

Gratiam sufficientem Thomistico sensu, atenta in
grammaticali significationis appellandam esse, non
sufficientem, sed inefficacem. et subdit: gratiam suf-
ficientem ab efficaci distinctam revera inefficacem
esse, potius quam sufficientem. Demonstratum est,
ait, gratiam sufficientem prout ab efficaci distin-
gitur, et si illius nomen retinendum sit xepia in-
efficacem esse potius quam sufficientem, vult igitur
nomen sufficientis retineri, sed hoc nomine in sen-
su Thomistico non intelligi gratiam vere suffi-
cientem.

Idem. Hæc quidem parùm cautè proferuntur: Non
quidquid sit. Num Bexti purum, et nudum gratiæ
sufficientis nomen velit explodere, an xemipiam e-
tiam cum Janenio xepuat? Inficiari non potest eiu-
modi assextum univexæ Janenistarum nationi per
gratissimum fore. Hæc enim crebro gaxit, gratiam
sufficientem in sensu Thomistico non esse vere suffi-
cientem, consequentèq. admittere non detrectat. Grati-
am sufficientem in sensu Thomistico, indifferentiam
activam in sensu Thomistico, quò planè significant
nomine tenus, non verò xepia, dari gratiam suf-
ficientem ab efficaci distinctam, et si nomen reti-
nendum sit, xepia sufficientem non esse. Sic -

nomine Ludov. Montaltij Epit. 2. ad Prov. inquit
Cuxarem publice à præconibus prædicari, cum om-
nibus adese gratiam sufficientem dominicani dicunt,
eos significare velle, non omnibus adese gratiam, que
revere sufficiat... facile cernens, hanc gratiam poli-
tice tantum sufficientem esse. Ita quidem, et id
genus alia que contra Catholicam Thomistarum doc-
trinam suscepere videntur Jansenistæ non verentur,
non parùm præsidij sumere, bene multi visum fuit
eos ore Berti conclamantii. Gratiam sufficientem
in sensu Thomistico potius inefficacem esse quam
sufficientem.

102. In subsidium vocat Augustinianus Theologus
Card. de Laurea, qui opusc. 3. cap. 11. num. 83. sic scri-
bit: Adverte, quod nomen sufficit... Significat quod sa-
tis est ad faciendum, idèq; sepe mixtus sum cum
alij, cum Theologi modernij illam gratiam divinam
qua homo vocatur, illuminatur, et inspiratur ad bo-
num faciendum, et affectum non obtinet, vocare
ceperunt sufficientem ad distinctionem gratia
efficacis, que semper habet effectum connexum,
cum satis non sit ad eum ponendum, sicut efficax
que in rigore deberet dici sufficiens.

103. Maxime Luturæ si fiant non erit suspecta
Card. Laurææ ratiocinatio, que quidem Jansenista-
rum

canilli non exiguam subministrat materiam, et
 tantæ dignitatis umbra poterit impunè profexi:
 In natura lapsa non datur post Adæ lapsum *Tom. 3. lib. 3. cap. 1.*
 adiutorium verè sufficiens, quin sit efficax. Nulla
 omnino gratia Christi effectu suo caret, sed omni
 nò efficit, ut voluntas velit, et aliquid operetur, unde
 gratia, et bonum opus ita reciprocantur, ut sicut à gra
 tia data effectus operis consequitur infertur, ita vice
 versa ex defectu operis, gratiam non esse datam *Tom. 3. lib. 2. cap. 25*
 quod hausit ex Calvino dicente *Uotus ep. 5. sic*
 efficax est, ut fidem rempè gignat. Ea proptèr vehe
 menter duplicet *Eminent. ^{mi} asertum*, et quamvis teste
 Hieronimo *Commisa pugna omittuntur nomina dig*
 nitatum sola fortitudo *quæritur*, *Commitati tamen*
 et reverentia exgò singula, quæ in *Laurgato* dicuntur
 in continentur breviter eo pendemus. *lib. 1. ad Iovin.*

Sol. Arguit in primis Theologos modernos, qui divi
 nam gratiam, quæ effectum non obtinet vacare ce
 perunt sufficientem; de quo cum alijs mixatur *Emin.*
 scriptor quasi fuerit *Recentiorum* inventum, veteri
 bus ignotum, et male intrusum. In quo non mediocrem
 auctoritatem obtinebit *Jansenij asertum* ubi ait: *Novum*
 genus gratia procedunt *Recentiores*, quod nec
 Augustinus, nec ullus post illum latinorum Patrum

nec D. Thom. vel vetustiorum Theologorum aliquis
agnovit. Tom. 3. lib. 2. de grat. Chris col. 262.

oporexer

105. Qui gratia sufficientis nomen non legisse
in August. Patribus, et Concilij causant, meminisse
nec Arianos olim in scripturis legisse tri-
nitatis nomen, nec Calvinianos transubstantia-
tionis vocem in scriptura sancta invenisse
clamitare, et tamen utrique, ut heretici
damnati fuerunt, quia ob nomen non repex-
tum, rem ipsam denegabant. Rem ipsam gratia
sufficientis parum in scripturis, Concilij, et Patribus
legimus, et tamen nomen gratia sufficien-
tis non in Recentioribus tantum, ut Bexti-
cum Lauzga somniant, sed in ipso D. Thomae,
Scoto, et alijs notissime, fama Theologi legimus,
quod satis nobis est, ut ostendamus, Bextum indi-
gere solidiore Patrono, et quam facile Lauzga pro-
tulisse, Theologos modernos cepisse vocare gratiam
sufficientem illam, que effectum non obtinet.

1. part. q. 106. art. 2.
ad 2.

106. Audiamus D. Thomam. Siquis post ac-
ceptam novi testamenti gratiam peccaverit,
majori pena dignus est, tanquam majoribus be-
neficijs ingratus, et auxilio tibi dato non utens...
quia quantum est de se sufficienti auxilium dat

ad non peccandum Videis D. Thom. gratiam At.

sufficientem vocare illam, qua peccator non vititur, et quæ effectum non obtinet? Scot. Sic loquitur:

Deus vult omnes homines saluos facere quantum ex parte sua, voluntate antecedente sua, pro quibus dedit dona naturalia, et leges rectas, et adiutoria communia, et sufficiencia ad salutem: quibus iuste etiam potest sufficienter bene viuere, et saluari. Adrianus Papa VI. Viatoribus etiam perditis vitæ peccatoribus sufficienter adiuit Deus

In 1. dist. 46. quest.
unica ad 1. argum.

107. Sed cuius nomen gratia sufficientis, in quo uniuersa Catholice Academicę congruant, existerio subiicietur? Iacobus Bajus in tit. relig. Christi.

lib. 1. cap. 103. sic scribit: Sufficiens auxilium dicitur, quo Deus ita homines vocat, ut possint, si velint credere, tamen, si se ipsa. non velint credere. Ad huiusmodi auxilium pertinet inspiratio pulsus motio, concitatio, et illuminatio, cum homo non acquiescit, nec consentit. De hac gratia loquitur August. dum scribit invitatos ad cenam venisse potuisse. lib. de sp. et lit. cap. 23. Denique Ioan. Maldenus. Gisc. Antwerp. postquam valide probat

1. 2. q. 3. art. 3. dub. 8
memb. 1.

in 3. part. q. 18. art. 1
disp. 6. dub. 1.

De grat. auxil. art. 16
q. unica

omnibus adultis conferri gratiam sufficientem quâ converti
possunt, ait: Quæ sanè mouerunt scholastica, ut in hanc sen-
tentiam ierent quæ adultis valent omnibus in Christo tribuit,
gratiam sufficientem quâ valuari queant, qd. apud hispanos, et ubiq.
in Christianis Academijs adeo certum est, ut non dubitauerit Pe-
trus de Cabreza dicere: Hæc conclusio adeo certa est, ut oppositum
sine errore affirmare non valeat. Et Petrus de Ledesma inquit:
Hoc dictum certissimum est, inter theologos, et illud docent
omnes discipuli D. Thomæ.

108. Alterum quod in Card. Laurea duplicet est: supponendo
quod nomen sufficit significat quod satis est ad faciendum minatur
Theologos modernos appellare gratiam sufficientem illam, qua homo
vocatur, illuminatur, et inspiratur ad faciendum bonum, et effec-
tum non obtinet. Sicut maiori admiratione dispellere Lau-
reaq. admirationem: Scio Iansenium vocare pelagianæ phrasæ
gratiæ motiones inspirationes, illuminationes, et exortationes:
sed hoc opæto, de fide est, hominem pulsatum illa gratia, qua voca-
tur, inspiratur, et illuminatur, ut veniat, et credat, posse venire, et
posse credere, quamvis credere, aut venire nolit. Si ergo illa homo
vocatus, illa gratia potest venire, potest credere, potest converteri, si
velit; cui non exit illa gratia sufficiens reuera, ut veniat, ut credat,
ut convertatur, si velit?

109. Adversario libenter damus, qd. nomen sufficit. atento rigore,
et vi grammaticali significat, quod satis est ad faciendum: Non neco-
contra Calvinum aperte dicimus, per illam gratiam, qua homo vocatur, ad
conversionem, licet non convertatur, conferri a Deo, id quod satis est, ut con-
vertatur, et vivat, si velit? Hoc dicere per necessariam Arimano no-
biliores Thomistæ ad Calvinianos errores detestendos. Tumal. disp. 4. sec. 5
postquam statuit diuisionem gratiæ in sufficientem, et efficacem ab
universis Theologis contra Calvinum, et Lutherum admissam ait Ecquid
Deus (per gratiam sufficientem) fecerit id quod satis est ad eorum
conversionem, et non conseruunt, eo quibus omnibus exploditur
error Calvinii. Id confirmant Ledesma, et Cabreza proxime laudati:
Et Joan. a. s. Thomæ. disp. 2. ostendit inter ea quibus sententia Thomistica
se certitur a Calviniana esse, qd. Calvinus gratiam sufficientem nega-
bat, secus Thomistæ. Si ergo præstantissime Thomistæ uno ore nomine,

gratia sufficientis voluntur, et contra Janenium docent, in ea præstari 42.
à Deo, qd. satis est, ut homo convertatur, si velit, quo spiritus Berti cum Lau-
nga corrigat Janenitii animam, ut astringat efficere gratiam sufficientem
in sensu Thomistarum non esse vere sufficientem, se pollice tantum,
et nomine tenui sufficientem?

110. Ocurrit tertium, qd. in proposito dictu dupliciter ponit, id est,
solam gratiam efficacem esse in rigore sufficientem, quod ex Louanien-
si bus suadere contendit Berti per identem ingens justificationem censu-
ra Edictam anno 1588. num. 177. dicentem, Gratia ad conversionem suffi-
cens ipsa convertit, que vero non convertit sufficiens non est, ea est gratia,
quam petimus ^{avimus} precamur: Convertite nos Deus salutari noster. Docet Au-
gustinus gratiam sufficienter preparantem, non illuminare tantum,
suadere, excitare, pulsare, que omnia, et pelagius agnoscebat: sed ipsam quo-
que corrigere infidelitatem, et cordis conversionem, Cui subdit Berti
Reprobata hæc justificationis censura fuit omnium sacre facultatis comodi judicio. Disert. 1. cap. 1. fol. 57.

111. Porro si jure dixerit: Hæc est Hæresis Bajana, quam sacra facultas
Louanienis in re justificationis censura omnibus pugnis defendebat:
sed vilia quoque amicorum præstidia reputantur. Inter hæc fas, ut dice-
re, Bertium loqui quasi Indes Cœli rexibet: nullus enim in histo-
ria Bajana notitia penitus non hospes ignorat DD. Louanien-
sibus primario spiritui amito Bajj signa recutor. Deobcuratum est aurum
sal infatuatum, et pristinum doctrinæ statum sede corruptum, I-
psamet facultas Louanienis, simul Duacensis acque Academiæ dignitati,
et honore consulente, doctrinam censuræ anno 1588. exarata merito
reprobant, et execrantur. Ius ergo sponte Bertis præter Louanienibus
et Duacensibus Catholicis, Louanienis, et Duacensibus re factarios prote-
stantes in axenam intulit? Vide.

112. Louanienis igitur tunc temporis delusi, evanescentes in cogita-
tionibus suis cum Bajo concordabant, non dani in natura lapsa grati-
am vere sufficientem ab efficaci distinctam: Hancque esse v. Augustini
mentem proclamabant, quod ad assercionem 1o et alibi confirmant.
Vult ne id Berti? firmabit ne, hanc sententiam esse labi puram
et inter catholicos tollerabilem? Profecto citat Macædum in Seni-
nio dicentem cap. 8. Augustinus auxilium sufficientem vocat effi-
cax, cum proximè sufficientem est, imò non putat sufficientem, qd. non
habet effectum, et quidem meo judicio rectè: nam si sufficit, et ei
datur, ut sufficiat, cur non efficit, id propter quod datur? quod si non
efficit, profecto non sufficit.

113. Nihil profecto gratius hereticis, qui à natura lapsa
omnem gratiam sufficientem ab efficaci distinctam eli-
minare satagunt, profexere potuit: hi enim perpetuo
ciferantur. Si sufficit, ergo efficit, Cui non efficit, si su-
ficiens est? Si gratia non efficit, non sufficit, si non est
efficax, non est sufficiens Vult plane Bexti, in ma-
teria gratiæ valere argumentum apotentia ad actum,
et à carentia actus ad carentiam potentie, quæ here-
si Jansenij est Gratia, et bonum opus ita reciprocant
tur, ut sicut gratia data effectus operis consecutus infer-
tur; ita vice versa, eo defectu operis gratiam non esse
datam, Dum verò rogat. Cui homo præditus gratia su-
ficienti non operatur? facile respondeo, quia non vult,
quia ipsi non placet cooperari gratiæ. Numquid oblitus
est Bexti, hic agi de causa libera? Ius ignorat auxi-
lium sufficientem præcindere ab operatione actuali libera;
aliter non erit sufficientis, sed efficiens, ergo potest causa esse
sufficiens, et non efficax, id est actu operans, ut si sit libera,
et operari nolit. Augustini sunt verba. Si ame quæra-
tur, cito respondeo: quia volebat Lib. de præd. SS. cap. 6. n. 8.
et tract. 53. in Joan.

114. Quantum Augustiniamus Mag. Jansenio fa-
beat, planè ostendit illud principium, cui immobilitatem
adherent Jansenistæ omnes. Nimirum. Gratia inte-
xior, vel est efficax, vel ita inefficax, ut ad bene ope-
randum sit physice insufficientis. Huius rationem
cøhibent: Iuia vel gratia gradibus superat concupi-
scenciam, vel non? Si primum? efficax est. Si secun-
dum? cum physice impossibile sit, voluntatem consen-
tite gratiæ inferiori, hæc reputanda est physice in-
sufficiens, quod passim Jansenius statuit. Ut umli-
bet fiat, non erit sufficientis, sed vel efficax, vel ita
inefficax, eo qua operatio nequidem potest requi, nisi

cuius efficacia, per aliam suppletur. Lib. 1. de grat. cap. 10. 13.
iterum ait: Hic sufficiens gratia non est alia, nec sine
errore alia dici potest, quam illa, qua voluntatem facit
facere, et in ea operatur ne ipsa velle, et operari. lib. 3
de grat. cap. 5. quod confirmat scribens: Propter contrac-
tam voluntatis dextritudinem, nullum aliud iam suffi-
ens est adiutorium... Præter magnum illud Conversionis
adiutorium, quod hominem nolentem velle facit, et facere,
ibid. Cap. 17. Hæc quidem adia manifesta sunt, ut sine
ullo commento non modo contemina, verum etiam
identica appareant cum doctrina Augustiniani
Scriptoris.

115. Quæcumque denique, apud quod hunc A. exploden-
dum invenio captivum est artificium, quo ut a Danie-
no recedat, cum ex una parte propugnet gratiam
puræ sufficientem in voluntate parva, et in valida
consistentem: eos alia nihil recuq. talem describit,
sed ait Gratia inspirans, voluntatem parvam, et
invalidam respectu huius voluntatis est efficax, quo-
niam actu hanc voluntatem inspirat, respectu ope-
rationis liberæ. Ex. g. Conversionis, et adimpletionis præ-
cepti est sufficiens, tantummodo (Quorsum Prothqui iste?
Qui gratiam Victicem iam delectationem, iam
operationem liberam adfirmat, quid quod sufficientem
interdum inspirationem, postmodum parvam, et in
validam voluntatem adpellet ab eadem inspira-
tione manantem? Cohærenter vatis in vaxiadafa-
cie ut ut libet. Si quærat, an detur gratia sufficiens
ab efficaci distincta? Statim dat manus: en. ait:

Tom. 3. lib. 17. cap. 3.

Voluntas cui dulcescit Deus, et quæ incipit quod durum
 exat, amare, tamen si aliquando parva, et invalida sit,
 et nondum idonea (cave implicantiã) ad superan-
 dam proximam vetustate roboratam; est nihilo tamen
 minus proximè sufficiens ad orandum, sibi ad im-
 plexandam voluntatem illam roboratam, quæ
 sufficit ad implenda præcepta. (igitur non sufficit
 altera ad orandum: ergo negas ex una parte,
 quod concedis ex altera: ex una voluntas parva
 sufficiens est, ex altera est sufficiens solum ad gra-
 tiam sufficientem promerendam, aut impetran-
 dam. Verum laxam istam ducere oportet
 ut veritatis lues appareat. Ex ore huius Mag.
 Gratia sufficiens, vel in sancta illustratione, vel in vo-
 luntate ipsa parva, et invalida consistens efficax est
 ad orandum sufficiens, solum ad se convertendum.
 ergo sicut gratia de se efficax in delectatione vic-
 tice stans nequit suo effectu frustrari, aut à volunta-
 te resisti per positionem non conversionis: Sic gratia
 efficax ad orandum abici nequit per omissionem
 orandi: alioquin efficax ad orandam non exit: ergo
 in statu nature lapsæ interiori gratiæ nunquam
 resistitur, nam præter de nullam gratiam agnoscit
 Mag. Berti. At inquis, si voluntas superbie ponat
 obicem gratiæ, non orabit, et resistet; Sicut canit
 hic præter: verba sicut tua, agnosco planè, sed non aliud
 nisi pura putata verba. Insufficiens potest voluntatem
 dum gratia parva instructa, non orare, si iustitia
 te ea est natura gratiæ de se efficaci ad orandum,
 ut irreparabilis sit ab effectu? Valè putidum commentum

Aut ergo discordum non est esse efficacem ad orandum, aut
si hoc adhibuitur, nulla relinquitur gratia, cui humana volun-
tas possit resistere. Repones tamen atē concedi plurimas gratias
inefficaces, quæ suo sepe privantur effectu: nec dubito; at adeo
languide, et invalide ponuntur, quales ponit Jansenius, quæ
nec ab illo, nec atē veram tribuere sufficientiam possint ad
actum meritorium et salutarem.

Parag. 3^s

Vera ad verum certum gratiæ sufficientis eo- positio

115. Auxilium sufficiens traditur omnibus scripturæ^{te}
locis in quibus omnibus imputatur, quod non operentur ea, quæ
ad salutem pertinent, cum vere possint per auxilium Dei, et
naturæ viribus salutanter operari. Sine me nihil potestis facere. Joan. 6.
Sufficiencia nostra ex Deo est. Dedit eis potestatem, filios Dei fieri. Joan. 1.
Fidelis Deus, qui non patietur videri supra id quod potestis. 1. corint. 10.
Unde inferunt cum August. SS. Patres, posse homines auxilio suffi-
cienti orator salvari, si velint, etiam si non salventur, et sua culpa
pereant. Ideo per Oream dicit Deus. 13. Perdicio tua ex te Israël, ex
te solo, quia ex parte mea nihil tibi defuit. ideo subjungit Jancum modo
in me auxilium tuum, auxilium quidem vere, et practice sufficiens:
nam si deficiens esset ex parte Dei, non Israël, sed Deo tribuenda esset Is-
raël perditio.

116. Virtus ergo, et vera notio gratiæ sufficientis non est huius, vel alterius
Theologi placito, sed ex scripturis, Conciliis, et SS. Patribus deumenda est, et
constat ex omnibus oraculis, quibus ad puniendos peccatores testatur Deus se
fecisse, quidquid ad eorum conversionem satis erat: hanc ergo vim habent
illa 1. ai. Vba. Cap. 3. Quid vltra debui facere vniuersis, et non feci? Ex qui-
bus colligitur, Deum, quantum est ex se illis contulisse auxilium, quo ac-
cepto, quod satis erat ad conversionem habuerunt, si gratiæ acceptæ, coope-
rari voluissent, ipsi tamen, ut inquit Augustinus, converti noluerunt.
Deum non iniuste noluit saluos fieri cum possent salui esse, si vellent. De
iusto quidem medio auxilio precepto eorum salutem intendebat, illi vero
auxilio consentire noluerunt. Quoties volui congregare filios tuos, et
noluerunt? Matth. 23.

Ch. hom. 7. 1. tom. 2.

Hebr. lib. 3. in cap. 32.

Math.

117. Et quidem si candidè, ut Theologos decet loquamur, dum vixio de aliquo homine enuntiamus. hic homo noluit adimplere præceptum tibi impostum, aperte rponimus illum habuisse, quod satis erat, ut præceptum adimplexet si vellet. Hæc ergo phrasi frequenter u-
tuntur SS. Patres. Chrysost. Quomodo illi non crediderunt? quia no-
luerunt. Hieronim. Quia nobis credentibus, illi credere nolue-
runt. Cumen. Si Deus vult, quare non fit quod vult? quia
noluerunt. In 1. tom. 2. Item Chrysostom. Quomodo dicitis
multi non possunt? Quomodo multi nolunt: Si enim voluerunt,
omnes poterunt. Rom. 18. Epist. ad Hebræ. August. tract 83. in
Iacobi. Sic dictum est, non poterunt: ubi intelligendum est
quod nolebant. Et lib. de peccat. mixt. cap. 15. Cum voluntate
humana, gratia adjuvante, divina sine peccato, possit homo
Esse in hac vita: cur non fit? possem facile me, et vixissime res-
pondere, quia homines nolunt. Supponit ergo Augustinus com-
muni SS. Patrum consensu in auxilio sufficienti, ab efficaci di-
tincto habuisse homines, quod satis erat ad præcepti imple-
mentum. Hi. Quidem refelluntur, qui cum Berti, et Laureæ af-
ferunt, in gratia sufficienti, seu inferiori concupiscentia non præ-
taxi à Deo, quod satis est ad bene operandum.

118. Gratiam inferiori concupiscentia non esse verè sufficien-
tem, iudicare contendit Berti, eo eo quod SS. Patres interdum
auxilium sufficientem vocant efficacem. Quid inde? Vult ne Ber-
ti cum Damienis eliminione omne auxilium sufficientem, quod
non sit efficacem? Scimus, SS. Patres, et scripturam S. nonnum-
quam appellare efficacem auxilium illud, quod tantum est
sufficientem, et quidem rectè: quia auxilium efficacem suffici-
entem est, et plurquam sufficientem. Dum vixio in rigore scho-
lastico intritur cum Damienis pugna, de vera significatio-
ne, et vera virtute activa, auxilij sufficientis, prout, ab
efficaci distincti, prefixibus terminis oportet proficere, et
tale auxilium dari, et pleno jure vocari, et effectum
non habet, vixio sufficientissima præbet voluntati
ad operandum, tribuit quod satis est, ut efficiat, ita ut

in eius manu electionem ponat, nec aliter intelligi valet, Somni 46.
imputari ad culpam, accepto auxilio sufficienti, quod non operatur.

¶ Ad Non ad vexarium pervenit, suarium in opinio-
nis suae praesidium ad legere, cum dixit nullus inter theologos sit,
qui validius illam profliget. Pro medietate, aut, unus sufficiat suae.
qui lib. 3. de auxiliis Cap. 3. n. 4. haec scribit. De ratione auxilii
sufficientis, si proxime sufficiens sit, est ut includat omnia au-
xilia necessaria simpliciter, quae per modum principii con-
currunt ad supernaturalem actum: quia hoc auxilium est
sufficiens per modum potentiae, potentia autem, ut sit suffi-
ciens, oportet, ut habeat omnem virtutem necessariam ad
consentiendum, et hoc ipsum praesentat nomen auxilii suffi-
cientis: nam si aliquid principium daret, non poterit operari.

¶ Ad In doctrina Suarezii exponenda crebriter ca-
vigat Beati, et congruenter opera perlegit, sicut salutari-
ter amici. Exim. D. eo loci non loquitur de auxilio sufficienti,
ut sic; sed de auxilio proxime sufficienti: si proxime suffi-
ciens sit, ait Suarez. qui distinctionem agnoscit inter auxilium
sufficiens, et proxime sufficiens, quod si advertisset Beati, par-
ceret argumento. Ad auxilium proxime sufficiens petit
Suarez. quod dentur omnia principia necessaria per modum
potentiae, et virtutis, nec aliter intelligi posse, ait, auxilium
proxime sufficiens; at vero ut auxilium sit vere sufficiens, mi-
nime Suarez. requirit, quod dentur actu omnia principia ne-
cessaria per modum potentiae, et virtutis, ut ponatur ille actus
respectu cuius dicitur solummodo sufficiens, sed quod den-
tur actu, vel potentia. id facile explicatur exemplo. Quando
iugiter praecipitur, auxilium proxime sufficiens ad illud imple-
ndum, debet complecti omnia principia necessaria per modum
potentiae ad illius implementum, auxilium vero sufficiens non
debet includere omnia principia necessaria ad implendum
praecipitum; sed sufficit quod includat omnia principia neces-
saria ad orandum, et impetrandum principium illud quod

requiritur praecepto adimplendi. Itaque auxilium proximè sufficiens ad orandum, dicitur auxilium tantum sufficiens ad implendum praeceptum. Est ergo idem auxilium, et sufficiens, et proximè sufficiens respectu diversorum; neque sufficiens erit ad implendum praeceptum, nisi fuerit proximè sufficiens ad orandum, vel ad aliam dispositionem positivam, qua ulterius auxilium impetatur. Beati vero, aliis principiis imbutus, et accipiens hunc proximè in sensu valde distincto à Suarzio, docens, scilicet, omne auxilium proximè sufficiens esse efficax, quod longe est ab acceptione Eximii Suarzi, satis aperte denotare videtur, non agnoscere in natura lapsa auxilium rexi sufficiens, quod efficax non sit, in quo haeresis Iansenii plenissime cubat.

121. Nonid secus in Thomistarum Systemate cepitae videtur, dum ex Suarezii testimonio subinfert. Cum itaque sententia nostra, omniumque Thomistarum necessarium sit auxilium efficax, quod per modum principii concurret ad supernaturalem actum, sententia nostra, omniumque Thomistarum nequit dari gratia sufficiens, prout explicatur à Suarez, nisi sit gratia efficax. Crasse fallitur Beati in exponenda Thomistarum doctrina, et crassissime in eo deducendo ex Suareziano principio. Quis nisi tyro rudis asserat, in sententia omnium Thomistarum requiri gratiam efficacem, quae per modum principii tribuat proximam, et completam potestatem operandi? Albelda, cujus auctoritatem ipsemet Beati magno opere commendat, non acquirit gratiam efficacem per modum principii, et virtutis.

1 part. d. Thom. disp. 58 n. 6. Sic enim scribit: Indubie tenendum esse censeo, voluntatem sciatam solum sufficienter à Deo adjutam habere ultimum complementum potentiae activae; habere totam illam virtutem, quae sufficit, et requiritur, in actu primo sit ultimae completa, et proximè expedita ad consentiendum Deo, cui consonat Senay dicens. Potentiam in ratione potentiae auxilio

auxilio sufficienti expeditam esse, atque completam, nec ultia gratiam efficacem desiderari ut in ratione potentis compleatur. Plurimos patet, qui ostendunt quantum decesserit Beati, dum pleno ore pronuntiat: In sententia omnium Thomistarum gratiam efficacem esse ultimum complementum potentis, et constituae potentiam proxime expeditam; cum nil sit usitatus in schola Thomistica, quam asserere, praedeterminantem gratiam ad actum primum virtutis non pertinere. Sane ipse non ignoravit hoc, dicens. Physica praemotio, si Thomistas audiamus, non datur propter actum primum, sed propter secundum: hoc est non constituit voluntatem potentem bene operari; sed eam jam completam in linea potentis ad actionem ipsam movet, applicat, et determinat. Uter verius? fallit tamen utraque. Sane ipse vult delectationem victivam distinguere a praedeterminatione, ac proinde praedeterminationem removere ab actu primo; Beati vero, qui Thomistarum hanc praedeterminationem cum delectatione victivae in unum redigere conatur, ait, in sententia omnium Thomistarum illam ex parte actus primi collocari.

122. Falsum patet, quod in sententia omnium Thomistarum non possit dari gratia sufficientis, prout explicatur a Suavio, nisi sit gratia efficax. Nam licet Suavius interpretetur de gratia proxime sufficienti, quae juxta ipsum includere debet ultimum potentis complementum: Thomistae omnes, qui absente gratia efficaci per gratiam sufficientem ultimum virtutis complementum constituunt, manifeste assertionem refragantur. Si tamen insinat Beati, Suavius, et cum eo Congruistas omnes sustinere, conceptum gratiae vere sufficientis non recte salvari in sententia eorum Thomistarum, qui requirunt gratiam praedeterminantem ex parte actus primi, per potentis, et virtutis modum. Hoc sane fatebor, et insuper adjungam; Thomistas, qui cum Congruistis tenent: sola gratia sufficienti distincta ab efficaci, praestari potentiam completam, et

et proximè expeditam; profiteari debeat, non bene salvam concep-
tum gratiæ sufficientis, dum abest gratia efficax in sententia
ad realisandum.

123. Thomistis secundæ sententiæ opem tulit Joanne-
Part. 2. q. 7.
aut. 4. ¹sius dicens. Non placet gratia sufficientis, quæ nunquam effectum
suum sortitur, ex defectu gratiæ efficaciæ physicè prædeterminantis.
Primo. Quia gratia hujusmodi re ipsa satis sufficientis non est, nec
utilis videtur hominibus ad implendum præceptum. Siquidem ea gra-
tia re ipsa insufficientis est, et parum utilis videtur, quæ non com-
prehendit id omne, quod requiritur ex parte principii, ut ponat-
ur actus, vel saltem impetretur auxilium uberius, quo acciden-
te actus ille ponatur. Atquæ tale est auxilium sufficientis Thomis-
tarum, deest enim ipsi ex parte principii aliquid, scilicet, phy-
sica prædeterminatio, deest quoque auxilium, quo certo uberio-
rem gratiam homo impetrare possit, nempe gratia orationis,
quæ non minus indiget auxilio physicè prædeterminante, quam
quilibet actus pietatis: ergo gratia illa non est, nec dici valet re-
re sufficientis.

124. Hoc utique argumento jam prædiximus, nec leviter
urgentur Thomistæ, qui gratiam physicè prædeterminantem re-
primunt ex parte actus primæ, per modum virtutis, et potentie:
ea præter nobiliores Thomistæ, non inconsulto eam ab actu
primæ removere decreverunt, quod ignorasse Magistram Beati,
non possum adduci, ut credam. Nec obstat dicere, semota gra-
tia efficaci, non dari per gratiam sufficientem rem sufficientem
tiam, ut voluntas operetur, dari vero rem sufficientem, ut
possit operari. Quare gratia efficax necessaria est per modum
principii ad operandum, et gratia sufficientis necessaria est, ut
possit operari.

125. Hæc tamen distinctio, auxilium ut possit,
non ut operetur omnino conclusoria videtur. 1.º Quia non
invenitur in aliquo Sanctorum Patrum, aut præcorum Theo-
logorum, ut bene observat Erim. D.º 2.º Quia Deus non solum
subet

jubet hominē, ut possit preceptum implere, sed ut illud obsecret: ergo tenetur conferre, non solum auxilium, ut possit, sed ut operetur.

3. Quia Deus tribuit hominibus auxilium, tanquam formam operativam: ergo auxilium ministrari debet, ut operetur. Quia qui non habet, nec adquirere potest auxilium, et potentiam simpliciter necessariam ad operandum, non solum non habet auxilium necessarium, ut operetur, sed nec auxilium habet, ut possit operari; hoc ex terminis notum videtur; si enim, nec habet, nec adquirere valet potentiam necessariam ad operandum, habebit utique tunc temporis homo potentiam radicalem, aut fundamentalem, qualem habet ignis ad comburendum, dum abest concursus Dei, et oculi ad videndum sine lumine; non tamen habebit potentiam moralem, ob quam vere dicitur, hic homo habet in sua manu elicere actum supernaturalem, quem pro mere suo arbitratu omittit. Hoc sensu docet Tridentinum, Deum non precipere hominibus impossibilia: sed jubendo monet facere quod possit, et peccare quod non possit, monet quidem facere, non monet, ut possit facere; quo plane significat, posse hominem gratia illa sufficienti munitum, absente gratia efficaci, bene operari, et consequenter ejusmodi auxilium, non tantum elargiri, ut possit, verum etiam, ut operetur.

126. Preterea: si gratia efficax requiritur per modum potentis, et virtutis simpliciter necessariis ad operandum, impossibile propterea erit operari sine gratia efficaci. Hoc perspicuum est: quia nihil existit, aut potest existere sine eo, quod est simpliciter necessarium, ut existat; et cum nulla detur potentia ad impossibile, sequitur, absente gratia efficaci, voluntatem non posse operari, quacumque alia gratia roboretur.

6. Si absente gratia efficaci vera datur potentia, non est unde ex parte causarum sit infallibile, quod nunquam operetur.

7. Quia Concilium Tridentinum non loquitur de potentate pure metaphysica, pure speculativa, et quasi in abstracto, sed de vera potentate morali, et practica, alioquin

esset haereticis non solum inefficax, sed proorsus contemptibilis Con-
ciliij definitio. Tandem quia ex terminis implicatarum est; poten-
tia ad posse, et non ad operari: quia potentia nequit constituere po-
terem in aliquo genere, nisi in illo sit sufficiens ad suum actum.
Neque Augustinus distinxit unquam in hoc sensu auxilium ad
posse, et non ad velle, et operari; sed in eo quod unum habeat si-
bi annexum actum, secus aliud: potest tamen auxilium esse suffi-
ciens ad actum, et illum non habere adjectum, ob libertatem
operantis.

127. Insistit. Adamo datum fuit auxilium, ut posset
perseverare, non ut perseveraret: ergo vere datum auxilium suffi-
ciens ad posse, et non ad operari. Respondeo. Adamo datum fuit
auxilium sufficiens, ut posset operari, et sufficiens pariter, ut
perseveraret, si vellet: et quidem sicut fuit in ejus potestate
non peccare, ita fuit in ejus potestate perseverare in justitia.
Dum dicitur: Adamum non habuisse auxilium quo ut persevera-
ret, tantum significatur, Adamum non perseverasse auxilio ipsi
dato ad perseverandum, si vellet: nec alia potest esse Augustini
mens, ut passim demonstratur. Et quidem Hilarius Episcopus ad
Aug. ejus verba referens scribit: Molestè ferunt ita dividi in
gratiam, quæ vel tunc primo hominì data est, vel nunc omni-
bis data, ut ille acceperit perseverantiam, non qua fieret, ut
perseveraret, sed sine qua per liberum arbitrium perseverare
non posset: Hinc vero Sanctis ad regnum prædestinatis, non
tale adiutorium perseverantia datæ, sed tale, ut eis perseve-
rantia ipsa donetur, ut per hoc donum non nisi perseverantes
sint. Verba sunt Augustini asserentis gratiam sufficientem
ab efficaci distinctam, quæ Adamo data fuit, sicut et nunc om-
nibus, fuisse gratiam ad perseverandum, in illa enim accipimus
perseverantiam, si velimus, in efficaci vero accipimus velle perse-
verare, et ipsam perseverantiam. Nullam ergo agnovit Augus-
tinus gratiam sufficientem ad posse, quin simul sufficiens sit ad
operari.

128. *Ideat tamen pro se Mag. Beati potentiam vo-* Syst. Aug.
Dives. 4
c. 2 pag. 131
luntatis explicatam; ego objicit nobis, hanc luculentam ex-
plicationem. Potentia alia est expedita ab omni impedimento
potentis; alia est expedita ab omni impedimento nolentis; pri-
ma est cum gratia sufficiente; secunda cum efficaci. Sit ita,
nec inritus manus dabo, dum tamen immobilitea ita susti-
neat, nec destinet alibi quod nunc edificat. Vult igitur nobis
offundere tenebras, dum alias sepeissime inculcans, gratiam
inefficacem, sufficientem, parvam, et invalidam non aliam
quam puxē remotam sufficientiam prestare ad observantiam
precepti, modo docens, hanc potentiam expeditam ab omni
impedimento potentis. Nonne potentia puxē remoto sufficiens li-
bera est ab eo que constituitur in esse proxime potentis, et suffi-
cientis? Nonne illud, medio quo constituitur potentia in pro-
xima sufficientia ad actum preceptum, est gratia efficax, et de-
lectatio ipsa victuū emolliens, cordis duxitiam, ut vult? Quid
nisi gratiam istam dixerit viam, et vias addere potentis,
si potentia, que illā caret, est proxime expedita ab omni im-
pedimento potentis? Profecto quod nihil, ut possit voluntas,
prestat viam, a te gratia ex se efficax, aut victuū delectatio, nisi
ab usure nimis, dici non poterit. Si autem ea gratia vias pre-
stat potentis, et quidem efficacissimas, quod faciat ut voluntas
possit, innegabile est. Jam ego fateari teneberis, potentiam non
esse completam, et expeditam ab omni impedimento potentis,
sine illa; atque adeo, nec cum gratia solum sufficienti. Eum-
bis dubio procul ac falsa apparet Mag. Beati explicatio.

129. Ut sileam, totam hanc structuram eo solum
devenire, ut statuatur malę causę pejus patrocinium. Nam si ita,
ut Augustinianus vult, cum gratia sua victuice voluntas ex-
pedita foret ab omni nolentis, impedimento; non esset nolle
possibile sub ea gratia; est clarum. Non enim possibile judi-
catur, quod ita remotum est a potentia, ut ejus oppositum im-
pediri nequeat. Sicut ergo sub illa victuice delectatione non

potest nolle voluntas, aut ab omni impedimento nollentis non est exorta, nec vacua. Qui enim potest nolle, ab omni impedimento nollentis, libex non est. Nec huic ratiocinio fit satis per potentiam possibilitatis, et impotentiam positionis. Esto non posse nolle potentia positionis; nunquid voluntas sub ea gratia rictiue non potest saltem potentia possibilitatis? Nunquid posse nolle ea potentia non est aliquid posse nolle? Si autem subjacet huic potentis voluntas, profecto vacua non est ab omni impedimento nollentis; quod si ita foret, nulla sub gratia efficaci maneret vera potentia nollendi, libertasque indifferentis sub ea gratia non foret.

Capitulum Quartum. De gratia efficaci.

S. 1.

Conceptus gratie efficaci non recte per delectationem gradibus superiorem explicatur.

130. Per deivos libere doctrinae tramites conceptum gratie sufficientis stabilire molitus Augustinianus scriptor; nunc probandum suscipit, divinam gratie efficacitatem, per relativam superioritatem, aut majorem graduum intentionem. Quod quam alienum, et contra expressum Augustini mentem sit, oportet explicari. Non negamus, inter divinam gratie auxilia, inter innumeras, et varias gratie vocationes, alias esse perfectiores alii, de quo nunquam fuit inter theologos dissidium. Verum etiam est, quod vocatio efficax interdum illa dicitur, que intensior, et copiosior est, quam illa, que communiter ministrari solet. Sic vocatio Pauli dicitur ab Augustino efficacissima: quis tamen propterea estimet, similem vocationem necessariam esse ad operandum? *Quislibet in presentia*

presentiaum est de gratia efficaci, quæ communis est omnibus, qui actu operantur; proinde divinæ gratiæ efficaciam nequaquam desumenda est ex ubertate intensiōe, aut ex graduum superioritate, aut ex majore perfectione quantitativa gratiæ, cuius præcipua ratio est: quia quicumque sit inspiratiōis intensio, et quantitas, requirit in ea fundari effectus infallibilitas, scilicet, liberi consensus. Nam cum quilibet vocatiōis intensio debeat servare illam libertatem, et integram dominium electivum, ratio formalis consensus non est petenda ex quantitate gratiæ, sed ex humana voluntate libera, auxiliō divinæ gratiæ suffulta.

131. Statuit Beati, divinum auxilium esse efficacium quando gradibus superat malitiam voluntatis humanæ: quare, si gratia est intensa, ut quatuor, et malitia ut duo, tunc auxilium est efficacium, et consequenter efficacium erit gratia, quando nulla ei obstat malitia. Hoc tamen principium aperte falsum demonstratur, in homine, qui hactenus fuit iustus, et primo transgreditur præceptum. Tunc temporis homo peccatus erat gratia, qua potuit observare præceptum, alias non peccaret in eius transgressiōe; aliunde nulla malitia obstat, quia ad primum peccatum nulla malitia præsupponitur, et nihilominus gratia illa non fuit efficacium ad observandum præceptum: ergo efficaciam divinæ gratiæ non consistit in superioritate graduum respectu malitiæ. Si vero dicas ejusmodi gratiam non fuisse efficacem ob culpam humanæ voluntatis. Rogo. Inquam culpa præcessit ad primam culpam? Homo ille hactenus fuit iustus charitate peccatus, a quo omnis malitia exultat: ergo nulla culpa personalis præcessit, si vero recusus fiat ad peccatum Adami, recusus iste Calvinianus est; ut omnes Theologi noverunt.

132. Suppetit aliud argumentum quo Augustinus Beati meditationem coarctat. Supponit Beati hominem semper operari illud, quod magis ipsi placet, et amplius delectat. Augustinus vero contrarium docet. Non faciebam, ait, quod incomparabili affectu mihi magis placebat, lib. 8. Confes. c. 8. Sentiebat

Augustinus interdum delectationem superiorem, cuius suavitatis ipsum magis proleclabat, et tamen non secundum illius inclinationem operabatur: loquitur aperte Augustinus de practica delectatione, et quidem ad voluntatem spectante: affectus enim ad voluntatem pertinet. Deinde ait. Pax omnibus voluptatibus, etiam licitis, amanda est iustitia; preponite delectationi carnis delectationem spiritus: frustra quidem huc nobis predicaret Augustinus, si estimaret homines semper infallibiter operari secundum id quod magis delectat, et perpetuo obtemperandum delectationi, quae gradibus contrariam superat.

133. Adest germana ratio, pax ceteris commendata; eo quod Augustinus in explicanda divinae gratiae efficacia Congruentia favet, et Pertum omnino repellit. Ex

quo apparet, habere quosdam in ipso ingenio divinum naturaliter minus intelligentis, quo moreantur ad fidem, si congrua suis mentibus, vel audiant verba, vel signa percipiant quantum discedat Augustinus a majoritate quantitativa gratiae? nemo non videt. Nec indicat S. D. propriam naturam, eius qui vocatur dispositionem, ad quam refert congruitatem: eademque expectant illa ejusdem verba ad simplic. lib. 4. quest. 2. Hoc modo vocavit, quomodo aptum erat eis, qui secuti sunt vocationem, ubi per ly aptum eandem denotat vocati dispositionem. His Congruentiae infallibilitatem ponunt in gratia congrua, id est, genio, cui confertur accommodata, quae instillatur a Deo in circumstantiis, quibus providit Deus effectum habituram, quo posito, ita impossibile est, etiam gratiam effectum privari, quam impossibile est, Deum falli.

134. Quando Deus hominem convertere intendit (ait Aug.) illi res, et signa proponit, quae juxta eius ingenium apta esse cognoscit, ut vocatus veniat, et ad consensum pertrahatur. Discimus suasionibus agit Deus, ut velimus, et credamus, et modum explicans, quo celestis illa delectatio animum trahit, non per detaminando, sed alliciendo, et invitando

Serm. 168
de verb.
Apost. n.
6

De bono
per se
cap. 14

Lib. de spia
et litt. c.
34

invitando, nimirum ostensis, et propositis, quæ congrua sunt illis, qui vocatur ingenio, hac dissecatissima virtua comparatione. Ramum riuidem ostendit ori, et trahit illam, nuce pueræ demonstrantur, ac trahitur: cordis vinculo trahitur. Quam sit ingrata Beato similitudo isthæ, vel ex eo caudatur, quod, exponente Bellaamino divinis gratiæ efficaciam ex Augustini mente, ipsamet Augustini verba in ore Bellaamini Beato displicent, et tanquam parum apta ad exprimendam gratiæ efficaciam retundit. Dixit Bellaamini. Idem Augustinus hoc ipsum aperte declarat tract. 6 in Joan. ubi explicat, quomodo Deus trahat hominem ad fidem, et eos velle credere: nam quemadmodum Pastor trahit ovem cum demonstrat ei ramum riuidem, quo scit eam delectari, et pueros Parentes alliciunt ostensis nucibus, quæ grati illi congruunt, sic etiam Augustini sententia Deus homines trahit inspiratione interius oblata, qualem scit aptam esse ut ab eis non respiciatur. Lib. de grat. et lib. arb. Cap. 12.

135.

Hæc reprobat Beati, eodemque telo Augustinum cum Bellaamino lacessere non veretur. Moralitè illa attractio, quæ sita est in propositione objecti delectabilis, cuiusmodi est, ostendere ramum riuidem ori, et pueræ nuce: quamvis inspiratio interna sit, nihil aliud est, quam mentis illustratio, quæ menti aperit, quod latebat, ideoque est gratia pertinens ad intellectum, non ad voluntatem: optime, et pulchre diction! Ergo Augustinus minus apte explicat divini gratiæ efficaciam. Omnia tuncandi facilitas! Sicut Beati Augustini explicationem aduersarij sui delectationi indeliberatè relative dictici, et Augustini sensum, vario tamen cæterio, pellicæ præsumpsit. Numquid autumat Beati, puerum, cui patet nuce, aut dulciana protendit, in simplici intuitione hærere, quin ea capiendi anxius desiderio trahatur? Errat ergo Augustinus dum de pueræ illo tradit, cordis vinculo trahitur. Hæc quidem ostensio pellicet, peramulcet, movet, attrahit, suavis

tamen est attractio illa, et simul facta, illius quidem, qui cuncta disponit fortiter, et suaviter. Hic vero Beato importuna videtur, quia ejus delectatio victiva. Tam robustam voluntatem efficit, ut quilibet duritia cordis robustiori ponderis impetu frangatur.

Lib. 1.
Cent. 2. ad
Epist. Pelagii
cap. 17.

136.

Augustinus generaliter loquens, ait, gratiam nos juvare multis, et occultis modis. Instituta voluntas multis, et occultis modis, ut velit ab illo, qui novit intus in ipsius hominum cordibus operari. Causalitas finis moralis est: ejus motio solum trahit alliciendo, et irritando, et ideo finis dicitur, quasi primum principium in moralibus. Alij causas, quae reputantur morales, licet ad efficientes revocentur, ut sunt causa consilens, imperans, et alij similes, finalem causam imitantur, et illam ad causandum juvant, vel pulchritudinem, aut bonitatem ostendendo, vel aliis motibus ad illam alliciendo, omnibus his modis voluntatem adjuvat gratia, ut ex Augustino, Prospero, et Scripturae locis facile ostendi potest. Ex parte finis, seu objecti voluntatem nostram trahi ad consensum explicat Augustinus, dum

Incl. 26
in Joan.

ait: Admum videntem ostendit ovi, et trahit illam, unde concludit: Veritatis revelatio ipsa est attractio: quid enim desiderat fortius anima, quam veritatem? Hic modus inductionis moralis ex parte objecti explicatur ab Augustino, dum ait: Disorum suasionibus agit Deus, ut velimus, et credamus, hancque vocationem appellat effectivam bonae voluntatis. Aliis locis istam causalitatem exprimit per modum suasionis, et inclinationis, qua per unum affectum ad alium inclinamur, hancque appellat delectationem victivam. Lib. 2 de peccatorum malis, et rem. Cap. 19. Ubi maxime notandum est, Augustinum de illa vocatione, qua Deus agit ut velimus, et credamus, asserere sine effectu interdum remanere: illa vocatione, quae sine penitentia est, id proflus agitur, et peragitur, ut credamus.

Lib.

Lib. & Pudent. Sanctorum Cap. 15, et 16, et Cap. 19.

137.

Omnes istos movendi, et vocandi modos reducit Augustinus ad duo illa capita. Quia peccata gratiam fit, aut, ut non lateat, quod iustum est, vel ut suave fiat, quod non delectabat, que pertinet ad causalitatem moralem: quia peccata cognitionem objecti allicientia voluntas, et peccata suavitatem fit amabiliora operatio. Et simili modo hoc gratia adiutorium explicatur a Prospero lib. 2 & vocat. gent. cap. 3 alias 26 ubi ait: Hanc gratiam non esse violentam: quia movet suadendo, exhortando, terrendo, incitando, dando intellectum, inspirando consilium, cor illuminando, et fidei affectibus imbuendo, que omnia verba causalitatem moralem manifeste designant. Ratio hujus causalitatis, et moralis inductionis ab eisdem Patribus indicatur: quia homo in actionibus suis non ducitur, aut movetur ut quid inanime, vel ut brutum, sed ut libere se moveat, et agat, et ideo adiutorio morali indiget proportionato libero consensui, ad quem inducit: quam rationem indicavit Conc. Trident. Sess. 6 Cap. 5. et Can. 4.

Lib. 2 de peccat. mort. cap. 17.

Severus à S. Leone Papa

138.

Contemplari oportet adversus Deum, pertinere ad voluntatem gratiam illam, qua homo cordis vinculo trahitur, qua fit ut amabile, et suave fiat objectum, qua voluntas trahitur, ut velit, ab illo, qui movet in hominum cordibus operari. Itaque pro uberiori Augustini explanatione, observare oportet. Aliud esse Deum operari, ut velimus; et aliud operari ipsum velle. Qui consultit, et rogat aliquem, ut velit aliquid, operatur quidem, ut alter velit, in hoc enim precibus insudat; non tamen operatur velle ipsius. Primum est operari in nobis aliquid, quo disponamus, et inclinamus ad volendum, animo, et intentione ut velimus; operari ipsum velle, et efficere nobiscum ipsum actum volendi. Ait Augustinus, Deum operari in nobis sine nobis, modis supra recensitis, ut velimus: quia ipse solus, sine consensu nostrae voluntatis efficit in nobis gratiam excitantem, qua movemur, et inclinamur ad volendum, juxta illud, ipsa paratur voluntas à Domino.

Consonat Augustino Chrysostomus Rom. 3. et 55 agens de vocatione Pauli, ubi tradit, non prius vocatum fuisse Apostolum, quia perdidit Deus, tunc vocationi consensurum. Ex quibus non imbelles sit argumentum probans esse Augustinum, et Chrysostomi mente divinam gratiam efficaciam non consistere in superioritate graduum relative victorie, aut in maiore auxilii perfectione, et virtute entitativa; hęc enim cum intinseca sit auxilio, longe distat a munere intelligenti, et a circumstantiis extrinsecis ab Augustino recensitis. Et quidem si, ut Beati affirmat, efficaciam gratiam consistit in maiori quantitate intensiva, esset Deo otiosum, ut conferat gratiam efficacem, observare in homine munus intelligenti, et extrinsecas circumstantias loci, et temporis tunc occurrentes, ut eum vocaret. Nam conferendo gratiam superiorem concupiscentia, quibuscumque versantibus ingenii, temporis, et loci circumstantiis, effectum infallibiliter obtineret gratia. Ergo Augustinus, et Chrysostomus non reponunt divinam gratiam efficaciam in superioritate virtute quantitativa auxilii, sed in congruitate materiali, quam ex perscientia servat, vocando hominem, quomodo, et quando scit ei expedire, ut vocantem non respiciat. Hoc modo vocavit quomodo aptum erat eis, qui secuti sunt vocationem... quomodo scit ei congruere, ut vocantem non respiciat.

S. 2.

Principium Augustini argumentum exponitur.

140. Eminet inter omnes Augustini locus, quem nulli valent officij debilitare: sumitur ex lib. 12 de Civit. Dei. Ubi expresse docet S. D. e duobus hominibus equaliter corporis, et animo affectis, et eadem tentatione pulsatis, unum peccare, et alterum in bono perseverare, et huius discriminis nullam aliam designat causam, nisi quia unus voluit, et alter noluit tentationi consentire. Unde? nisi propria voluntate, ubi eadem fuerat

in utroque corpore, et animi affectio. Hoc sane argumento, duorum delationum systema profus lauratur, et frustra per ramos verborum circuitus tentat adversarius illud obscurare. Quia iuxta Beati systema. Duo homines equali tentatione vexati, et pari concupiscentia obstructi, et simul equali gratia affecti: si gratia est superior concupiscentia in uno, superior erit concupiscentia in altero; et si gratia est inferior respectu unius, respectu utriusque inferior erit. Hac ex regula proportionis evidenter patet, et simul evidens est, quod si gratia est superior, et efficax respectu unius, erit superior, et efficax respectu alterius; et si est gratia inefficax respectu unius, erit inefficax respectu alterius: et consequenter vel ambo consentient, vel dissentient ambo. Oppositum tamen docet Augustinus, nimirum, gratiam, quae respectu unius est efficax, respectu alterius esse inefficacem, dum nempe par est in utroque gratiae inspiratio, et equalis in utroque concupiscentis, et tentationis impetus. Ubi eadem fuerat in utroque corpore, et animi affectio. Tertius adeo clarus est, ut frustra captentur ad eum declinandum divinatula; nihilominus ait Beati, Augustinum eo loci docere, non pendere ex solo libero arbitrio, quod unus dissentiat, et alter consentiat Deo vocanti, sed hoc desumendum esse ex ampliori gratiae viatue, et ex benivolentia Dei, in uno vocationem, et in altero suasionem, voluntatemque operantis; quare addit paulo post, si ad illam profunditatem scrutandam quisquam me coarctet, cur ille ita suadeatur, ut persuadeatur, ille autem non ita? Duo sola occurrunt interim, quae respondere mihi placeat. O altitudo divitiarum! numquid iniquitas apud Deum!

121.

Ombra se optime condit, et inutilia ad casum depromit fugiens difficultatem. Cui unquam Theologorum in mentem venit, dum Augustinus dicit, e duobus hominibus unum consentire, quia vult, et alterum non consentire, quia non vult; cui unquam in mentem venit intelligere hominis consensum ita dependere a libero eius arbitrio,

ut non dependeat à Deo? Omnes Theologi cum Augustino optime
noverunt, humanam voluntatis consensum repetendum esse princi-
paliter à divina gratia, sine qua, nec homo consentit, nec potest
consentire. Rogatum tamen velim Beaton, unde deliberat vo-
luntatis consensum esse repetendum ex ampliori gratiæ virtu-
te entitativa? De hoc est in presentiarum questio, quam Au-
gustinus apertissime dirimit asserens: è duobus hominibus
æquali gratia instructis, reluctante in utroque æquali etiam
concupiscentia, unum consentire, et alterum dissentire; ergo
ex mente Augustini, quod unus gratiæ assentiatur non est
petendum ex ampliori gratiæ virtute entitativa: ut quid
ergo intaudere Augustinum docentem non dependere à solo
libero arbitrio, quod unus gratiæ consentiat, secus alter?

122.

Confundit præterea Beati, ut supra quæsitæ
proferit, duplicem quæstionem, quarum prima est: Cui unus
vocationi divini assentiatur, alter vero non? Secunda: Cui
unus ita vocetur, ut persuadeatur, alter vero non ita, seu
cui unus pulsatur gratia efficaci, et alter gratia pure suf-
ficienti? Hæc duæ quæstiones valde diversæ sunt. Primum Respon-
det constantem Augustinus cum sanctis Patribus; quia alter
vult, et alter non vult vocationi consentire. Solunt ergo isti
credere, nolunt autem illi: ad secundam quæstionem res-
pondet Augustinus. O altitudo divitiarum! et merito: quia
Deus ubi vult spirat, et cuius vult miseretur, et unice ex
divina voluntate dependet præbere uni vocationem effi-
cacem, et alteri incongruam. Unde tamen ex his Beati de-
primat, requiri ad vocationem efficacem majorem gratiæ
intensionem, perfectiorem auxiliis quantitatem, et amplio-
rem virtutem in ratione principis, non apparet? Constat tamen
oppositum evidentem docere Augustinum, asserentem: è duo-
bus hominibus æqualiter corpore, et animo affectis, æquali
gratia præditis, et pari tentatione pulsatis, unum tentationi
succumbere, et alterum in bono perseverare: quia unus vult;
et

De prælat.
ss. cap. 6
n. 11

et altera renuit eidem gratiæ consentire.

193. Insistit Beati parum sibi fidus, et Augustino ad-
versus. Sic scribit. Non ita Augustinus, qui docet, ei, qui persere-
rat, ita bonum suadeat, ut persuadeatur; ei tamen, qui peccat, non
ita: ideoque non esse equaliter affectos, sed dispari gratia prever-
tos. Sed
contra est: quia Augustinianus scriptor dissimulat hic agi de gra-
tia in ratione principii: Augustinus manifestè docet duos homines
non dispari gratia prevertos, sed equaliter corpore, et animo affectos;
et Beati aut non esse equaliter affectos, sed dispari gratia prevertos.
Quid aliud apparet, ait Augustinus, nisi unum voluisse, et alterum
noluisse à caritate desuare, ubi eadem fuerat in utroque corpore, et
animi affectio? Edisserat nobis Beati, quo pacto duo homines cor-
pore, et animo equaliter affecti sint dispari gratia preverti? Dein-
de: ex eo quod unus suadeatur, ita ut persuadeatur, secus altera,
insest Beati disparitatem esse, et inquam in utroque gratiam;
Augustinus vero eos adverso docet, stante in utroque equali gratia
preverenti, equali tentatione pulsatis, eadem in utroque animi af-
fectio, unum suadeat, ita ut persuadeatur, et consentiat; alterum
suadeat, ita ut non persuadeatur, et dissentiat. Instio igitur
est de gratia in ratione principii, et virtutis, et disparitatis in eo
consistit, quod uni consentia gratia efficax, et alteri inefficax;
et opinatur Augustinus, hanc disparitatem optime conciliari
cum equalitate intensiva, et quantitativa gratiæ, et cum equali
concupiscentiæ renitu, quod constantè renuit Beati contendens
gratiam efficacem semper esse virtute amplioram, et intensio-
ne validioram concupiscentiæ, quod nec Augustinus unquam
cogitavit, nec fundamento poterit suadeat, ita ut persuadea-
tur à Beato, nec disparitatem gratiam inveniet in Augustini
textu, nisi importunè intudat gratiam perfecte adjurantem,
et in ratione concupiscentiæ, cum gratia preverente, et in ratio-
ne virtutis, et principii.

194. Illa tentat via fugere nodum, dicens: Respon-
sum esse à Thomistis, et Augustinianis, ibi agere S. Patrem de

causa malę voluntatis, quam Manichęi malę adtribuebant subs-
tantię, et asserere malę voluntatis inıtium repetendum esse ex
solo libero arbitrio; non tamen asserere, non esse tribuendam
Deo voluntatem bonam, quam Cap. 3. c. 1. dicit ex operante
Dei adiutorio. Hoc effugium arguitur impertinentię, et insul-
sitatis, postquam inculcat, quod nullus Heclogorum negat,
nempe bonam voluntatem cęci debere ex adiutorio Dei: docet
quidem Augustinus contra Manichęos, inıtium malę voluntatis
repetendum esse, non ex mala substantia ad malum impelente,
sed ex solo libero arbitrio. Nonne id tantum dicit? Asserit
ulterius: e duobus hominibus equali gratia temperatis, et pari
concupiscentia affectis, unum gratię assentię, quia vult; alterum
dissentię pro suo libero nutu; quę ex hoc inferatur, aut dedu-
ci valeat, bonam voluntatem non cęci necessario ex operante
Dei adiutorio. Dicendum ergo est: bonum consensum semper
adtribuendum esse Deo, et quidem unice adtribuendum Deo
in ordine intentivo, et in ordine causalitatis moralis, excitan-
tis, et prevenientis, et in ordine etiam executivo, principaliter
esse Deo adtribuendum. Hoc tamen pro suis impertinentia infe-
ritur ad suadendum, delectationem victuicem consistere in su-
perioritate quantitativa auxiliü, nec minus inepte adstantur
ad infamandum Augustini argumentum.

125. Alteram non modo inutilem, verum etiam
non nihil suspectam his reamuris parat responsonem. Res-
pondeant secundo, nihil verius esse, quam unum assentię,
et alium dissentię, quia vult, pro nutu, et voluntate sua gra-
tę excitanti, sed in eo tamen qui assentitur, preparari vo-
luntatem a Deo, eique divina misericordia confecti efficaci
adiutorium, quod alteri iudicio Dei denegatur, prout S. Patet
lib. de peccat. sanct. num. 11. ubi, ad objectionem Semipelagia-
nam, ait: Multi audiunt verbum veritatis, sed alii cędunt;
alii contradicunt; volunt autem isti, nolunt autem illi cę-
dere, responderet Augustinus: quis hoc ignorat? quis hoc negat?
Sed

Sed cum aliis preparata voluntas à Domino, dicendum est, quid
veniat de misericordia, quid de iudicio

126.

Quotquam Beato faveret Augustini argumen-
tum: loquitur enim S. D. contra Semipelagianos de preparatio-
ne humanæ voluntatis per auxilium efficax: alii credunt: quod
quidem auxilium non omnibus conceditur, et quibus datur, ex
misericordia venit ista preparatio: cum hoc optimè stat, iux-
ta Augustinum, unum credere, quia vult, et alium non cre-
dere, quia non vult: licet enim non dependat à voluntate hu-
mana, quod ei preparata auxilium efficax, attamen semel ac-
cepto auxilio, illi assentiva voluntas, si vult, et si non vult,
non assentiva. Nonne hæc sunt Augustini verba, et expressa
mens? Agit Deus, ut velimus, et credamus, ait, sive eorum
secus per evangelicas exhortationes, sive intussecus, ubi non
habet impotestate, quod ei veniat in mentem, sed consentiva, vel
dissentiva vocationi Dei propriæ voluntatis est. lib. de sp. et
lit. cap. 34.

127.

Scire à Beato velim, an dum scribit In eo
qui assentiva preparati voluntatem à Domino, velit non pre-
parati voluntatem à Domino vis, qui non assentiuntur? quod
si affirmet, corrigendus est cum Novatoribus, qui Augustini tes-
tum, in sui erroris fulcimentum exponere ausi sunt; nimirum,
vis, qui urgente præcepto credendi, non credunt, non preparati à
Deo voluntatem ad credendum, nec muniam gratia, qua possint
credere. Semipelagianum dicentes: isti credunt, quia volunt, loque-
bantur de voluntate solius liberi arbitrii virtutibus elicitæ, nec ipsi
preparati à Deo voluntatem divino gratis auxilio, arbitrabantur.
Inde Augustinus increpat eos probans, illam credendi bonam
voluntatem Deo esse adscribendam, non tantum

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 25 horizontal lines across the page.

quia à Deo acceperunt gratiam preparantem, qua possent credere, si vellent, sed etiam preparantem, qua reapse crediderunt. Itaque, dum Augustinus ait: Cum alijs prepararetur voluntas à Deo, non excludit preparantem aliam, qui non credunt, sed loquitur de preparantem per gratiam efficacem, qua credunt, hanc venit eo misericordia; nunquam vero dixit Augustinus, ipsi, qui non credunt, non preparari voluntatem per gratiam, qua possent credere; imo hanc supponit. v. D.^r dicens, non credere, quia nolunt, nolunt autem illi.

107. Hic vult ostenditur, quam inepte quidam theologi, qui neque Augustini mentem vult callere, neque statum quaerens bene percipiunt, ternaxiam, et verripelagianam, inflatus lucci nuncupant eorum sententiam, qui dicunt, e duobus luminibus aequali divinae gratiae auxilio vocatis, unum posse diventi, alterum diventi. Hi quidem non capiunt, quaestionem esse de auxilio, quae se habent per modum principij, et potentiae; Nam si includitur concursus Dei, maius auxilium proculdubio accipiunt, qui convertuntur, quam qui gratiae resistunt; accipiunt enim illi, coequantem gratiam, quam non accipiunt, qui auxilio praesentato non convertuntur.

108. Augustini testimonia, quae supra congeruntur, ad evadendam contrariam opinionem, tantum probant, illum, qui consentit, accipere maiorem gratiam, non in ratione principij, et virtutis, sed in ratione beneficii, et si velis, indicant etiam gratiam efficacem, non consistere vobis in gratia coequantem. Itaque ad gratiam victicem non requiritur necessitas inequalitas, in actibus intellectus, et voluntatis, in aliqua ratione, aut modo, sive modus rei intentio, sive clarior objecti propositio, sive graduum superioritas, sive quilibet alijs. Quia cum nulla intellectus apprehensio, sive iudicium, quod voluntatem praesentit, illam determinet necessitas ad unum; adhuc proposita illa motione maiori intentione / idem die de preparatione voluntatis potest voluntas illi deserti. Ponamus ergo, Deum praesidive fore, et homo illi maiori intentioni diventi, tunc quidem tota illa maiori intentione, et validior perfectio quantitativa, esset inefficax.

109. Novas accipit vices, contra Systema Berti, Augustini argumentum, ex definitione Tridentini: Idem homo,

22
eidem vocationi, hac proxime invariata, invariato etiam homi-
ni temperamento, et affectione, potest iuxta Tridentinum asseri
tū, et dissentiri: ergo idem auxilium potest esse efficax, et inef-
ficax in eodem homine, eodem modo disposito, quin gratia,
qua pulvatur, addatur, aut detrahatur aliquid interventionis.
notanda sunt tridentina verba. Inspirationem illam accipi-
ent, quippe qui illam abesse potest. Sub hac inspiratione
comprehendit Concilium, omnem gratiae promotionem, quae
tempore, vel causalitate consensum antecedit, et loquitur
manifeste de eodem homine invariata omnino eiusdem
affectione, aliter inconstans, et equivoca esset Concilij defi-
nitio, ergo ad efficaciam gratiae, non requiritur illa ma-
ior intervallis gradualis, aut inequalitas, quam gratiae contempla-
tur Beati.

150. Argumenta, quibus fides ad verum, Levissime, ar-
matum, vult; Ecce rationem theologiam quam ex Ma-
cedo ponderate tradit; Si cum gratia omnino invariata
abque ullo pulv, motuque vehementi voluntas interven-
tionem accipere diceretur in Rom. pag. 71, et 72. At ve-
ro scapulus vite facile absolvitur, a D. Bonavent. ubi do-
cet. Stante eadem gratia invariata, posse voluntatem
nostram interventionem actum operari: Motus Contritio-
nis, (aut) ferventior esse potest secundum cooperationem li-
berii arbitrij; unde ex equali gratia aliquando magis fervens
elicitur motus, aliquando minus, secundum cooperationem
liberii arbitrij; prout est, quia cum vocatio consistat in illu-
minatione intellectus, et excitatione voluntatis, si voca-
tio secundum se considerata sufficiens est ad actum cuius-
cumque interventionis, voluntas divina gratia excitata, po-
test magis, ac magis conari intervenire, quin inde vequa-
tur quod gratia aliquid a voluntate accipiat, cum potius
voluntas accipiat gratiam, et a gratia simul cum volun-
tate actus intervenis eliciatur.

In. 4. dist. 16.
art. 4. q. 1.

De sect. 4. cap. 1. p. 33.

151. Demum addit: Augustinum delectatione car-
ni delectationibus spiritus opponere, et in pugna Con-
cupiscentiam cum gratia committere, et fortissimi violenti-
am

am avignaze; Augustini verbis abutitur paucimodo. 57.
Janvinius dicens: Exuberantē tradit Augustinus, quando
in hac vita vivimus, esse in homine luctam quandam duo-
rum delectationum, nōis, et beneficę, quarum quęlibet
vicerit, animum verum ad conveniendum trahit. Quod vero
pavidij hec verba. Bexto ^{affertur.} Augustinum agnovisse
bellum inter Carnem, et spiritum, quid inde? ut in plu-
rimum validiori delectationi adscribere victoriam gra-
veget? Nec. S. P. agnovit, delectationem indeliberatam
relative victricem, nec infallibilem victoriam adscribit
gradibus validiori delectationi; Immo systema duarum
delectationum Augustinus clariſſimè, et iteratis docum.
prescindit, et proximè exitum remanet.

152. Nunc vero priusquam ad alia graviori momenti con-
troversam, non importunum arbitror videri: Quo privilegio
nonique theologo concessa gaudeat Bexti ad vobiscum
sententię Contradictorie oppositę, scilicet, Delectationem
indeliberatam esse absolute victricem, et Delectationem
indeliberatam non esse absolute victricem, sed tantum
relative? Thomiste, qui inter gratiam sufficientem, et ef-
ficacem ponunt distinctionem entitativam, et ex natura sua
consequentem asserunt, gratiam efficacem, semper esse effica-
cem, et in quocumque subiecto, quacumque etiam, et vi no-
bustivima concupiscentia reluctante, semper esse victricem.
Qui vero, inter utramque gratiam denegant veram di-
tinctionem entitativam, asserunt tantummodo distingui
penes maiorem gradum intensiorem, ita ut gratia eadem
sit victrix, quando gradibus superat concupiscentiam, et
victa, quando gradibus a concupiscentia superatur.

153. Nunc frigidum, et calidum ex ore Bexti. Laudat Anto-
nium Reginaldum Dominicanum, quo nullus, ait, uberiori sty-
lo de gratia efficaci delevit, et eam sic describit. Quę est
victrix delectatio supra ipsum liberum arbitrium, sic dicta
ab effectu, quia eius vincit duritiem, et remissum, quę a mu-
llo dux corde respicitur; quia idcirco tribuitur, ut cordi du-
xina penitus auferatur; quę gratia voluntas indeclinabi-
liter, et invincibiliter operatur, hiis quibus delectatio
absolute victrix depingitur, vobis Bexti; Agnosco verba.

Disert. A. C. 1. fol. 20
num. 11.

Cap. 1. fol. 18. n. 7.

Tom. 3. lib. 2. de.
grat. Chri. cap. 28.

Systema August.
Disert. 4. c. 1. p. 25.

Cap. 1. pag. 18.

Augustini, quaeque libenter subscribo: quia autem his perlati-
tis, gratiam efficacem esse victricem delectationem, quae su-
perat cordis duxitiam, et contrariam carnis concupiscentiam
negare poterit. Arbitramur utique nos ad gratiae efficaci-
tatem, requiri, ut Deus inspirando certam virtutem, et victri-
cem delectationem, physice in nobis operetur, ac tam
robustam voluntatem efficiat, ut quolibet duxitia cordis fran-
gatur. Janvinius sic eandem gratiam describit. Quae simul
pulsat foxes, sumit ostia, repugnantem domat voluntatem,
tollit omnem eius resistantiam, rapit eam seum. Hec qui-
dem de gratia absolute victricem intelligenda vult: nam
gratia relative non domat quamlibet Duxitiam Cordis, sed
illam tantum, quae gradibus inferior est.

154. Vult igitur Berti, gratiam efficacem in delectatione
victricem vitam, tam robustam, et victricem vixi, prestare vo-
luntati, cui inhaeret, ut omnem penitus concupiscentiae resisten-
tiam tractare poterit, et simul docet, delectationem vic-
tricem tantummodo vincere concupiscentiam inferiorem,
quae fit delectationem victricem, esse absolute victricem,
et non esse absolute victricem, vincere quamlibet Con-
cupiscentiae resistantiam, et tantum vincere resistantiam
gradibus inferiorem, non quae gradibus validior est. sic scri-
bit. In sententia nostra eadem gratia potest esse efficax,
respectu unius, et sufficiens tantum respectu alterius. In
delectationem relative victricem. Primum. Nos in delecta-
tione superiori statuimus gratiae efficacitatem, non ad Jan-
senij trutinam postea ponderandam, sed ad principia pra-
deterrminationis physice, et delectationis absolute victri-
cis. Ecce delectationem victricem iam absolute. ubi
observandum, ipsummet Berti, vel insitum fateri, delec-
tationem relative victricem ad Janvinius trutinam per-
tinere, dum facta contrapositione ad Contra Catholica de-
lectationis absolute victricem confugit suam ergo doctrinam
in tuto collocandi. sed iterum paginas evolvamus, ait, ex-
go, sic. Reliquum est, ut nonnulla dicantur de parte sup-
rematij nostri, extrema, in qua statuimus, sanctam delec-
tationem non esse eandem in omnibus, sed gradus habe-
re, et modo efficacem, modo inefficacem esse. At pau-
cu.

civ interlectiv hec reponit. [Fatenuz qviam gratiam
efficacem, et delectationem victuicem interdum esse ab-
volutam, idoneamque ad superandam omnem penitus du-
ritiam Cordis, ut constat legenti (contavit dicere soluit)
librum novum 18. cap. 8.] Inconstantia hec, antilogia
verius, et contradictio doctrine, a nullo non oculis capto com-
mitti potuit. Ni forsan, quod timendum est, aliquam sublecte
fidei suspicionem, valeant hac non casu, sed ex animo ad-
tracta generare.

155. ut vit, huius causa vertiginis, ni fallax est patens.
vidit Berti Januianum systema in delectatione cuba-
re relative victuic; atque hinc necessitatem oriri sequen-
di quod magis nos delectat; dum delectatio gradibus super-
riora, seu sancta, vive noiva, irresistibiliter adigit volun-
tatem, sine vira indifferentia libertatis ad oppositum.
Nam quando ex q. sancta delectatio est xerriva ut duo
ad conceptum delectationis nocive, ut quatuor; cum op-
tude necesse vit maiorem, et intensiorem delectationem
superare minorem contrariam; fiunt duo. 1.^m quod gra-
tia in illo conflictu potens non vit vincere cupiditatem,
atque ades nec voluntas vixi habeat sufficientem ad
non succubendum peccato. 2.^m quod cupiditas robustior
flectat necessario veeum voluntatem, que tunc sine
vira in oppositum potestate, proinde sine indifferentia
libertatis operetur necesse est. Hec quidem vus ponder-
re manant de intensiōne delectationis gradualis, seu de
gratia relative victuic. Quid ad hec Berti? Negare li-
bertatis indifferentiam non potuit, necum Catholicis
vaxet; negare intrinsecam gratie efficaciam modicum
abhorreret, ne a pre-determinationibus Catholicis defi-
ciat. utrumque autem utdesitet, hec utatuit. 1.^o Gratiam
victuicem in sancta adfirmat delectatione gradibus in-
tenva. 2.^o Nullomodo avexit, pati detrimentum indiffe-
rentiam libertatis. 3.^o Non vequi necessario nos, quod de-
lectat magis, sed libere. Invenit modo difficultas. Ex-
go quod gratia vincat concupiscentiam, non provent,

58
pag. 25. eius-
dem Capituli.

ab intrinseco gratiæ, sed eo circumstantia valde extrin-
seca, quod in subjecto minor concupiscentia obstat, si enim
maior foret concupiscentia, quam gratia, illa non hec vin-
ceret ab dubio. Vide modo ingeniosam hominū volutio-
nem. Ne inquit, Gratia de ve et efficax, Nos statuimus
gratiæ efficacitatem in delectatione, non ad principia
Janvenij, sed prædeterminationū physicæ, et delectationis
absolute victrici ponderanda. Quod si tunc urgeas eo
adverso, Ergo deficiente gratia de ve efficaci, voluntas
iusti urgente præcepto potens proxime exte illud adimple-
re iuxta prædeterminationū principia. Minime, respon-
dit: gratia illa parva, et invalida, non dat proximam su-
fficientiam propter superantem cupiditatem; et iam ite-
rum confugit ad delectationem victricem relative:
quo fit, ut neutram defendere valeat, nisi ad castra
Janvenij se recipiat.

Parag. 3^o

Co thornitaxum, et Conguitaxum principij De-
lectatis relative victricem firmare satagit.

156. Superioribus demonstratum est, Magistrum Bexti, gra-
ui protulive, in sententia thornitaxum omnium physicam
prædeterminationem consistere ex parte actu primi. In
sententia omnium thornitaxum ultimum potentie, com-
plementum præstari per prædeterminationem physicam.
Hæc vero adeo avertate divitia probantur, vis ut vine ru-
boxe audiri possint, vel ab ijs, qui in thornitica palestra tan-
tum initiati dicuntur. Nunc vero, ut ab omni heræonio
vuspicione quam victricem delectationem exipiat, jactabun-
du de more innocat thornitas, ut vivi dignentur explicare,
Quomodo utet cum libertati indifferencia, physica præde-
terminatio, non stet autem cum eadem libertate delecta-
tio relative victricis? ven quare libertatem exertet in-
paxatio sancte dilectionis ad quinque gradus intensa, vici-
que subjiciens pravam cupiditatem, ut quatuor et liber-
tatem non exertet delectatio absolute victricis, omnem
concupiscentiam

Concupiscentiam superni gradibus flagrantem super- 59
xans, et subjiciens. Paulline respondetur. Quia cum hac
stat sufficientia ad oppositum, non cum illa. Dudum Jan.
venius eodem argumento sibi plaudet contra physicam prae-
determinationem Thomistarum, ait enim; [Physica prae-
determinatio talis esse dicitur, ut in quibuscumque circumstan-
tiis collocetur voluntas, semper faciat facere, et operetur
suum effectum, omnemque superet resistenciam, Christi ad-
jutorum nullo modo; nam delectatio victivae, quae Augus-
tino est efficax adiutorium, relativa est, est victivae, quando
alteram superat; quod si contingat, alteram audentiorem
esse, in volu desiderij inefficacibus haerebit animus, nec
unquam volet, quod volendum est.] lib. 2 de grat. Christ.
cap. 8. Haec autem nihil Thomistic nocent, cum inveniet
Janvenius plures diversissimas rationes inveniet inter phy-
sicam prae-determinationem Thomistarum, et delectationem
relative victivae. Ait, Thomista, qui efficaciam Divi-
nae gratiae in physica prae-determinatione reponunt; [esse]
potius Aristotelicos, quam Augustinianos, esse autem Au-
gustinianos, qui efficaciam divinae gratiae in delectatione
indeliberata relative victivae suam esse defendunt, quae
sententiam Dexti confirmat, lib. 2. de grat. Christ. cap. 8.
157. Diversissima, quae numerantur à Janvenio inter phy-
sicam prae-determinationem Thomisticam, et victivae delec-
tationem, otiorum percurrare cœtibus: videri possunt lo-
co proxime citato; quae vero à Thomista de delectatione
victivae scriptae, cum in constituenda physica prae-determi-
natione divisi vint Thomista, unusquisque juxta suam
sententiam diversitatem diversam assignabit; aliam, qui
physicam prae-determinationem ex parte actus primi reponunt,
aliam, qui eam ex parte actus secundi; alteram, qui eandem
juxta applicationem actus primi ad secundum conside-
rant, alteram, qui ipsi attribunt tantummodo moralem
necessitatem, aliam, qui eventum qualitatem esse eandem
placent, neque eandem adijciunt; qui vitalem actum esse

propugnare. Hæc omnia reconferre, vel imprimet Bexto dispa-
ritatem querenti permoletum foret. Quare facilem, et bre-
vissimam explanationem, in qua Thomæ, omnes convenire de-
bent, disparitatem inducendam supra a Gravesono exponam.

158. Delectatio victrix prout à Bexto cum Janenio sta-
tuitur, catholicam libertatem exeat, proinde cum Ma-
soulie Gravesonus docet, adversam esse doctrinam Augusti-
ni, et D. Thom. et ab Ecclesia damnatam. Cuius ratio
est: quia inducit necessitatem simpliciter antecedentem,
cum physica prædeterminationis Thomistica, tantum recum
afferat necessitatem consequentem, et eo suppositione Tho-
misticæ, qui physicam prædeterminationem, aut efficaciam
divinæ gratiæ in delectatione absolute victrice vitam
esse certant, uno spiritu docent, quod divina voluntas,
cum sit efficacissima, inducit non vult, quod fiant ea, quæ
Deus fieri vult, sed etiam quod fiant eo modo, quo fieri de-
crevit. Itaque Deus supremus humana voluntatis, et liberi
arbitrii arbiter, et autor, decernit, non vult consentum quo-
ad substantiam, sed etiam quoad modum libertatis, ac pro-
inde accedente signo libertatis præponitur futuritio libe-
ra consentus prædestinati, qui quidem involvitur in decreto,
et præmotione, et consequenter necessitas consentus, quæ exis-
tens ex decreto, minime reputanda est antecedens, sed con-
sequens, et eo suppositione, ut fusc explicat Alvarez de Au-
silijs disp. 22. num. 39. Hoc neutiquam aversi valet de
delectatione indelibetata relative victrice, cuius tota vir-
tus, et efficacia, virtus, et infalibilitas consentus, vnicè fun-
datur in superiori pondere gradualis delectationis respectu
Concupiscentiæ. Præterea Thomæ abverte gratia effica-
ciorem sufficientiam agnoscunt in auxilio, nec vincu-
lum voluntati injiciunt, quo non possit in contrarium
actum exire: vinculo cupiditatis laqueus impedita, ut
supponit Bextus, et alia, quæ iterare non oportet.

159. Mixum scriptorum Augustiniani ingenium, vel in-
vitis delectationi relative victrici Conguivitas supra
gami contendit; Etiam Conguivitas, ait, debent grati-
am

am efficacem relative victicem advenire; in hocum quij. 60
pe sententia, sufficiens gratia, redditiva efficax, vi confertur
in tali congruitate loci, temporis, et subjecti, atque sine efec-
tu remanet, vi caret eiusmodi congruitate: 50. est efficax com-
parative ad subjecti intrinsicas, et extrinsecas dispositiones.
Hæc male cocta, et indigesta vult, nec inducta paritas subvis-
tate valet, vi congruitatum systema, vel medicamentum com-
prehendatur.

160. In primis casus error est cogitare, in congruitatum
systemate efficaciam divinam gratiæ deum ex circumstantiis
à Beato memoratis: cum tamen iuxta Beati sententiam effi-
cacia divina gratiæ deumatur omnino ex maiori delecta-
tionis intentione graduali, ex hoc capite paritas nulla est.
Si vero per gratiam congruam intelligat Beati, gratiam
efficacem, secundum totum quod includit denominationis
gratiæ efficaci, opus ultra est, distinguat Augustinianus
Scriptor, gratiam congruam à congruitate gratiæ. Clarus:
Circumstantiis omnes Temperij, et temperamenti subjecti, lo-
ci, temporis, et quæcumque alia supponatur, nisi accedat
infallibilis præstentia futuri consensus minime sufficienti
ad præstendam auxilio denominationem efficacem
enim absolute separabiles ab effectu, nec huius infalibilitatem
fundare sufficienti. Contra vero iuxta Beatum, maius intentio,
et superabundans delectationis ex sola infalibilitatem eorum affecti,
et inseparabilitatem à Consensu.

161. In hac propositione: Gratia redditiva efficax, vi confe-
ratur in tali congruitate loci, temporis, et subjecti, non bene
capit Beati Congruentiam verum. Si velit, circumstantias
congruas memoratas præstare efficaciam divinam gratiæ; falsi-
va penitus est propositio iuxta omnes Congruentias: Hæc enim
docent inseparabilitatem, quæ in prædictis circumstantiis re-
peditur à Consensu, non esse repetendam ex sola vi morali,
quam ex se habent circumstantiis inductis. 162. Beati deum-
atur ex sola gratiæ superabundanti intentione; sed repetendam
esse ex divina præstentia, qua Deus cognovit, non vultum quod
quodquid possunt facere, sed quid a cturæ vult humanæ voluntatis

tates, ubicumque, et quomodoocunque vocentur. Distinguat,
appareat, si velit Congruarum vellicare vententia Bexti,
efficaciam gratie in actu primo, ad quem pertinent prefata
Circumstantie ab efficaciam in actu secundo, et intem vibi vox
vel paritatem ab ipso congruitur objectam, non plus ad rem
venire, quam Boxcas ad mexidiam.

162. Insitit, nec cultiori rurnine vexit: Est intem nos, et
Congruas dicimur maximam; illi putant conferri gra-
tiam Congruam, scilicet vocari hominem in hac opportuna
Circumstantia, secundum propositum, ob praesentiam boni
usui arbitrii; nos dicimus, non pendere a tali praesentia
quod Deus talem gratiam inspiciet, sed a voluntate efficaci,
qua vult, et praedestinat, eius, qui vocatur consensus; et ne
voluntas divina frustrata effectu, inspiciat Deus talem de-
lectationem, que superet cupiditatem pugnantem, et eo qua
certo, et infalibilitate, omnino tamen libere effectu ipse
consequitur.

163. Intem offendit Bexti, veta variis permissis,
cens, stentiam mediam reflexam, cum directa, et dicimur
quod nisi adjecta lima penitus confictum apparet. Congru-
istq omnes cum Bexto gratanter fatentur inspirationem
divine gratie efficaci, vnicum pendere a divina gratia effi-
caci, qua vult eius, qui vocatur consensus, huc tamen
vixime aversioni non opponitur. Deum secundum propo-
situm conferre auxilium sub praesentia liberi consensus
futuri. Dicimur igitur in eo vitium est, quod Congruis
certant eiusmodi decretum absolutum, et efficaciam divine
voluntatis concipi praesentia infalibilitate futuri con-
sensus liberi, quam utique stentiam diligentem rejiciunt
adversarij. Quota Congruitas, Deus posita hac stentia con-
ditionata potest decernere, aut non decernere consensus
conferre, aut non conferre auxilium praesentia efficaci, ex quo
vixum etiam est in Congruarum sententia vnicum pende-
re a divina voluntate divine efficaci gratie inspirationem,
Nec modo quartio est de veritate huius propositionis: non

non praesidiū autō illud non confexerit, quę 61
quidem cum pertineat ad scientiam mediā reflexā, eā
parte hypothēsis attingentē scientiam mediā directā, in qua
non praxum caligare dextum experimur, ipsum volumus am-
plius schemacari, maxime cum nihil ad praesentem confexat
concertationem.

168. Cauat pasterea dexti, deum inspirare delectationem
gradibus concupiscentia validiorē, ne voluntas divina
frustretur effectū, in quo vellicari concupiscentia arbitratū
quasi ex eorum sententia conuequatur, frustrari posse diuinā
voluntatem consensu praedefinitivam, cui scrupulo parceret
ab dubio, si illi scientia accederet illius notissime di-
tinctionis, quam in Conguistatione scholae, vel tyrannuli di-
cernere compelluntur, nimium, quę seruat inter frustra-
tionem, et impeditiōnem decreti absoluti diuine volunta-
tis. Humana voluntas nunquam potest frustrare decretum
efficacē diuine voluntatis praedefinitivum consensu, et si li-
berissima sit ad diuertendum: imo vise voluntas humana
conueniat, vise diuertat, non frustratur diuinum decre-
tum; quia si consentit, eorum uoluntatis effectum, si diuertit
infert, nunquam extitit decretum; ergo voluntas nun-
quam potest frustrare diuinum decretum, licet valeat
illud impedire; cum tamen eiusmodi impeditio indirec-
ta sit, logica, et apertior; nec decretum libertati nocet,
nec eius efficaciam minuit, nec consensu infalibilita-
tem depurrit.

169. Tandem Conguistata caput in sulva quidem, et
lumine magistrali infula decoratum indigne xationa-
tione sic venustissime canit. [Si praescindamus a scien-
tia mediā, quam nec admittimus, nec admitemus ungu-
am, nihil in sententia nostra est, quod ad sexuā
duplicat, ac tantę demum eximinationes in nos, quoni-
am heterum Commentum scientie mediā refleximus,
insidiosus Januarius nomine inserentur eue conflato.
Licet cum magno Augustino orare. [Plus mihi Domi-
caciem ad illud implendum, nemo inficiabit, quia
si quoties instat preceptum, aderet gratia efficax,
nunquam transgredereetur preceptum, ut per se patet.
Quare ingens me perculit admiratio, Bestum. in
combustanda re notissima, cui nemo obistere co-
stitavit, inutiliter contrivisse. Quis tamen si No-
vicij opera perlegit, in hac tantum propositione
estimet deliquisse? Besti avertit id tantum tra-
didisse Novicium, atque eandem sententiam fir-
mat scribens: Non semper justis adesse gratiam effi-
caciem, et potentiam illam proximè completam
atque expeditam, quæ nullum aliud exigit adju-
vium ut exumpat in actum. Ergo si plurimis Novi-
cij testimonijs comprobatur, ipsum non tantum de-
negare urgente precepto gratiam efficacem, ve-
rum etiam abesse gratiam sufficientem ab effica-
ci distinctam, non erit à censura Janvieni im-
munitus, et consequenter tota vindictarum machina
operose à Besto constructa penitus evanescat. Ad-
terram veniamus.

Syst. Aug. part. 2.

De Ext. 4. cap. 1.

Coax. 1. fol. 100.

num. 3.

Nonius urgente precepto denegat gratiam sufficientem, qua pos-
sit impleri.

76.

2o2. Primum argumentum desumitur ex discrimine ut-
riusque gratiæ, quod nempe refertur inter gratiam Adamo inno-
centi collatam ad observationem precepti, et quæ naturæ lapsus mi-
nistriatur ad faciendum mandatum. Jansenius sibi plaudit ope-
rosius, et feliciter elaborasse, ut ab iis tenebris, quibus tandem con-
sepultum delituerat eduxisset discrimen à Recentioribus valde abstur-
sum; verum tamen nihil de ingenii sui thesauro protulit, nisi xanci-
das, et absoletas Calvinii opinioniones, et Lutheri delicia, quæ Jansenius
vocat scopum, basim, clarim, et fundamentum totius doctrinæ Au-
gustinianæ, sine qua velut cæcus palpabit tenebras. Veluti filium in
labyrintho scripturæ ejus. Lib. de grat. primi hominis Cap. 11.

2o3. Legem Calvinus Jansenio imposuit, dicens: talem
fuisse hominis adhuc stantis conditionem, ut potuisset in alteram
partem inclinare, sed cum suo exemplo docuerit, quam miserum
fuit liberum arbitrium, nisi Deus in nobis, et velit, et possit, quid
fiet nobis, si ad eum modulum suam gratiam nobis impetraretur.
Lib. 2. hu. Cap. 3. Fuit igitur juxta Calvinum gratia naturæ inno-
centi ministria, indifferens, et in utramque partem pro voluntatis
arbitraria retribilis; gratia vero, quæ conceditur naturæ lapsæ sem-
per est efficax, et victrix: et subdit: in eo falluntur Tridentini Pa-
tres, quod nullum observant discrimen inter regenerationis gra-
tiam, quæ nunc miseris nostris subvenit, et primariæ, quæ Adamo
data fuerat, quod diligenter exponit Augustinus in Antidot. Trid.
ser. 6 Cap. 6. Lutherus pariter, insolenter caput Tridentini P. Nota lib. de
quæ definiunt, usum gratiæ in natura lapsa à nostro consensu ^{ser. 1. arb.} et cap. 2 in
pendere, quod ipse Pelagianismum incusat. ^{Genes.}

2o4. Jansenius inter Calvinii asseclas unus omnium
fidelissimus ait: Certum, et indubitatum esse debere sentio, quod
Masiliensium error in hoc præcipue consistit, quod aliquid pri-
mariæ libertatis relinquunt: patant, quod sicut Adam poterat, si

voluisset, perseverantia operari bonum, ita et homo lapsus saltem
credere posset, si vellet; neuter tamen absque gratia interiectionis adju-
torio, cuius usus, vel abusus relictus esset in uniuscuiusque volun-
tate, arbitrio, et potestate Tom. 1 lib. 4 de stat. nat. lap. cap. 6. His
consequentem dividit Jansenius gratiam actualem, in gra-
tiam sanitatis, et medicinalem. Prima Adamo innocenti
concessa fuit indifferens, et revocabilis. Secunda homini lapsu
data semper est efficax, et victiva. Illa est propria naturae
innocenti, inepta vero, et inutilis naturae lapsae; haec est omni-
ni necessaria naturae lapsae, adeo ut quilibet alia gratia ho-
mini lapsu concessa, invalida proferat, et inepta ad
observandum preceptum.

205. Ego juxta Jansenium utriusque gratiae dis-
crimen, gratiae sanitatis, et medicinalis in eo situm est, quod
illius primae integritatis adiutorium, sic adiurat voluntatem, ut
cum eo operetur voluntas, si velit, nunc autem ipsum adju-
torium facit, ut velit, quod clarius explicari poterit: quod gratia
sanctae voluntatis, in ejusdem libere arbitrio relinqueretur, ut eam,
si vellet, desereret, aut si vellet, uteretur; gratia vero lapsae, et ego-
tiae voluntatis, nullo modo in ejus relinquitur arbitrio, ut eam
deserat, aut accipiat, si voluerit, sed illa invictissime facit, ut
velit, et a voluntate non deseratur: Et concludit. Post lapsum
hominis nullum datum adiutorium vere sufficiens, quin simul
sit efficax. Huc concinit. Censura Soran. ad assent. 10 pag. 26.
Augustinus gratiam nostram statuit a prima hominis gratia
distinguens, non solum ei tribuit posse, si velimus, sed facere,
ut velimus.

206. Hae proculdubio est Belli doctrina, quam
Beati tanquam Augustinianam probat. Quas igitur gra-
tias accurate distinguit, sicuti Jansenius Belli. Gratiam
Creativam, et gratiam Salvatoriam. Prima, quam Jansenius
vocat sanitatis, data fuit Adamo in statu naturae inno-
centis, et fuit indifferens, et revocabilis. Secunda, quam
Jansenius

Tom. 3 l. 2
de gratia
chait. cap.
4

Jansenius appellat medicinalem, est efficax, et victuosa. Velud discar-
men assignamus, quod gratia creaturę innocentię fuerit indifferens,
et reasabilis, et tantum efficax ab extrinseco, gratia vero hominis
lapsi, sit ab intrinseco efficax. De Stat. nat. lat. lib. 2 Cap. 1. His
plane demonstrat cum Jansenio post lapsum hominis nullum
dari adiutorium vere sufficiens, quin simul sit efficax.

207 De gratia Creatoris, seu naturę innocentię, ni-
mirum, indifferenti, et reasabili, aut, esse ineptam, et inutilem ho-
minibus lapsis, quę quidem non maiorem potestatem præstaret
ad implendum præceptum, quam Scipiones ad curandum ho-
minu factis cauibus. Sic scribit. Ineptę daretur hominũ in-
firmo, et languenti prope jam moribundo idem cibus, ac sano
conceditur: ita similiter, non proderit Scipio factis cauibus,
aut compeditis, nisi vel tibię potentiorũ medicina consoliden-
tur, aut vincula solvantur. Verba Jansenii agnosco, passim
in his lucubrationibus iterata; et quod plus est solutio nem ad
argumentum quę Jansenius præmitur, repetit Bellelli. Jan-
senius sic uagetur: si omnis gratia præter efficacem est inua-
lida, et inutilis ad implendum præceptum, homo, cui, ux-
gente præcepto, denegatur gratia efficax, non poterit præceptum
adimplere, et excusabilis esset in ejus transgressionẽ: Janse-
nius cum Calvino respondet per recusum ad peccatum
Adamũ in cuius pœnam denegatur hominũ adiutorium
sine quo non; ac proinde hominis culpe tribuitur, defectus pote-
tatis, ac præcepti transgressio. Sic Bellelli. Gratia Redempto-
ris ex misericordia datur. . . gratia vero Conditoris datur ex
lege providentię, qua tenetur sufficientia adiutoria creaturę
sęq tribuere, ut possit, quę debet præcepta divina servare, alio-
quin justam posset de peccato proferre excusationem. Sequi-
tur Bellellius aperte de auxilio sufficiente, sine quo non potest
homo divina præcepta implere, hoc vero auxilium, inquit,
non dari, nisi innocentibus, et nullam pœnam merentibus.
Gratia Conditoris non peccantibus, sed innocentibus, non

Jans. lib. 2
de grat
Christ. cap. 1.
Bellelli lib.
2 de stat.
creat. nat.
Cap. 1.

indignis; sed nullam poenam merentibus, propter mandatorum
obseruationem data. An passionibus terminis Jansenij hære-
sis explicari possit? non disputo.

208. Discrimen igitur utriusque gratiæ amplius
à Jansenio siamatur. Adjuutorium gratiæ, ait, ante lapsum ta-
le erat, ut ab ipso voluntatis nutu penderet, salvaque maneret
illa libertatis in utramque partem indifferentiâ; nunc vero tale
est adjuutorium gratiæ, ut suapte efficaciam faciat influere volunta-
tem, nec ipsius liberæ arbitrio subiaceat... nullum adjuutorium
gratiæ cuius usus ita ponitur arbitrio voluntatis, ut ille utatur,
aut non utatur, ut illud amplectatur, aut deserat, ut illi consen-
tiant, aut non consentiant, si voluerit, pertinet ad medicinale
adjuutorium. Constat ergo essenziale discrimen inter gratiam
utriusque naturæ, integram nimirum, et lapsam, ab universa Jan-
senistarum natione aridissime adeptatum. Cum vero Janse-
nius, et alumni omnem illam gratiam, qua voluntas potest
uti, et non uti, amplecti, et non amplecti, consentire, et non con-
sistere, deserere, vel accipere, si voluerit, Pelagianisme accen-
seant: Concilium Tridentinum, tota sese. & nullam aliam
actualem agnoscens gratiam præter illam, cui voluntas libe-
re assentitur, quam adicere, cui assentiri potest, sequitur iura
Jansenium nullam aliam à Tridentino tradi gratiam actua-
lem, præter Pelagianam.

209. An Nouissimus discrimen utriusque gratiæ inven-
tum à Calvino, et à Jansenio elucidatum amplectatur? ipse
resolvit C. 1002 ubi ait: In primis statuendum est discrimen
inter obseruationem præcepti in statu naturæ innocentis, et statu
corruptæ. Etenim Adam habuit adjuutorium proxime sufficiens
ad obseruationem cuiuscumque præcepti in omnibus, et singulis
momentis, et occasionibus. Hoc adjuutorium exponitur ab Augus-
tino, et dicitur ab eodem adjuutorium sine quonon, non que.
Nam Adam, illo adjuutorio posito, non statim operabatur, sed
cum volebat, eodem semper presenti poterat operari. Tale
quippe

quippe erat adiutorium, ait Augustinus, cap. VI, quod deseruet cum vellet, et quo permaneret, si vellet: Hucusque bene, sed immediate subdit: Hæc est prima gratia, quæ data est primo Adam, sed hæc potentior est in secundo Adam. His aperte denotat gratiam Adamo datam fuisse sufficientem, veritabilem, adiutorium sine quo non, gratiam vero datam per Christum in secundo Adam esse efficacem, hæc potentior est: ergo cum de fide sit, omnem omnino gratiam, quæ datur naturæ lapsæ, per Christum impetitam esse, sequitur nullam dari gratiam in natura lapsa, quæ efficax, et victuosa non sit, quod manifestè adversatur Tridentino.

2^{to}. Pergit Noisius. Ut antea permiserat Augustinus: Deus illud adiutorium Adam reliquit in ejus libero arbitrio, Paulo vero post, in eodem cap. VI hæc tradit Augustinus: Si autem hoc adiutorium hominibus, vel Angelo defuisset, quoniam non talis natura facta erat, ut sine divino adiutorio manere possit, si vellet, non utique sua culpa cecidisset: adiutorium quippe defuisset, sine quo manere non posset; Nunc autem quibus tale adiutorium deerit, iam poena peccati est. Atse ut ergo planè Noisius uagente præcepto in poenam peccati primi parentis denegari nonnullis adiutorium sine quo non potest præceptum adimpleri. Ultra fatetur essentialè discrimen inter gratiam Adamo ministratam, et naturæ lapsæ concessam, in eo situm esse, quod gratia Adamo fuit indifferens arbitrio voluntatis relicta, secunda vero efficax, et victuosa. Gratiam Adamo fuisse talem, cui poterat voluntas dissentiri, et resistere, secus vero gratiam lapsis hominibus donatam per Christum, in secundo Adam. Tandem concludit: Quod si Adamo defuisset adiutorium sine quo non ad observandum præceptum, non peccaret, etiam si violaret præceptum: quia nemo peccat in eo, quod vitare non potest, secus vero accidere in natura lapsa, in qua licet hominibus, uagente præcepto, denegetur adiutorium sine quo non, nihilominus peccat

in transgressione precepti: quia in penam peccati subtrahitur
homini ejusmodi adiutorium. Nunc autem, quibus deest tale
adiutorium (sine quo non) jam pena peccati est. Huic Augus-
tini interpretamento Jansenistae omnes subscribunt.

211. Non nemo suggerat, hoc spiritu rellicandi
doctrinam Augustini objectari, cum Novissus nihil nisi Au-
gustini verba referat: insulsa tamen, et temeritatis funda-
mento innixa positio est: virtus Novissus, fateor, Augustini
verbis, sed non latet Novissum, Calvinum, Jansenium, et fe-
deratos hoc etiam Augustini testimonio abuti, eodem que
telo adversus scriptores Catholicos, quasi parva victoria mi-
rifice insultare. Satius ergo foret, si quid alicubi in magno
Parentis scriptis appareat, quod Jansenistis favere videatur,
non in sensu erroneos, haeticorum more interpretari; sed
in sensu ab catholicis recepto, et ab ipso et Augustino, plu-
rimis in locis tradito benignè exponere. Quae ea, quae pro
natura questionum dicta sunt adhuc non intelligunt; non
mihi calumnientur pro meae facultatis indigentia, sed Deum
potius pro accipienda intelligentia deprecantur. Lib. 3 de
peccat. merit. et rem. contra Pelag. cap. 2

S. I.
Augustini testimonium contra Novissum
exponitur,
et gratis sufficientis necessitas firmiter roboratur.

212. Jam pridem textus Augustini à Novissio in-
ductus, contra Catholicam doctrinam ab Haeticis ponderatur:
ergo necessum est distictam illorum intelligentiam demons-
trare. Augustinus postquam eo loci distinguit duplex adju-
torium, alterum quo potest homo salvari, si velit, nempe suffi-
ciens; alterum, nempe efficax, quo non tantum potest homo salvari,
si velit; sed quo reipsa velit salvari, subjungit. Illud primum ad-
juutorium

iutorium fuisse datum Adamo in statu naturae innocentis, et Ange-
 lis etiam malis in sua creatione. Alia, inquit, quoniam non talis
 natura facta erat, ut sine divino adiutorio posset permanere, si vellet,
 non utique sua culpa cecidisset; adiutorium quippe defuisset sine quo
 permanere non posset, Lib. I. de correptione et gratia. Cap. VI. Loquitur ape-
 rite Augustinus de adiutorio sine quo non, et loquendo de natura
 lapsa, statim subdit: Nunc autem quibus deest tale adiutorium,
jam poena peccati est. Cum igitur loquatur Augustinus de adju-
 torio sine quo non, sive de gratia sufficiente ab efficaci distincta
 Adamo impetrata, docere videtur, ejusmodi gratiam nonnullis
 urgente precepto in poenam peccati primi parentis denegari.

218.

Hoc iterum videtur confirmare, dicens: Quibus
 autem datur, secundum gratiam datur, non secundum meri-
 tum, et tanto amplius datur, per Christum Jesum, quibus id Deo
 dare placuit, ut non solum adsit (gratia) sine qua permanere
 non possent, verum etiam tantum, ac tale sit, ut velimus. In
 quibus palam declarare videtur, in quibus in natura lapsa
 datur adiutorium sufficiens, ut possint dari etiam, adiutorium
 efficax, quo voluit. Et e converso, quibus non datur auxilium
 efficax, quo velint, non dari auxilium sufficiens, quo possint. Hic
 sensus si conferatur cum adrethoriorum expositione plane iden-
 ticus apparebit. Propterea textu Augustini facti Novatores con-
 tendunt, Augustinum evidentem docere, gratiam, quae naturae
 lapsae ministratur, unice esse efficacem, et consequenter post
 Adamum peccatum, ad implendum preceptum, seu ad bene ope-
 randum nullam dari gratiam sufficientem a recte distinc-
 tam, quibus tanto amplius datur per Christum.

219.

Hoc Augustini effatum, ait Eodemius Doctor, Lib. I. de
 grat. part.
 2. cap. 18. valde obscurum est, quia non facile explicari potest, de quo
 adiutorio loquatur Augustinus. Dicendum tamen est, S. Docto-
 rem non loqui in presentiarum de omnibus auxiliis, quae ho-
 minibus lapsis conferuntur, sed comparare auxilium Adama-
 mo collatum, quo non perseveravit, cum auxilio, quod hominibus

perseverantibus datur. Hic est prima gratia, aut, quae data est hominibus primo, sed hoc potentior est in secundo Adam: prima est enim, ut homo habeat justitiam, si velit, secunda vero plus potest, quia etiam fit, ut velit. Itaque non docet Augustinus, non dari hominibus lapsis adiutorium sine quo non, seu gratiam sufficientem ab efficaci distinctam, sed tantum exprimit gratiam, quae datur per Christum hominibus perseverantibus, potentioram esse, quam fuerit gratia, qua non perseveravit Adamus. loquitur enim S. D. consequenter ad doctrinam traditam capite precedenti, in sine, nimirum, de gratia, qua pauci in comparatione reproborum, salvantur, quod certe auxilium pluribus titulis potentius ostenditur, praesertim, quia involvit concursum, operationem, et ipsum perseverantis effectum. Ineptè igitur ex Augustini testimonio inferunt, Augustinum non agnovisse in natura lapsa auxilium pure sufficientem, et pluribus in penam peccati denegari adiutorium sine quo non.

215. Dices: Augustinum expresse loqui de adiutorio sine quo non, et aperte docet, hoc in penam peccati nonnullis denegari. Respondeo: Nunquam Augustinum denegari hominibus lapsis urgente lege, adiutorium sine quo non, seu gratiam sufficientem, sed tantum docere gratiam sufficientem naturae lapsae concessam non esse ita sufficientem, qualis fuit in Adamo. Diximus adiutorium Adamo donatum, fuisse taliter sufficientem, ut eo, sine ulteriori auxilio potuerit longo tempore perseverare, adimplendo omnia praecepta, et cuncta peccata vitando. De hoc adiutorio ita sufficienti, ait Augustinus, in penam peccati denegari, nunquam tamen indicat S. D. in penam peccati substantiè adiutorium sufficientem, sine quo non potest adimpleri mandatum.

216. Dices: Augustinus docet, quod si Adamo non fuisset donatum adiutorium, quod habuit, non imputaretur ei ad culpam transgressio praecepti: ergo non loquitur Augustinus

Augustinus de adiutorio ita sufficienti, ut à nobis exponitur: ratio est manifesta: quia licet Adamus non haberet adiutorium ita sufficiens, imputaretur ei ad culpam transgressio præcepti, licet tantum haberet adiutorium sufficiens ad implendum singulare præceptum, quamvis non esset ita sufficiens ad perseverandum longo tempore. Instantia ingenua est, sed infirma. Respondeo: verum est præcisive loquendo, quod non requiritur, ut transgressio præcepti imputetur ad culpam, auxiliùm ita sufficiens, ut supra explicuimus, satis enim est, quod adsit sufficiens auxiliùm ad servandum singulare præceptum, quod videt, cum tamen in Adamo unum, et idem auxiliùm, fuerit sufficiens ad implendum singulare præceptum, et simul ad perseverandum diu, ex defectu auxiliï ita sufficientis ad perseverandum diu, infertur defectus auxiliï sufficientis ad implendum singulare præceptum. Aliter accidit in natura lapsa, in qua ex defectu auxiliï sufficientis ad perseverandum diu, non infertur defectus auxiliï sufficientis ad implendum singulare mandatum; ut patet in hominibus, qui licet sint perseverantiæ dono privati, habent tamen auxiliùm vere sufficiens ad observandum præceptum, et vitandum peccatum.

237. Constat igitur male fide adversariorum expositio. Etenim Augustinus tantum docet, hominibus lapsis, in penam peccati denegari auxiliùm illud, quod per modum habitus præstabat Adamo proximam potestatem omnia præcepta facere, et sine ulteriori auxiliò diu perseverare; nunquam tamen cogitavit, denegare hominibus lapsis adiutorium sine quo non ad implendum singulare præceptum urgens, et quo possit homo singula præcepta vitare, quò quidem patris estimavit necessarium Augustinus, ut possit ad culpam imputari transgressio præcepti. Hoc enim supponit Augustinus ibi, et passim alibi lib. 3. de lib. arb. cap. 18. lib. 1. de peccat. merit. Cap. 35, et cont. Faustum lib. 32 cap. 78.

238. Gratia exo. sanitatis, seu naturæ integre, non

difereat à gratia medicinali, seu naturæ lapsæ, ut volunt Bajus, et Jansenius, in eo quod prima relinquat libertatem indifferentem, secunda non; neque in eo quod prima sit naturaliter debita, secus secunda; neque in eo quod secunda discearnat operantem à non operante, secus prima; neque in eo quod secunda sit connexa cum actu, non prima; neque in eo quod prima sit adiutorium sine quo non, secus secunda; neque in eo quod prima fuerit sufficiens, et secunda efficax. Difereunt tamen in eo quod prima non passim supponat positivam indignitatem, sicut secunda. In eo quod prima non indigeat virtute accepta à Christo Redemptore, et secunda indiget ad sanandam naturæ infirmitatem. Natura hominis, qua unusquisque ex Adam nascitur, medico indiget: quia sana non est. Aug. de nat. et grat. Cap. 3. In eo quod ad illam non esset necessaria motio voluntatis, sed sufficeret illustratio intellectus: quia cum Adam voluntas libera à motibus concupiscentiæ à bono retardantis, et inclinantis ad malum, et instructa habitibus per se infusis, ei sufficiebat honesta propositio per mentis illustrationem, ut absque ulla difficultate operaretur etiam supernaturaliter, ad hanc vero requiritur ad vincendam concupiscentiam trahentis ad malum. Et tandem quod illud adiutorium exat semper proxime sufficiens, et nunquam deceat; nunc autem non ita.

213. Principii discriminis rejecti Patroni sunt. Calvinus, et Jansenius.

Calvinus. Gratia voluntatem movet, non qualiter multis seculis traditum est, et creditum, ut nostræ postea sit electionis, motionis, aut obtemperare, aut resistere, sed illam efficaciter efficiendo. Lib. 2. Inst. Cap. 2. §. 40.

Idem. In eo hallucinantur, quod motum nobis offerri somniant, qui mediam electionem nobis relinquat, nihil autem de efficacia illa cogitant. In Antidot. Sec. 6.

Idem. Medium, quem Sophistæ imaginantur motum, cui obsequi

obsequi, vel repellere liberum sit; aperte excludi videmus, ubi asseritur efficax ad perseverandum constantia. Lib. 2 in lib. Cap. 3
S. 10.

Jansenius. Quisquis talia divini gratia adiutoria infirmis hominibus adferre nititur, qui desinant, si velint; in quibus permanant, si velint, cum quibus operentur, si velint, originalis peccati vias evacuat. Tom. 3 lib. 2 cap. 27.

Idem. Adjutorium prae sufficiens ad gratiam naturae peccatorum, lapsorum reparationi inutile, et pecciosum est. Tom. 3 lib. 3 cap. 2

Idem. Tale adjutorium gratiae Pelagianicum est, et tale admittunt Semipelagiani, et tamen, ut haeretici damnati sunt. Tom. 3 lib. 3 cap. 4.

Petrus Molinaeus. Pessimum quod reperio in opinionibus istis nuperis, est gratia ista sufficiens, quam dicitur Deus dare omnibus hominibus; apud Malden. 4. 2 fol. 485.

Guesnellus. Jesu Christi gratia principium efficax boni cuiuscumque generis necessaria est ad omne opus bonum; absque illa non solum nihil fit, sed nec fieri potest. Proposit. 2^a damnat. in Constit. Unigenitus.

Gratia Christi est gratia suprema, sine qua confiteri Christum nunquam possumus, et cum qua nunquam illum abnegamus. Proposit. 2

Gratia Jesu Christi est gratia fortis, potens, suprema, invincibilis, utpote quae est operatio voluntatis, Omnipotentis, sequela, et imitatio operationis Dei incarnantis, et Resuscitantis Filium suum. Proposit. 21.

Cum passim occurrat Sacrae Scripturae, Concilio, et SS. Patrum auctoritate collinam; lucubrationum nostrarum fulcire, et confirmare, ne ad singulas propositiones eadem saepe oracula, et testimonia iterare cogamur, per opportunum duxi documenta colligere, quo lector poterit dum tantum indicantur, integra ad repetere, ac sensum, et verba quaeque, et fideliter ponderare.

18
Gratia sufficiens ab efficaci distincta: Auxilium
generale, seu gratia communis, ex scriptura, SS.
Patribus, et Conciliis probatur.

220 Ante hominem vita, et mors: bonum, et malum,
quod placuerit ei, dabitur illi. Eccl. 15 v. 18. Illud si profecto
esset isthuc adhortatio, ut omnes Dei mandata implere eligant,
nisi gratiam donasset, quia illa adimpleri possunt.

Quid est quod debui ultra vinee meae facere, et non feci. An
quod expectari, ut faceret ubas, et fecit labruscas? Eccl. 5 v. 4.
Si gratiam sufficientem non contulit, quomodo expectabat
ut faceret ubas? Si solum tribuit efficacem, quomodo fecit
labruscas?

Dic ad eos: Vivo ego, dicit Dominus, Deus, nolo mortem pecca-
toris, sed ut convertatur a via sua, et vivat. Convertimini mihi,
convertimini, Ezech. 33 v. 10. Ergo gratia gaudet, qua con-
verti possunt.

Expandi manus meas tota die ad populum non credentem,
et contradicentem. Isai. 65. Et ad Rom. 10 v. 21. Vocacionem
denotat, qua credere potuerunt.

Perditio tua ex te Israel, tantummodo in me auxilium
tuum. Osee 13 v. 9.

Quoties volui congregare filios tuos: et reliquisti. Math.
23 v. 27.

Vos spiritum Sancto resistitis, sicut Patres vestri, et vos. Acta.
7 v. 51.

Ecce sto ad ostium, et pulso: si quis aperuerit mihi intabo
ad eum. Apoc. 3. 10.

Concilia.

221 Lateran. sub Innoc. 3 Cap. siamiter. Si post suscep-
tionem baptismi quisquam relapsus fuerit in peccatum pec-
catoriam.

veram poenitentiam semper potest reparari

Arausican. 2 Can. 25. Hoc secundum doctrinam catholicam credimus, quod accepta per Baptismum gratia, omnes baptizati, Christo auxiliante, et cooperante, que ad salutem pertinent, possint, et debeant, si fideliter laborare voluerint, adimplere... Deus nobis inspirat, ut et Baptismi Sacramenta fideliter requiramus, et post Baptismum, cum ipsius adiutorio, ea, quae sibi sunt placita, impleae possimus.

Valentinum sub Lothario An. 855. Nec ipsos malos ideo perire, quia boni esse non potuerunt, sed quia noluerunt, sine quo vitio in massa perditionis, vel merito originali, vel etiam actuali permanserunt.

Senonense Can. 15. Neque tamen tanta gratiae necessitas libero praesudicat arbitrio, cum illa semper in promptu sit, et neque momentum praeteriat, in quo non stet ad ostium, et pulset, cui si quis aperuerit intrabit ad illum — gratia quae semper in promptu est, non est efficax.

Coloniense. Quamvis nemo convertatur ad Deum, nisi trahatur per Patrem, attamen nemo hic excusationem praeterat, quod non trahatur: quod ille semper stet ad ostium pulsans, nunquam per interitum, ex teatunumque verbum commonens, ut convertatur a via nostra pessima. An. 1536 part. 7 cap. 32.

222

Idem. ser. 6. Cap. 11. Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet, et facere, quod possis, et petere, quod non possis... quod utique cum divino auxilio facere possunt.

Idem. Cap. 13. Nemo ut perseveranter stet, sibi certi aliquid absoluta certitudine polliceatur, tamen si in Dei auxilio firmissimam spem collocare, et reponere omnes debent. Deus enim nisi ipsi sua gratia defuerint, sicut cepit bonum opus, ita perficiet operans velle, et perficere.

Idem. ser. 6. can. 22. Siquis dixerit justificatum, vel sine specialis auxilio Dei in accepta iustitia perseverare posse, vel cum eo non perseverare, Anathema sit.

Idem Can. 29 Si quis dixerit eum, qui post Baptismum lapsus est, non posse per gratiam resurgere. Anathema sit.

223. Adversarii, ne asserere cogantur, definitam esse gratiam sufficientem ab efficaci distinctam, contendunt; scripturas, et S. Patres intelligendos esse, non de gratia accepta, sed de gratia preparata; hoc vero sustineri non potest: etenim si scripturas, et Conciliorum testimonia attente conspiciantur, nec non Patrum oracula recensenda non valent interpretari, nisi de gratia accepta, sine qua nulla vera potentia ad actus salutares potest reperiri: nemo quidem vocatur per gratiam non acceptam: quomodo quis vocationem à se abiciet, ut Tridentinum vult, si vocationem non accepit. Dum ergo quis S. Patrum de gratia oblata loquitur intelligi potest, de gratia simultanea in decreto preparativo Omnipotentis, seu de gratia efficaci promissa omnibus, qui bene utuntur excitanti, vel de gratia habituali preparata omnibus, qui ad eam, prout oportet, disponuntur.

Sancti Patres.

224. Hieronymus Infelicissimum Humanum genus, qui peccata excusamus, dicentes, victus sum à natura, cum in paucitate nostra sit, et peccare, et Domino adjuvante non peccare. In Psalm. 142.

Cyriil. Alex. Non verbum Dei, et gratiam hanc lucem, sed imbecillitatem suam mundus acuset: illuminat enim Filius, repellit autem gratiam creatura... neglexit ulterius curam, suffodit illuminationem ex desidia, et contempsit hanc gratiam. Lib. 1 in Iam. Et mundus eum non cognovit.

Idem. Quod si proditor equaliter aliis discipulis Salvatoris auxilium non habuisset, frustra hæc à nobis dicebantur; sin autem non minus, ac ceteri divina gratia agebat... quomodo etiam non servat eum Christus, qui suum patrociniū ei

ei pariter, qui quantum ad faciendam opem attinuerit, servasset hominem, nisi ulterius ille in perditionem insilisset, servavitque omnes, qui cooperantem voluntatem ei tradiderunt, Lib. 11 in Joan. — Equaliter, id est, gratiam exhibuit, cui cooperando potuit, sicut ceteri, bonum facere.

Gregorius. Idcirco celestia gratia premia eterna nequaquam percipiunt, quia ea nunc, dum promereri poterant, contemnunt. Lib. 33 Moral. cap. 20.

Bernardus. In nobis est, si vinci volumus, et nemo vestrum in hoc certamine dejicitur invitus: sub te, o homo appetitus tuus, et tu dominaberis illius: potest inimicus excitare tentationis motum, sed in te est, si volueris dare, vel negare consensum. In tua facultate est, si volueris inimicum vinceas, et facere servum. Sermon. 5 de Invidia.

225. Hieronymus. Noluit Eva, et non cucurrit, sed et si voluisset, et cucurrisset, Dei adiutorio pervenisset, qui etiam velle, et curare vocando pararet, nisi vocatione contempta reprobus fieret. Lib. 1 ad Simplic. quest. 2.

Idem. Justior videtur excusatio dicentium: non accepimus audientiam, quam non accepimus perseverantiam: quoniam potest dici homini: in eo quod audieras, et tenueras, eo perseverares, si velles.

Idem. Deus non iniuste noluit salvos fieri, cum possent salvi esse, si vellet. ad illud Math. 11. 23 tibi exoraam. Enchir. cap. 95.

Idem. Quid potest, si quod possumus, volumus? de grat. et lib. arb. cap. 15.

Idem. Cum voluntate humana, gratia adjuvante divina, sine peccato in hac via esse possint; cum non sint, possum facillime, et verissime respondere: quia homines nolunt. Lib. 2 de peccat. merit. et rem.

226. Prosperus. Cum ergo talia ad Cain loqueretur Melius S. Sec juxta 2R. emittit Deus, nunquid ambiguum est voluisse eum quantum ad

88
ipsum medendi, modum sufficiebat} egisse, ut Cain ab illo impietatis furore resipisceret, sed malitia peccata, inde facta est inexcusabilior, unde debuit esse correctior. Ex contempta gratia inexcusabilis factus. Cap. 13 de Vocat. Gentium.

Idem. Non irreligiosè arbitror credi, neque inconuenienter intelligi, quod isti paucorum dierum homines ad illam peccatae gratiam partem, quae semper uniuersis est impensa nationibus; qua utique, si bene uterentur parentes etiam, etiam ipsi peccatae iurarentur, Cap. 23.

Idem. Quae oppitulationis {gratiae} peccatae innumeros modos, siue occultos, siue manifestos omnibus adhibetur; et quod à multis confutatur, ipsorum est nequitia, quod autem à multis suscipitur, et gratia est diuina, et voluntatis humanae. Cap. 26.

227. D. Thomas. Obstinatio in via est imperfecta, ita quod non de facili possit quis cooperari, ut exeat de peccato; non potest autem ita esse obstinatus in malo, quin ad suam liberationem cooperari possit. De verit. quæst. 24 art. 11 in corp.

D. Thom. Si quis post acceptam gratiam noui testamenti peccauerit, maiori poena dignus est, tanquam maioribus beneficiis ingratus, et auxilio sibi dato non utens, quia quantum est de se, sufficiens auxilium dat ad non peccandum. 1. 2 quæst. 106 art. 2 ad 2.

D. Thom. Dicere, quod aliquod peccatum sit in hac vita de quo aliquis penitere non possit, erroneum est: quia peccata hoc tolleret libertas arbitrii, et derogaretur virtuti gratiae cuiuscumque peccatoris. 3 part. quæst. 86 art. 1.

D. Thom. Non videretur esse fidelis Deus, si nos vocaret ad societatem Filii sui, et nobis denegaret, quantum in ipso est, ea peccata quae peccatae ad eum possemus. Unde Iosue 1 dicit: Non te deseram, neque derelinquam. in cap. 1 ad Corint. lect. 1.

228. D. Bonaventura ad illud Apoc. Ecce sto ad ostium, et pulso. Si peregrinus nolens hospitari, non recumbit in domo, non est causa ex parte sui, sed solum ostiarii.

eago similiter, et obdurationis non est causa, nisi qui non recipit
Deum pulsantem. In 1. dist. 40. quest. 1.

Scotus. Deus vult omnes homines salvare, quantum ex parte sui
voluntate antecedente, pro quibus dedit dona naturalia, et leges
rectas, et adjutoria communia sufficientia ad salutem. Ita dico,
Deus vult isti illa adjutoria communia antecedentia ad salu-
tem omnium, quibus iste etiam potest sufficienter bene vivere,
et salvari. In 1. dist. 46. ad 1. arg.

Adrianus Papa VI. Vicariis etiam peccatis vitis peccatoribus
sufficienter assistit Deus, et suam gratiam offert, qua possint
peccati indulgentiam promereri, et in hoc sit differentia vica-
rium, ab his qui transierunt terminum.

Gratia sufficiens est auxilium generale, seu gratia
communis.

229. Quid est homo, aut quare est gratia illius? prop-
ter hoc patiens est Deus in illis, et offundit super illos miseri-
cordiam suam... Misericordia autem Dei super omnem car-
nem. Eccles. 18 n. 7 et seq.

Numquid voluntatis meae est mori impij, dicit Dominus, et
non ut convertatur a viis suis, et vivat? Quare moriemini
Domus Israel? quia nolo mortem peccatoris, dicit Dominus,
revertimini, et vivite. Ezech. 18 n. 23, et 32.

Nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reverti, 2
Petri 3. 9.

Qui est Salvator omnium maxime fidelium 1 Tim. 4 n. 10.
Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, et ego refi-
ciam vos. Matth. 11 n. 28.

Exat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem
in hunc mundum. Joan. 1 n. 9.

Inventus sum a non quaerentibus me, palam apparui iis, qui
me non interrogabant. ad Rom. 10 n. 20.

Huc faciunt innumera, quibus Deus omnes homines ad conversionem, et penitentiam hortatur.

Sancti Patres.

230.

Clemens Rom. Ab initio duo regna statuit Deus, et potestatem dedit unicuique hominum, ut illius regni fiat portio, cui se ad obediendum ipse subiecerit. Epist. 3 de Offic. Sacerd. Potestas adeundi regni non est nisi per gratiam, sed unusquisque habet hanc potestatem: exgo

Iustinus Martyr. Itaque, si omnes, qui misericordiam a Deo consequi volunt, superciliaris ritus poeniteat, id prestare possunt. Dial. cum Tryphone adv. Iudicos.

Irenaeus. Vis a Deo non fit, sed bona sententia adert illi semper, et propter hoc consilium quidem bonum dat omnibus, posuit tamen in homine potestatem electionis. Lib. 4 cap. 7
Consilium Dei est gratiae inspiratio.

Clemens Alex. Divinum verbum clamavit omnes simul vocans: eos quidem maxime agnoscens, qui non erant parituri; et tamen, quoniam est in nostra potestate parere, et non parere, ut nulli possent causare pretextum, iustam fecit vocationem. Lib. 2 Strom.

Idem. Sevator quidem est, non horum quidem sevator, illorum vero non: quomodo est sevator, et Dominus, si non est omnium Dominus, et Sevator? Non ergo unquam aliquibus invideat, qui omnes ex quo vocavit. ibidem
Audite, qui estis longe, audite, qui prope, nullis celatum est verbum, lux est communis, omnibus illucescit hominibus: idem. exat. ad gentes.

Cyprianus. Si Dies omnibus equaliter nascitur, et si sol omnibus pari, et equali luce desunditur; quanto magis Christus sol, et dies verus in ecclesia sua lumen vitae et aeternae paraequalitate largitur... Celestem gratiam postmodum secuturaam equaliter

æqualitèr omnibus dividi, sine sexus varietate, sine annorum discrimine, sine acceptione personæ, super omnem Dei populum spiritualis gratiæ munus diffundit. Lib. 4. epist. 7.

Ambrosius. Sol justitiæ omnibus ortus est, omnibus venit, omnibus patrus est, et omnibus resurrexit, si quis autem non credit in Christum, generali beneficio ipse se fraudat. Sermon. 8. in Psalm. 118. Generale beneficium est gratia, quæ credendi potestatem præstat.

231. Chrysostomus. Gratia in omnes diffusa est: non Judæum, non Græcum, non Barbarum, non Scytham, non Libæum, non Særum, non viam, aut mulierem, non senem, non juvenem excipit, aut dedignatur: omnibus eadem est, omnibus se facilem exhibet, omnes pari honore advocat: qui autem ejus munere frui negligit, hanc suam cecitatem sibi ipsis imputent, cum enim detur omnibus, omnibus pateat. Rom. 7. in Joan.

Dionysius Areop. Nempe et aliis gentibus, ex quibus et nos ad immensum, et infinitum divini luminis pelagum, quod semper paratum est, et patet omnibus ad participandum, ex præteriti exaræ cecitate respeximus, ad quod sani obsequentes ducebant Angeli præpositi singulis gentibus, Lib. de Cælesti Hierarch. cap. 2.

232. Augustinus. Ad illam cenam nec omnes, qui vocati sunt, venire voluerunt, neque illi, qui venerunt, venire possent, nisi vocati. Itaque, nec illi debent sibi tribuere, quod venerunt; quia vocati venerunt; nec illi, qui noluerunt venire, debent alteri tribuere, sed tantum sibi: quoniam ut venirent vocati erat in eorum potestate, Lib. 36. qq. quest. 68.

Cassius Augustino familiaris. Mea hæc est fida, et indubitata sententia; Dum adiutorium suum, non solum in corpore, quod est ecclesia, verum etiam universis gentibus subministrare, et speciatim quotidie per tempora, per dies, per minuta, per atomos, et singulis, et cunctis ministrare, ex quo evidentissime declaratum est, nemini hominum deesse adiutorium. Apolog. pro lib. aab.

233. Prospexus. Elaboratum est quantum Deus iuravit, ut non solum in novissimis diebus, sed etiam cunctis ætæ sæculis probaretur, gratiam Dei omnibus hominibus adfuisse: quoniam sive manifestè, sive occultè, ipse est, ut Apostolus ait: Salvator omnium maxime fidelium: quæ sententia subtilissimæ, veritatis, et validissimæ roboris, si tranquillo consideretis spiritu, totam hanc, de qua agimus controverfiam dirimit, dicendo: quia Salvator omnium est, confirmavit bonitatem suam super universos homines esse generalem. Lib. 2. de vocat. gent. Cap. 31.

Idem. Etiam nunc in extremis mundi partibus, sunt aliquæ nationes, quibus nondum gratia Salvatoris illuxit, quibus mensura tamen generalis auxilii, quæ desuper omnibus semper hominibus est præbita, non negatur. ibid. Cap. 6. quibus non illuxit fides Christi, non defuit gratia Dei.

Idem. Quia omnes homines velit salvos facere... quibus Deus dona generalia specialibus novit cumulare munerebus, ut qui excoites gratiæ fuerint, de sua nequitia redarguantur. ibid. Cap. 7. Qui generalem gratiam sperant excoites sunt specialibus gratiæ donis.

Idem. Quæ gratia, et se præcior antea, atque occultior fuit, nullis tamen sæculis se negavit, viatute una, quantitate diversa, consilio incommutabili, opere multiformi. ibid. Cap. 8.

Hilarius Episc. ad August. Molestè fecerit ita dividi in gratiam, quæ vel tunc primo homini data est, vel nunc omnibus datur.

D. Thomas. Deus, qui dat omnibus abundanter, nulli gratiam denegat, qui quod est in se facit, ut se ad gratiam præparet... quantum manet homini usus liberi arbitrii in hac vita potest ad gratiam se præparare et peccatis dolendo. In 4 dist. 20 q. 1 art. 1. Nemo sine gratia potest se præparare, et disponere ad gratiam obtinendam.

234. Hæc est gratia de qua Jansenius ait: esse novum genus

genus gratiæ, quod nec Augustinus, nec ullus post illum Latinorum
 Patrum, nec D. Thomas, nec vetustissimum Theologorum aliquis agnovit,
 nec agnoscere potuit, quin veram Christi gratiam funditus ever-
 terent. Esse monstrum gratiæ à Pelagianis in Catholicorum Scho-
 las translatum. Sufficientem illam gratiam, quam Scholastici mul-
 ti in Theologiam velut adiutorium Salvatoris intulerunt, ab Augu-
 stino destrucam, funditusque everfam esse, libere fateor. Ita Janse-
 nius lib. 3 de gratia Christi Cap. 4. Idem lib. 2 Cap. 27. Quicumque,
 ait, animadvertit omnia, quæ de adiutorio gratiæ medicinalis ex
 Augustino dicimus, de gratia quadam potentissima, quam efficacem
 Recentiores suo sensu vocant, esse intelligenda, consequenter hoc etiam
 animadvertere debet, non aliam Christi gratiam medicinalem in
 scriptis ejus reperiri. Proinde fatendum sibi esse, quod aliam nobis
 producendo novum gratiæ genus Christianis afferat, quod nec
 Augustinus, nec ullus Latinorum Patrum, qui de gratiæ adiutorio
 cum Pelagianis ex professo decertavit, nec Ecclesia in Conciliis
 Generalibus, vel Provincialibus ab Apostolica Sede approbatis, un-
 quam agnovit, nec agnoscere potuit, nisi principia, quibus ipsa
 per antiquos Patres medicinalem Christi gratiam defendit, fun-
 ditus evertantur.

S. 5.

Novissus à natura lapsa auxiliium generale
 eliminat.

235.

Qui discrimen utriusque gratiæ in superavi-
 bus rejecto adhaerentes, amissam deprecant in natura lapsa
 sufficientem gratiam ab efficaci distinctam, consequenter, et po-
 titiori jure denegant gratiam communem, seu auxiliium gene-
 rale, et erroris Pelagianum inuunt assentes gratiam ex omni-
 bus expositam, aut ministratam. (Neopelagianos, ait Calvinus, *Contra*
Bellarmin. ac phreneticos, quod gratiam pariter, et promiscue expositam *pag. 56.*
 esse gravant. Jansenius passim caepit, non posse sine errore

22
Pelagiano sustineat sententiam de gratia communi; illud etiam
caupit, quod justis omnibus sufficiens gratia ad implendum prae-
ceptum exhibeat. Tom. 3 lib. 1o Cap. 2, et 12.

236. Vera conclusio suadetur de gratia sufficienti
ex regula generali ab Scriptura, et SS. Patribus stabilita, ubi
non oportet exceptionem, aut limitationem admittere, nisi ubi
apparet positivum, et manifestum inconveniens, aut solidissi-
ma ratio, quae quidem non datur. Et quidem quid aliud dene-
tat, Deum velle omnes homines salvos facere: Deum nolle
aliquos peccare: Deum vocare omnes? profecto varissima foret
illa Dei voluntas, et isthuc invitatio Venite ad me omnes, nisi
Deus omnibus conferret auxilium, quo salvari possent, quo
posset venire, quo non peccare possent, et ob eandem rationem
inutiles, fallaces, et illusoriae essent universae Scripturarum in-
vitationes, exhortationes, terrores, minae, et blanditiae, quibus
a Domino invitantur homines ad misericordiam, et ad con-
versionem alliciuntur, ac certiorum deberent ad eos tantum,
qui gratia victrice praemunitur, quod impium erat, vel
imaginari.

237. Gratiam sufficientem ab efficaci distinctam ad
fidem, conversionem, et salutem omnibus adultis donari, adeo
percipiunt in sacris litteris contineri, et in SS. Patribus fundam-
docent communiter Theologi, ut non posse sine temeritate de-
negari arbitrentur. Fides est, ita ut oppositum sit haeresis ma-
nifesta, quod omnis homo, dum est in hac vita, et compos ratio-
nis, potest simpliciter loquendo, penitentiam agere de pecca-
tis, et ideo, quod dentur omnibus auxilia sufficientia, ut pe-
nitentiae possint. Didacus Cabez. in 3 part. q. 86 et subdit: De-
finitiva haec sententia expressè in Tridentino sess. 6 cap. 14, et
est communis sententia totius Ecclesiae. Quilibet homo viator
potest ad Deum converti, et salvari, et oppositum docere est
temerarium, et haeticum: ex quo evidenter sequitur, quod
quilibet homo in hac vita habet auxilium necessarium, et
sufficiens

Sufficiens ad salutem. Barth. Medina 2.2. q. 103 art. 10.

238.

De fide est hominibus lapsis imperitiam auxilium
 reae sufficiens, ab efficaci distinctum: nam licet expresse definitum
 non sit: an aliquibus reprobis, aut peccatoribus obsecatis, et obstina-
 tis denegetur in eadem auxilium sufficiens, et non semper ac de-
 tur? De fide tamen est, quod detur auxilium sufficiens ad creden-
 dum, et ad implendum praeceptum, et conversionem, praeceptum ita,
 quibus imputatur ad culpam, quod non credant, quod non conver-
 tantur, quod non adimpleant praeceptum. De fide etiam est ex Tri-
 dentino omnibus justis conferri gratiam sufficientem ad vitanda
 peccata, et ad implenda praecepta, cum uigent: Deus namque se-
 mel iustificatis non desinit, nisi prius ab eis deseratur. Ses. 6. cap. 8,
 et 13 ait: omnes baptizatos, et justos habere gratiam, qua perse-
 uerare possunt; et cum non omnes perseverent, periculum est,
 habuisse gratiam sufficientem distinctam ab efficaci, qua perse-
 uerare potuerunt. Constat insuper ex prima Jansenii proposi-
 tione damnata ab Innocentio X. Aliqua praecepta sunt homini-
 bus justis impossibilia, deest quoque illi gratia, qua possibilia
 fiunt: et abs dubio impossibilia essent praecepta, si non dare-
 tur auxilium, quo possint observari.

239.

Idem dicendum est de omnibus peccatoribus,
 etiam infidelibus: quia cum praeceptum poenitendi omni-
 bus peccatoribus ratione utentibus impositum sit, à quo mi-
 nimè liberantur Haeretici, Schismatici, aut quicumque sint
 extra ecclesiam peccatores, et infideles; sequitur omnes do-
 nari auxilio sine quo implicat poenitentiam existere. Bellarmin.
 Tunc, cum non possunt sine conversione vitare peccatum,
 Deus nunquam dicit: et si non praebet auxilium, quo pecca-
 tor possit immediate converti, ac servare mandatum, quod
 tunc servandum occurrat, tamen praebet saltem auxilium,
 quo possit desiderare, et petere maius auxilium, quod si non
 facit, sua culpa illud non habet, et sua culpa in tentatione
 succumbit. De grat. et lib. arb. Cap. 8, et Cap. 9 ait: Restat igitur

ut omnes homines semper habeant auxilium necessarium ad
non peccandum, aut certe non possunt non peccare, ac per
hoc peccando non peccant, nec iuste puniri queunt.

220. Constat præterea ex tertia Jansenii pro-
positione ab eodem Innocentio damnata, ubi definitur ad me-
rendum, et demerendum in statu naturæ lapsæ requiri libera-
tatem à necessitate, qua carent abs dubio, etiam infideles,
si dum peccant in transgressione præcepti supernaturalis,
essent ex parte auxilii, quo peccatum vitare possent, tunc enim
necessario peccarent, et iuxta aduersarios demererentur, sine
libertate à necessitate, ut notum est. Iuxta exop. Card. de Aquina
æ disp. 121. Sec. 1. inquit: Hominiibus lapsis adert eis mi-
sericordia, et dono Dei potestas simplicitèr dicta ad præcepta
seruanda, aut saltem facultas ad impetrandam eam per
orationem, et alia pia opera. Multa sunt testimonia Scrup-
tura, Augustini, et aliorum Patrum in eum scopum expressa.
Hæc asseritio, quæ communis, et certa videtur inter omnes
Theologos quauilibet Scholasticum, repugnantibus solum his,
qui, aut tuentur Jansenismum, aut ab eo non satis se differre
ostendunt.

221. Si traditæ Scripturæ, et SS Patrum docu-
m. refragatur, qui docet gratiam sufficientem esse amissam
in natura lapsa per Adami peccatum, et qui sustinere non re-
rentur, gratiam communem, seu auxilium generale esse Mas-
siliensium dogma, quo iuxta poterit excusari Noaisius? qui
aperte scribit: Probo gratiam sufficientem esse amissam.....
Capitale Massiliensium dogma fuit, communem omnibus
esse gratiam. Hist. Pelag. col. 388 cui manifestè concinunt
Calv. et Jansen. crepantes ubique, gratiam communem esse
Massiliensium inventum. Aliter profecto sentiunt SS. Patres,
Ambrosius eam vocat generale beneficium. Hilarius: nunc
omnibus datur. Clemens Alex. Est communis, omnibus
elucescit hominibus. Cyprianus: omnibus dividit, sine exceptio-
ne

ne persone, Chrysostomus: Gratia in omnes diffusa est, non Græcum,
non Barbarum, non Scytham excipit. Dionysius Auop. Semper
patet omnibus ad participandum. Irenæus: Consilium bonum dat
omnibus. Orosius: Adjutorium Dei universis gentibus ministra-
ri. Singulis, et cunctis, nemini hominum deesse. Scotus: Adjuto-
ria communia ad salutem omnium. O. Thomas: Dat omnibus
abundanter, nulli gratiam denegat. Prosperus: Nullis seculis
se negavit. Mensura generalis auxilii, omnibus semper homi-
 nibus est præbita. Omnibus hominibus adesse dona generalia.
Auxilium generale omnibus hominibus fuisse præbitum. Cunctis
 ætæ seculi gratia Dei omnibus hominibus refusa. Super uni-
versos homines esse generalem gratiam. Vide supra citatos Pa-
 tres, et testimonia integra. Interim quam dissonè canit Noi-
 sius hæc inter oracula, dicens: Capitale Massiliensium dogma
fuit communem omnibus esse gratiam, nemo non agnoscet.

222.

Clamitat Noisius, imposturam esse affirma-
 re, se cum Janzenio conveniæ asserendo, gratiam communem
 esse Semipelagianorum dogma, cum tantum doceat, ejusmodi
 gratiam non dari viribus naturæ quærentibus: sic scribit. Hic
detrauncat periodum, ut invidiam augeat: nam ita plane scri-
bit Noisius: capitale Massiliensium dogma fuit, gratiam com-
munem omnibus esse, dari vero illam suismet viribus quæren-
tibus, quæ sanè opinio erronea est, nec à scholasticis defendi-
tur, quamvis communem gratiam defendant. Col. 1355. Ergo
 Noisius non negat gratiam communem omnibus, tantum-
 que catholicè docet ejusmodi gratiam non dari viribus solius
 naturæ quærentibus.

223.

Hæc tamen enasio inutilis est, et aperte illusio-
 ria, cum ipsemet Noisius suam mentem aperiat: Et qui-
 dem Germanus XVIII. Col. 1175. sincere fateatur: se cum Jan-
 zenio conveniæ in deroganda gratia communi, ait erùm:
Noisium conveniæ cum Janzenio in principio, et subdit:
Principium est denegare gratiam communem, seu generalem

omnibus. Hæc nullam tergiversationem patiuntur; ut quid
ex eo imposturam causare, Lectores fascinare cavillis, et fu-
cum imperitis facere? Postea notissimum est, Noisium
cum Jansenio in hoc articulo convenire, et demonstratum
esse, quod plurimis locis, ubi nulla fit mentio de viibus na-
turae assent, gratiam communem esse adversam Augustino,
et Prospero; et cum Prosperi testimonia, ut supra vidimus,
adeo conspicua sint, ut nullam in adversum sustineant
interpretationem; licet non ausit cum Pargo Calvinista pro-
ferre. Prosperum de Massiliensium fecibus aliquando hausisse,
quia pater gratiam Salvatoris fecit aliam generalis auxi-
lii oppitulationem: aut tamen Noisius recensita Prosperi
testimonia, non esse Prosperi Aquitani, sed alterius Prosperi,
qui Augustini sententia non reveretur: unde plane fit, No-
isium gratiam communem, tanquam Patribus Augustino,
et Prospero adversam repudiare.

222. Id evidenter confirmat lib. 2 Hist. Pelag.
col. 1432 ubi rationem exhibens, cur libri de Vocatione gen-
tium non sunt adscribendi Prospero Augustini discipulo.
Inquit: Nam plurimum laboris infumit, ut communem
omnibus gratiam faciat... at Prosperus hanc communem
gratiam omnibus repudiavit; Rursus cap. 5 tradit gen-
tes, quibus non, ut Hebræis numen se manifestavit, non
esse excusabiles: adhibita est enim semper universis homi-
nibus, quædam supernæ mensuræ gratia, quæ et si paucioris,
occultiorisque gratia fuerit, sufficit tamen quibusdam ad
remedium, omnibus ad testimonium. Hæc respicit Noi-
sius tanquam adversa doctrinæ Prosperi, et Augustini; si-
cigitur toties ore pleno fatetur gratiam sufficientem esse
amissam, gratiam communem esse Massiliensium exarrem,
se convenire cum Jansenio in deneganda gratia commu-
ni, et auxilio generali. Quis candor, quæ fides, dum de
impostura clamitat? Nunc detrauncat periodum, ut invi-
diam

diam augeat, se non denegare gratiam communem; sed tantum dari vixibus naturæ quærentibus.

295. Misabeis insupera, si animadvertas Novissimum tam acriter contra gratiam communem deceptantem, ut Augustino, et Prospero dissonam, eandem gratiam communem adstruere. Ipse doceat gratiam communem ab Augustino repudiari, et simul firmat eandem gratiam ex Augustino haurire. Certum est, aut, omnibus adesse auxilium remotum: mihi videtur colligere ex Augustino. Geam. X col. 1011 et col. 1133 ait: In sententia Novissii omnibus conceditur auxilium remotum. Hoc confirmat in calumnia sublata col. 327 dicens: Novissimum in iudiciis Cap. 22 in fine I. 6. pag. 91 cum affirmasset omnibus hominibus adesse auxilium remotum saltem, id probat ex Augustino. Quid hoc hominis est? Si ex Augustino probat omnibus dari divinæ gratiæ auxilium, quo jure docet gratiam communem esse Augustino adversam? Quid enim est gratia communis, nisi auxilium quod omnibus donatur?

296. Gratius omnino protulisse Deatum, præcepto uagante Eminentissimum Scriptorem tantum denegare gratiam efficacem, non vero sufficientem; non obscure suadetur ex discrimine utriusque gratiæ, præsertim si accedat illius animi in communem gratiam demonstrata aversio; præter hæc hactenus adducta ad stipulatam non est aliqui momenti ratio, maxime in materiis, de qua agimus sublimitate: cum enim contra versis de gratia, et libero arbitrio maximam inter omnes præcisionem desiderant, et claritatem, ex incuria videtur, Novissimum terminos ambiguitati obnoxiosos selegisse, ut ni multum fallax, locus semper effugis relinquatur. Sit in exemplum questio, quam sub his terminis diuinemdam proponit. Num lex aliquando obliget sub peccato, si desit gratia adiuvans ad præceptum implendum, ut videtur velle Augustinus? Col. 1002. Hic suadere tentat, velle Augustinum

praeceptum obligare sub peccato, etiam si desit gratia sufficiens,
qua impleri possit. Et cum antea dixerit: quibus dicit jam
poena peccati est, nunc sub equivocto nomine gratiae adjuvan-
tis eundem errorem Augustino adhibere non valet.

227. Inquirendum primo est: de qua gratia loquatur
Aristoteles? Gratia enim adjuvans in propria Theologorum
acceptione, illa dicitur, qua Deus concomitantem nos adju-
vat, nobiscum operando actum illum, ad quem nos proprie ex-
citavit, per gratiam praevientem: quae gratia adjuvans stricta
significatione est gratia cooperans, et concomitans, et in hoc
sensu non habet locum questio proposita: quia ineptissime
inquiretur: Num lex obliget sub peccato, quando Deus non
operatur nobiscum legis implementum? Quis enim unquam
delinquit legem non obligare, nisi cum defacto adimpletur?
Et ob eandem rationem requiritur questio procedere de gratia
efficaci: quia perinde esset, ac suscitari: Num lex, quae non
adimpletur, obliget sub peccato? Et quidem, si lex non obli-
gat sub peccato, nisi cum adest gratia efficax, nemo peccabit
in transgressione legis, quia ex transgressione arguitur defe-
ctus gratiae efficaciae, et ex defectu gratiae efficaciae infertur de-
fectus obligationis.

228. Gratia adjuvans in genere dici potest quod
quid intellectum, aut voluntatem adjuvat ad actum super-
naturalem efficiendum: et quidem Augustinus nomine
adjuvantii gratiam sufficientem, et efficacem comprehendit,
et passim gratiam excitantem, et praevientem nomine
gratiae adjuvantis exprimit. In Psalm. 2. Ne dicas non pos-
sum tenere, et portare, et signare carnem meam, adjuvans,
ut possis. Et de grat. et lib. arb. Cap. 4. Homo gratia iuvatur,
ne sine causa voluntatis ejus subeat. Tract. 53 in Joan.
Audiamus Deum, et partipientem... et iuvantem, ut adim-
plere possimus. Hieronymus in Ps. 142. In potestate nostra
est peccare, et Deo adjuvante non peccare. Consule Prosperum
Supra

Supra citatum, et alios, et apud illos in remes insigne, et decem-
torium essatum esse, neminem precepto constanter, qui gratia ad-
juvante non primumatur. Dicendum ergo est, ut locum habeat
presens questio, Novissimum velle Augustinum loqui de gratia suffi-
cienti, et de adiutorio sine quo non, quod quidem ab Augustino, et
Prospero adjuvans nuncupatur, eo quod potentiam naturalem ex
se improportionatam ad actum supernaturalem adjuvet ad illum
prestans virtutem sufficientem.

222.

Et quidem, si de hac gratia adjuvante instau-
tura adversus Haeticos concertatio, hanc ab Augustino repudiam
contendunt Dogmatists. Hec utique est illa gratia, quam Cal-
vinus adjuvantem vocat, et quam mordicus uagente precepto
corrodit, et perpetuo repellit: Nego, aut, gratiam sic nobis offerri,
ut imbecillitatem nostram subsidio adjuvet lib. 4 Cont. Pelagium:
in hoc sensu loquitur Chemnitzius, dum impudenter scribit, sub
illo verbo adiuvandi Pelagius totum venenum suum occultabat.
In Exam. Saed. sess. 6 Cui Jansenists omnes adhaerent gratiantes,
Augustinum velle preceptum obligare sub peccato etiam absente gra-
tia adjuvante potentiam naturalem, ut possit illud adimpleri, is-
que videtur subscribere Novissus asserens: Uagente lege sub peccato
non semper adesse gratiam adjuvantem, ut videtur velle Augus-
tinus. Hinc liquido conflat, Beatum Novissum mentem sinistram
interpretari, quasi tantum asserat, uagente precepto non semper
adesse gratiam efficacem, non vero denegare gratiam sufficientem
ab efficaci distinctam: quod quidem gratis omnino dicitur, cum
Novissus repetissimè etiam excludat, uagente precepto, gratiam
sufficientem, qui potentiam adjuvet ad implendum preceptum: di-
cens: Legem non esse datam, ut cum gratia sufficiente, secum
necessario connecta, homines ad servanda precepta juvaret.

220.

Novissus mentem detegit non contemnenda
ratio. Dogma Catholicum est, preceptum supernaturale non
obligare sub peccato, si gratia non adest qua adimpleri possit.
Inane si Novissus amaret cum Catholicis loqui, et veritatem

sepe definitam synceas vellet spiritu profiteri, facillime potuit
questionem propositam diuimere hac simplici assertione. Nun-
quam lex obligat sub peccato, dum abest gratia, qua impleri
possit. Longè vero Nouissus ab hoc metuo, titulum præfigit
questioni sub nomine gratiæ adiuuantis, et quasi lubricam,
abstrusam, et non usquè tuitam questionem enodare aggre-
diatur, ponderatè inchoat. Pro resolvendo præiudicium ad
nihil aliud repetenda est. In primis obseruandum est disci-
men inter obseruationem legis, inter statum naturæ inno-
centis, et statum corruptæ; et postquam supra laudatum dis-
crimen à Calvino, et Iansenio stabilitum amplectitur, demum
concludit: Adamum non peccaturum, etiamsi præceptum viola-
ret, si ei defuisset adiutorium sine quonon, seu gratia sufficiens;
homines vero lapsos peccare in transgressionem præcepti, licet
gratia sufficienti destituantur, quia eiusmodi adiutorij sub-
tractio, iam pœna peccati est. Nunc consequenter docet:
legem obligare sub peccato, etiamsi defuit gratia sufficiens, ut
videtur velle Augustinus.

254. Non credibile est præiudicis indignis No-
uissum, ut statueret legem obligare sub peccato, quando non
adimpletur? Ergo nomen gratiæ adiuuantis in questionis
fronte appositum exconsulto est, ut sensum tradere videa-
tur Iansenio adversum, præsertim cum in resolutione ques-
tionis non obscure demonstrat, se non agnosceat in natura
lapsa gratiam sufficientem ab efficaci distinctam, quam
pluribus induit nominibus, ut diversis vul-
tibus representata non facile om-
nibus innotescat: quod
statim ostendo.

Gratia efficax est unica gratia sufficiens in natura lapsa juxta Noisium.

252

Cum de gratia adjuvante questionem instituat Noisius, in eius resolutione utitur inteadum nudo nomine gratiæ sufficientis, eandemque gratiam ibidem usurpat nominibus gratiæ proximè sufficientis, proximè necessariæ, potentiæ proximæ, et gratiæ adjuvantis. Cum vero juxta Noisium, omnis gratia proximè sufficientis sit efficax in natura lapsa, sequitur aperte, unam, eandemque gratiam esse in natura lapsa adjuvantem, sufficientem, proximè sufficientem, proximè necessariam, et potentiam proximam, atque efficacem. Si tamen expectes, quid ista varietas præferat? in comperto est. His denotata à Noisio, non dicitur in natura lapsa gratiam sufficientem ab efficaci distinctam, sed unicam vincticem pluribus vestitam nominibus, quod sane puerum Jansenismum ostendit.

253.

Isthe studiosa terminorum coaccratio ex Noisii testimoniis apparet. Audiatur. Quod autem ad hoc, ut lex obliget, non debere supponere in operante potentiam proximam ad faciendum opus, quod imperatur, est constantis Augustini doctrina contra Pelagium, qui ex præceptum, humanæ voluntatis potentiam ad mandata faciendâ, cum cujuscumq. divini adiutorii exclusione prædicabat. Vide sis gratiam adjuvantem nomine potentiæ proximæ vestitam, et videas simul Augustini confusam, atque importunam doctrinæ expositionem. Scire velim à Noisio, quid facit contra Pelagium asserere, non esse necessariam, ut lex obliget, potentiam proximam, seu gratiam efficacem, illam adimplendi? Exploratum est, Pelagium, non tantum denegare potentiam proximam (juxta Noisium) efficacem, verum etiam excludere omnem gratiam remote sufficientem: ergo dum Pelagii errorem inducit parum apte, ne dicam fraudulenter, procedit. Nusquam Augustinus cum

Pelagius concepit de gratia efficaci, aut proxime sufficienti
necessitate, sed de necessitate gratia. Nec S. D. Pelagium in-
caeparet unquam, si urgente lege admitteret gratiam sufficien-
tem, et tantum denegaret semper adesse gratiam proxime
sufficientem, efficacem, et perfecte adjuvantem. Ergo extra rem,
ne dicam obfuscandi animo, intuidit Augustini argumen-
tum contra Pelagium.

254. Iterum Nouissus: Quare errauerunt Pelagia-
ni, qui ex lege, hic, et nunc obligante existimauerunt homi-
nes posse viuis naturae exequi mandata: inde rejiciuntur
plures Theologi, qui putant, legem non posse hic, et nunc obli-
gare, nisi adsit gratia adjuuans; nam dum petis, ut possis,
perfecto sentis, te urgeti precepto, et simul cognoscis, te destitu-
tum esse gratia necessaria proxime ad opus implendum, unde
oras, ut eandem tibi largiatur Deus. Hic apparet Nouissum
adunare gratiam adjuuantem cum proxime necessaria, quae
juxta Nouissum est efficax, talis enim est gratia, quae per ora-
tiones postulat, et dum ait, petis, ut possis, denotat non ad-
i potestatem ad implendam legem, sine gratia efficaci, quod
quidem Jansenismi arguitur.

255. Pergit. Hinc rejicienda est sententia eorum,
qui dicunt: gratiam proxime sufficientem semper adesse, nec
unquam legem obligare, nisi adsit gratia adjuuans, hic ite-
rum gratiam adjuuantem, cum gratia proxime sufficienti
{juxta ipsum efficaci} confundit: Ex quibus tandem demon-
stratur, Eminentissimum scriptorem questionem propositam
resolvere sub his terminis. Ut lex obliget sub peccato non
requiritur gratia adjuuans, neque gratia sufficiens, neque
gratia proxime sufficiens, neque gratia efficax, neque po-
tentia proxima, neque gratia proxime necessaria: et con-
sequenter nullam gratiam requiri, ut lex obliget sub peccato,
et hoc videtur velle Augustinus: nimirum, peccatum impu-
tari ineluctabiliter transgressori legis: quia in poenam peccati
denegatur

denegatur gratia, qua adimpleri possit: Nunc autem quibus deest, jam pena peccati est. Quis inde non compatiatur verum theologum adeo allucinari, ut non adreatat, se tot terminorum ingeniosa tunc innuere, nullam in natura lapsa dari gratiam prae-ter efficacem, et hac absente nullam aliam desiderari, ut preceptum supernaturale obliget sub peccato?

256.

Nunc nobis edisserat, amabo, Norisius, quos Theologos rejiciat? Nam si rejicit Theologos asserentes, ut lex obliget sub peccato, requiri gratiam adjuvantem potentias, ut possint supernaturaliter operari? Rejicit Catholicam veritatem contra Jansenium definitam, et sigillat Catholicos, qui bella gerunt adversus Calvinum, dicentem: Nemo gratiam sic nobis offerat, ut imbecillitatem nostram subsidio adjuvet. Si rejicit Theologos asserentes, ut lex obliget sub peccato esse necessariam gratiam proximè sufficientem, juxta ipsam efficacem? ubinam certum isti Theologi morantur, nisi in Norisii cerebro? Theologi, quibus Norisius bellum infert, aperte docent, ut lex obliget sub peccato, necessariam esse gratiam, qua lex possit proximè, vel amore adimpleri. Nunquam illis in mentem venit asserere gratiam perfecte adjuvantem, seu efficacem, necessariam esse, ut lex obliget sub peccato; cum satis ad hoc sit sufficiens gratia ab efficaci distincta. Sed quippe fateari tenentur, qui à se Jansenismi maculam velint declinare. Sic Pelagium vitant asserentem nullam internam gratiam assidentiam requiri ad implendam legem, sed sufficere liberi arbitrii facultates, adstante solum gratia legis, et doctrinae; sic praeter Calvinum, et Jansenium rejiciunt asserentes nullam in natura lapsa inveniri gratiam prae-ter efficacem, quae sit vere sufficiens.

257.

Eminet inter omnes decora valde, et justa ratio demonstrans, caso labore infudare Pezium, ut probet Norisium uagente precepto non denegare gratiam sufficientem, qua possit impleri, sed tantum asserere non esse necessariam gratiam efficacem; etenim praesens argumentum, si me non

fallit animus, consensum pro quo satagimus apertissime extorquet. Sic enim scribit Norisius. Si lex, ut obliget, sub peccato semper infert assistentiam gratiæ sufficientis, sequentia gratiam proximè sufficientem non esse amissam, quod licet à pluribus concedatur, puto esse falsissimum Col. 106. Distinguit hinc Norisius gratiam sufficientem à gratia efficaci, quam appellat proximè sufficientem, et contrapposita gratia sufficienti gratiæ efficaci, docet non requiri, ut lex obliget gratiam sufficientem. Lex obligans non requirit assistentiam gratiæ sufficientis.

258. Norisii testimonium suggerit argumento meo: quia dum ex assistentia gratiæ sufficientis infert, non esse amissam gratiam proximè sufficientem, seu efficacem, satis aperte indicat utriusque gratiæ indistinctionem in natura lapsa, et consequenter non dari in natura lapsa gratiam sufficientem ab efficaci distinctam, proinde vel utramque, vel neutram deperditam fuisse per Adami peccatum. Theologis notissimum est per Adami peccatum fuisse amissam omnem omnino gratiam supernaturalem, et ex meritis Chariti parvifis conferri naturæ lapsæ, et gratiam sufficientem ab efficaci distinctam, et gratiam efficacem. Pro explorato item habent cum Augustino Theologi, gratiam amissam in natura lapsa per peccatum, illam esse tantum, quæ per modum habitus, se sola sine ulteriori auxilio poterat Adamus, et præceptum implere, et dum perseverare in accepta gratia: Hæc, inquam, gratia amissa fuit in penam peccati primi parentis: quia suborta concupiscentia, et difficultate bene operandi, fit ut gratia sufficiens non ita sufficiat in natura lapsa, sicut in integra sufficiebat. Cum tamen hæc omnia absque ulla partitione involvat Norisius, bene multi primæ notæ Theologi arguantur, et meo iudicio, non temerè, id ex composito facta, ne aperta fronte cumansenistis à natura lapsa gratiam sufficientem explodere videatur.

Eadem

259. Eadem chorda aberrat scribens: Probo gratiam
 sufficientem esse amissam argumento eodem, quo Paulus ad Galat.
 2. Usus est ad confundendam superbiam eorum, qui dicebant,
 legem posse justificare: Si enim per legem iustitia: ergo Chri-
stus gratis mortuus est. Cujus argumenti vis in hoc consis-
 tit: quod si lex sola sufficit ad hoc, ut homines observande
 precepta, se innocentes servarent, Christus gratis mortuus
 esse diceatur. Jam vero eandem vim habet Apostoli ra-
 tiocinatio contra gratiam sufficientem: si per legem, et gratiam
sufficientem poterat homo implere totam legem: ergo Christus
gratis mortuus est.

260. Theologi elementa non salutasse, aut fascino
 obnubilatum viam crederes, qui ejusmodi ratiocinationem
 creditur, in qua nec robur adest, nec paritas tenet, nec illatio
 apparet; potius contra omnes bonae dialecticae regulas abor-
 tiva deducitur illatio. Nescit nemo Theologi mysteriis ini-
 tiatus, legem, et doctrinam neutiquam sufficere, ut possit
 homo preceptum observare, sciunt enim, vel tyrunculi legem,
 et doctrinam esse gratiam Pelagianam; at vero quo numi-
 ne instruatur paritas a lege, et doctrina ad gratiam suffi-
 cientem, quis divinare sufficiat? Novissus tamen ex appo-
 sito antecedente infat contradictorium legitime illationis:
 Sic enim arguit: Per gratiam sufficientem potest homo
 implere legem: ergo Christus gratis mortuus est. Cum po-
 tuis instruatur: ergo non gratis mortuus est: quia cum
 gratia sufficienti per quam homo potest implere legem ex
 merito Christi necessario profuatur, ex observatione legis
 per gratiam sufficientem legitime inferatur, Christus non
 gratis mortuus esse. Placuit tamen Novissio inferre con-
 tradictorium: ergo Christus gratis mortuus est. Hec ta-
 men illatio, licet distorta nimis, gratissima Janenio re-
 putatur, dicenti: Quisquis talia adiutoria divini gratia
(sufficientis) infirmis hominibus adferre nititur... Christum

justitia venisse, et gratis mortuum esse persuadet. Quid
clarius?

261. Dum vero subdit: Si per legem, et gratiam
sufficientem poterat homo implexe totam legem, vel rem obs-
curae, vel declinae controversiam contendit: non enim
procedit questio de tota lege complexivè sumpta, sed de lege par-
ticulari, vel de singulari precepto. Argimus ergo de gratia, quæ
requiritur, ut verè dici possit, legem obligare sub peccato, ut
quid igitur, abjecta omni præcisione gratiam ad implendam
totam legem intaudit, nisi ut verum non conferentium
interpositione animus distrahatur, et questionis sensus ob-
nubiletur? Non decet ignorare Novissimum ad implendam
totam legem requiri perseverantiam diuturnam, et pluri-
mis conferri gratiam sufficientem ad observandam singula-
rem legem, quibus non impetratur perseverantiæ donum.

262. Næc cultiori theologia ingeant Novissimus
Apostoli, et Augustini effata contra Pelagium: perspicuum
est Apostoli argumentum præter Hebræos, atque Pelagia-
nos debellare, qui quidem turpiter contendebant, legem
solam cum libero arbitrio suis viribus relicto sufficere
ad legis implementum, et justificationem. Adversus hunc
errorum invegit Apostolus. Si sola lex sufficit: si gratia
non est necessaria ad legis implementum, nec ad justifica-
tionem: ergo Christus gratis mortuus est. At vero ex eo,
quod per gratiam sufficientem ex meritis Christi ministeria
tam possit homo legem implexe: quis nisi alterita men-
te inseat: ergo Christus gratis mortuus est.

263. Legem fuisse hominibus indictam, non ut
peccata vitarent, sed potius, ut crimina per transgressiones
augerentur, et peccatorum multitudine hominem superbia
frangeretur, docuit observatè Lutherus. Dicimus legem
bonam, et utilem, sed in bono usu, videlicet ad revelandas, et
augendas transgressiones, in vet. text. tom. 3 Calvinus impiam
cogitationem

coartationem fovet, dicens: Legem propterea transgressiones posuam
 docet Apostolus, nempe, ut homines damnationis convictos humili-
 liarex, Lib. 2 Insl. cap. 7 intulit ex his Jansenius, gratiam suffi-
 cientem, qua possit lex adimpleari repugnare fini, et scopo legis,
 et ratio est manifesta: quia si lex a Deo imponitur, ut scelera
 auquantur per legis transgressionem, ad hunc finem oportet subs-
 trahere omnem gratiam, qua lex possit impleri. Quare lex
 imponitur, ait Jansenius, ut homo precepto obstructus, et natu-
 ræ viibus relictus, omnique gratia sufficienti carente, gratiæ au-
 xilium imploret.

262. Sic scribit Jansenius: Hallucinantia, qui legem
 eo scopo datam putant, ut ejus luce exauditi facilius peccata
 vitarent, aut per gratiam sufficientem eam servarent: hoc enim
 Apostolo, et Augustino è diametro contrarium est. Lex tan-
 quam Pedagogus servans infirmos animos ad Christi gratiam
 invocandam perducit, Tom. 3 lib. 1 cap. 11, et 8. Cui subscribere
 videtur Norisius dicens: Lex igitur ex Augustino data est ho-
 mini, non ut cum gratia sufficienti secum necessariò connexa
 hominem agendorum cognitione instructum ad opera precepta
 implenda servaret; sed ad hoc data est, ut homo conatus faceret,
 que precepta erant, et cernens per semet (viibus naturæ) illa exe-
 qui non posse, gratiæ auxilium imploreret.

263. Plura huc deceant Augustinianus scriptor
 contamina Jansenio. Primum ait: gratiam non dari homi-
 nibus, ut adjuvet ad servanda precepta: id Calvinus docet Novo
gratiam sic nobis offerri, ut imbecillitatem nostram subsidio
adjuvet, lib. 1 cont. Pighium. Docet Secundo Norisius: Legem
 obligantem non esse connexam cum gratia sufficiente: et cum
 aliunde evidenter constet, non esse connexam cum gratia effica-
 ci, inde plane inferitur, legem obligare sub peccato, quando abest
 gratia, qua impleri possit. Docet tertio: Legem impostam esse,
 ut homo impotentis, suæ relictus, cernensque per semet, viibus
 naturæ legem adimplere non posse, gratiæ auxilium imploret.

265. *Dicit ergo Noisius, hominem viribus naturæ implorare, prout oportet, auxiliū gratiæ in quo, ut Iansenium fugiat, Pelagianus sit.*

266. *Theologis exploratum est, neminem morari posse ad implorandum divini gratiæ auxiliū absente gratia interna: quia desiderium gratiæ salvatoris, cum sit aliquod initium conversionis, et recessus à peccato, non stat sine divini gratiæ auxiliō. Constat ex Trانسic. can. 3. 4. et 5. ut refert Hilarius Episc. ad August. præfixa lib. de Prædest. SS. contra Semipelagianos can. 3. ait: Si quis per invocationem humanam gratiam Dei posse confectū, non autem ipsam gratiam facere, ut invocetur à nobis, contradicit Isaiæ Propheta, et Apostolo idem dicenti: inventus sum à non quaerentibus me, Et can. 6. Si quis sine gratia Dei credentibus, volentibus, desiderantibus, pulsantibus, nobis misericordiam dicit confectū; non autem divinitus, ut credamus, velimus, vel hæc omnia, si oportet agere valeamus, resistit Apostolo, gratia Dei sum id, quod sum. Sic Augustinus tract. 12 in Joan. Quin imò Iansenius hanc veritatem denegare non audeat. Non adest, ait, voluntas petendi vires ad implenda præcepta, nisi Deus inspiraverit ipsam gratiam postulandi: quo ergo juxta Noisium sustinere poterit, hominem per se met, suis viribus relictum, posse gratiam petere ad implendum præceptum? Inane dum Noisius insudat ut Iansenium Catholicum faciat, se facit Pelagianum.*

S. 7.

Mens Noisii amplius adreasa Augustino declaratur.

267. *Gratiam servandæ legi sufficientem non fuisse Judæis impenitentem, atque etiam nunc pluribus fidelibus denegari docuit Lutherus, annuente Calvino lib. 2. Institut. Cap. 7. num. 6. quibus Iansenius subscripsit, dicens Non adfuit*

ad fuit. Hominibus sub lege viventibus gratia sufficiens servandi
 legem, nec ullum preceptum ejus, Rom. 3 Cap. 7, et Rom. 3 lib. 3
 Cap. 5 col. 274 ait. Sub lege positi nullum adiutorium bene vi-
vendi, partem legem acceperunt, et hoc locum habuit in omni-
bis Judæis, pax paucis exceptis. Lex justitiam reddidit diffi-
ciliorem, et quasi muro interposito impossibilem. Lex talis
hominibus infirmis data, qua peccatis afflicti gravius inde
affligerentur. Rom. 3 lib. 4. Cap. 8, et 11 col. 33, et 41.

268.

Non est, opinor, qui non intelligat argu-
 menta omnia, quibus effectum est, justis omnibus sufficientem
 gratiam ad vitandum peccatum concessam, perinde valere iis etiam,
 qui ante Christum vivebant; et quidem Hebræi sub lege positi, quam-
 vis non ita copiosam acceperunt gratiam, ac nunc Christiani,
 quia tamen à Christo redempti sunt, et fideles evadunt, gratiam
 sufficientem, qua legem suam servare possent, acceperunt. Deus
 enim impossibilia non jubet: ergo necesse est, eos per gratiam po-
 tuisse, quod per legem, que vias ipsis non prestabat, non vale-
 bant. Et quidem si Judæis, per paucis exceptis, denegata fuit,
 qua legis mandata observare possent, verum non fuisset illud
 Moysis monitum, universo populo intimatum. Mandatum
 hoc, quod ego precipio tibi, non supra te est, nec procul positum
 Deut. 10. 12. Et jam, si nullis viribus illud attingere potuis-
 sent, supra eos esset mandatum, et procul positum. Sana
 pariter esset illa Isaiæ exhortatio. Quid est, quod ultra
debui facere vineæ meæ, et non feci? Cap. 5 v. 4. In promptu
 enim esset Israelitis { per vineam ibi designatis } respondere,
 quod Iansenius suggerit, dicendo. Non ad fuit nobis sub lege
viventibus gratia sufficiens servandi legem, aut ullum pre-
ceptum ejus, illam prius dare debeas, ut nos juste increpa-
res: expectavi, ut faceret vitas, et fecit labruscas. Nunc faciunt,
que pro gratia sufficienti suo loco induximus.

269.

Augustinus expresse tradit hanc veritatem,
 dicens: Quis Catholicus dicat, quod nos dicere jactant, Spiritum

22
 Sanctum adiutorium virtutis in veteri Testamento non fuisse?
 Lib. 3. ad Rom. Sapientia quippe Dei legem, et misericordiam
 in lingua portat, noli timere, ne legem impleat non possis, &
 grat. et lib. arb. cap. 18. D. Thomas proposito sibi hoc argumen-
 to: Deus vult omnes homines salvos fieri; sed lex vetus non
 sufficiebat ad salvandos homines: ergo non pertinebat ad Deum
 talem legem dare: responderet: Quamvis lex vetus non suffi-
 ciebat ad salvandos homines, tamen dederat aliud auxilium
 a Deo simul cum lege hominibus datum, per quod salvari po-
 terant, scilicet fides, per quam iustificati sunt antiqui Patres, si-
 cut etiam nos iustificamur; et sic Deus non deficiebat homini-
 bus, quin daret salutis auxilia. Et lib. 5. ait: Legem veterem
 datam esse populo Hebraeorum, ut quamdam prerogativam
 sanctitatis obtinerent propter reverentiam Christi, qui ex illo
 nasciturus erat; ergo illis non defuit gratia, ut talem sancti-
 tatis prerogativam obtinerent. Accedit Chrysostomus Gratia
 in omnes diffusa est, non Iudaeum, non Barbarum, non Scy-
 tham, non Libeum, non Sarrum designatam. Hom. 9 in Joan.
 Idem perspicue docent communi consensu Patres Graeci,
 Graeci, ac Latini affirmantes, legem Iudaeis datam fuisse, non
 ut abundaret, sed ut minueretur, et de medio tolleretur de-
 lectum. August. Epist. 39. Hieron. in cap. 3 ad Galat. Ambros.
 lib. 4 in Iacob. et de beata vita cap. 4. Fulgen. Mantua in dia-
 logo cum Iuliano. Irenaeus lib. 4 adv. haeres. cap. 27. Chrysost.
 Hom. 10 in Epist. ad Rom.

270. His perlibatis, Non sibi mentem liceat ex-
 plozare: eandem questionem sub his terminis proponit: An
 in lege veteri timor sine gratia regnaret? quod eundem
 Augustinum sensisse nonnulli opinantur. Et Augustinum
 sensum exponere praesumit, scribens: Quod Augustinus, nec
 de lege veteri quidquam durius pronuntiaverit ostendo...
 in eo reprehenditur, quod visus sit asserere: Legem veterem
 reos fecisse homines, iubendo, non adjuvando. Iudaei habita-
 lege

lege eo superabundant delapsi sunt, ut putarent legem solam ad homines justificandos sufficere, neque necessariam esse Dei gratiam, sed solum liberum arbitrium. Porro cum hunc errorem sortiebantur Pelagiani asserentes, gratiam in veteri Testamento non esse, nisi legem traditam, gratiam vero novi Testamenti non esse, nisi Evangelium, et exempla Christi; Augustinus, ut eorum errorem confutaret, probavit, legem à gratia separata, reos facere jubendo, non adjuvando: nec injuriam fuit legi; nisi enim hæc posita fuit, ut homines se sola iustos faceret, sed ut ostenderet, quid faciendum est, et cum homines præceptis faciendis, se imparos esse cognoscerent, ad auxilium gratiæ confugerent. Quod ex S. Doctore, et ejus discipulis probavimus, non divinus loqui, qui asserat: ex Hypothesi quod sola lex subeat, nec gratia proximè sufficiens adsit, legem eandem obligare, et transgressionem reum esse peccati.

271. Vera ratio miscet. In primis suspectus fuit, dum extraneam concludit, ut lex obliget sub peccato, non æquivalet gratiam proximè sufficientem, seu efficacem: quia questio loquitur de lege separata ab omni gratia: Num lex sine gratia regnet? Et perspicuum est, non esse idem, legem separata esse à gratia efficaci, et esse separata ab omni gratia, nisi in sententia Jansenii asserente unicam gratiam dari in natura lapsa, et hanc esse efficacem. Inare Novissii scopus est, per gratias suadere, legem ab omni gratia separata obligare posse sub peccato, et reos homines facere, etiam absente omni gratia, quæ ad legis implementum adjuvet; quo statuto ad Janseniana cartula proculdubio Augustinus traducitur. Mens vero S. Doctoris est, legem separata à gratia efficaci, quæ quidem non cadit ex defectu hominis malevolentis gratia excitante, reos occasionaliter homines facere. Numquid qui sustinet legem esse separata à gratia efficaci, affirmat legem regnare solam, seu timorem sine gratia in lege regnare? Ita tantum pugnant, qui à natura lapsa

omnem gratiam praece efficacem explodunt.

272. *Explicatur.* Legem regnare solam, peius de
est, ac legem solam obligare, nempe ab omni gratia separa-
tam. Hoc Augustino apertissime aduersatur, qui docet, legem
non fuisse hominibus inditam, ut se sola homines iustos faceret,
vel ut per se met ipsam homines iuaret ad legis implementum:
Id de fide est contra Pelagium: ergo aliud tamen est, legem
solam non adiuuare, et aliud legem obligantem existere solam,
et ab omni gratia separatam. Legem solam non adiuuare,
nec sufficere definitum est. Legem vero separatam ab omni
gratia, quae ad eius implementum adiuuet, exata Iansenii est
exatus à Calvinus. Docet ergo Augustinus contra Pelagia-
nos, legem non sufficere, nec adiuuare: lex enim, secundum
se expectata, ut lex est, non est gratia sufficiens, sed tantum
est illud adiutorium, de quo fuit tam diuturnum bellum
contra Pelagium, fuit quidem adiutorium exotium, sed
non vera Dei gratia. Gratiam, ait Augustinus, diuersis
nomnibus nolumus Pelagianum, nisi legem videri: ad Bonif.
lib. 4 cap. 8: ergo gratiam legis non sufficere, ut homo possit,
prout oportet operari, ab Augustino demonstratum est, et
ab ecclesia definitum: propterea lex vetus non fuit Hebraeis
sufficiens adiutorium, ut bonum facere, peccata vitare, et
iustitiam implere possent, ut sepius Augustinus confirmat
ad Rom. 4. ad Galat. 3. et 4. de vitiis Pelagii cap. 8 et 9 lib. 2
ad Bonif. cap. 20 lib. 2 de grat. et lib. deo. contra Julian. cap.
23 et lib. retract. cap. 13.

273. Accedit Iansenius eisdem seu verbis
cum Noaisio questionem dirimens. Lex eo fine data est,
ut homo infirmitatis suae conscius, et intelligens se non posse
propriis viribus impetrata facere, Dei gratiam imploret,
et ad hunc finem potius conquirat, u homo propriis vi-
ribus relictus omni gratia nudetur. lib. 3 de grat. Charli
Et ibidem cap. 4 ait. Falsum est, iis, quibus datur praeceptum,
aut

aut lex, hoc ipso gratiam adesse sufficientem, quae lex impleatur, cum ideo potius lex detur, ut gratia adimplendum praeceptum requiratur. Novissimum audiamus: Lex igitur ex Augustino data est hominibus, non, ut cum gratia sufficienti secum necessario connexa... ad faciendum praecepta iuraret, sed ob hoc data est, ut homo conatus faceret, quae praecepta exant, et cernens per se met (spiritibus naturae) non posse illam exequi gratiae auxilium imploraret. Supponit ergo legem esse solam, dum à gratia proximè sufficienti, seu efficaci separata est, quasi non sit alia gratia, quae legem committam possit, nisi victu, quod quidem est honestioribus terminis indicare, quod Iansenius palam pronuntiat, dicens. Intelligitur quam perperam Scholastici gratiam sufficientem postulanti, ad hoc ut homines peccare queant: peccabunt enim sine gratia, non minus, quam si illius adjuvatio munirentur, ibid. Cap. 17.

274. Insistit sancta Novissus in eo, quod lex imposta est, ut homines divinum auxilium quaerant, et implorent; hoc enim Lutherus, et Calvinus professentur. Impii, aut Calvinus, per legem edocti, suo ipsorum testimonio rei sunt, priusquam supra impotentis admittenti ad gratiam confugerent, lib. 2 Institut. Cap. 5, et 7. Lutherus tom. 3 passat. in vetus Jerusalem. ait: Lex pedagogus est, quae non tantum peccare facit, et tenet, sed reatibus impellit ad Christum. Ex quo Iansenius intulit: Lex tanquam pedagogus severus, et terribilis infirmos animos ad Christi gratiam agnoscendam, et invocandam terrore supplicii perduxit. Non igitur negamus, Deum in peccandis legibus hoc maxime spectare, ut homines ad divinam gratiam implorandam excitet. At stultum est cogitare, ad finem implorandi gratiam, quae praecepta impleantur conducere, quod homines omnium gratia nudentur; imò de fide est, homines omnium gratia privatos non posse gratiam implorare, prout oportet; ergo potius scopo, et fini legis repugnat legem dari separatam ab omni gratia, ut

Somines Divinam gratiam implorent. Quomodo ergo, ut
Noisius contendit, homo per semet impotens implere præcep-
tum, per semet implorabit Jesu Christi gratiam?

275. Mala fide Jansenius agit, cum plu-
ribus Augustini testimoniis contendit, finem, et scopum,
legis postulare, ut homo propriis viribus relicto, et omni
gratia orbatus sit: Augustinus loquitur tantum de gratia
adjuvante strictè, et perfectè tali, quam quidem jure negat, si-
mil cum lege semper confecti, non vero loquitur de gratia
preveniènti, et excitante. Dum aut Augustinus legem si-
ne gratia reos facere homines, intendit contra Pelagium,
legem solam non sufficere, neque se ipsa jurare homines
ad ejus implementum, ac proinde, dum lex existit separa-
ta ab omni gratia perfectè adjuvante, facit reos homines
occasionaliter, et per accidens. Nec aliud suadent testimo-
nia ab adversariis concinata. Quod tamen, ut faciat, adju-
vat gratia — Inj, nisi adjuverit, nihil lex erit, nisi vitium
peccati — Quando cognoscit homo peccatum, si non adjuvet
gratia, ut cognitum caveatur, lex sine dubio iam operatur.
Vidè videre, quid valeat sine spiritu adjuvante littera jubens?
Vitium peccati lex. Inj, omnia diversissimè inculcat
Augustinus contra Pelagium, qui sine gratia legem ad præ-
cepta implenda jurare contendebat. lib. de grat. et lib. arb.
Cap. 4, et de virib. Apost. cap. 10.

276. Preterea memorata Augustini testimonia,
si benè inspiciantur, manifestè Noisium uagent; si enim
quoties in Augustino invenitur hæc vox adjuvans, significa-
tur, ut Noisius vult, gratia proximè sufficiens, seu efficax,
ex illis tantummodo concludi potest, legem sæpe obliga-
re absente gratia efficaci, quod quidem verissimum est; non
vero inferatur, legem obligare absente gratia sufficienti. Gra-
tia efficax, urgente lege, ut plurimum abest, præsertim iis,
qui prænam gratiam excitantem speraverunt, quales erant
illi

illi, & quibus Augustinus dicit: Gratiam repellent, et ideo in
 Christum non credebant. Hoc quidem Catholici omnes confia-
 mant; nullus tamen, nisi aucta Janseniana sit infectus, a sece-
 re potest, legem separatam ab omni gratia sufficienti obligare
 sub peccato. Rogandus ergo est Noisius: an dum in se sit: Legem
 esse impositam, ut homo preceptis faciendis se impari cognos-
 cens, auxilium gratiæ impleat, velut hominem divini gratiæ
 auxilio destitutum implorare gratiam efficacem ad implendum
 preceptum, vel non? Si primum? cum Pelagio sentit. Si secun-
 dum? eadem, auctens legem esse ab omni gratia separatam.

277. His incommodatus magnopere Augustinianus
 scriptor, quis crederet? Respondet: se quidem a sece-
 rare, legem se-
 paratam ab omni gratia, qua impleri possit, nec facere trans-
 gressor; loqui vero ex hypothese, quod omnis gratia fuerit per
 peccatum amissa, excluso beneficio Redemptionis, et stante hac
 hypothese, legem habituam vim obligandi. Quam frigida,
 et prolesoria sit isthuc evasio, per recursum ad aliam provi-
 dentiam puri possibilem? Noverit, qui hactenus Noisium,
 non precipue a Redemptione, sed in presenti providentia con-
 certantem sustulit. Nec Augustinus in presentiaum de alte-
 ra providentia disputare cogitavit, qui ad controversiæ scopum
 nihil confert, nec utilis ad expungendos Ecclesiæ hostes esti-
 matur. Fateamur ergo ingenuè in presenti providentia, de
 qua in hoc questionum genere digladiatur, exoneum esse a se-
 rare legem ab omni gratia separatam, nec homines facere.
 Insuper notum est, nec per recursum ad aliam providentiam
 Noisii asseatum sustineri valeat: ratio est manifesta: quia
 nulla est possibilis providentia, aut hypothesis, in qua Deus im-
 possible precipiat, quod utique faceret, si imponens preceptum
 supernaturale, et simul denegaret gratiam, qua ad impleri posset.
 Oppositum tamen placuit Noisio cum Jansenio, qui docet, posse
 Deum precipere in natura lapsa, omnia, quæ potuit precipere
 in natura innocenti, quamvis nullam gratiam, qua possint

praecepta servari, hominibus conferat. Agnoscant igitur, atque
fateantur, id ipsum hominum gratia sua lege jubere posse Deum,
quod ante peccatum jusserat, quamvis ei jam culpa sua factum
sit impossibile. Jans. lib. 3. de grat. Chri. cap. 14.

278. Augustini testimonium ex Sermon. 55. sup. Exodo.
a Novisio deceptum, minimum legem fuisse datam Judaeis,
ut de sua infirmitate, et peccatis convincerentur, et lex illis
pedagogus fieret, a quo perducerentur ad gratiam. Novisio
nihil favet, imo contra ipsum demonstrat; legem non fuisse
solam, sed simul donatam cum gratia, a qua perducerentur
ad implorandam uberiores gratiam, quae lex adimpleatur.
Etenim, ut saepe dictum est, lex sola secundum se expectata
non potest ad gratiam perducere, ut contra Pelagium defi-
nitum est. Cetero Augustinus aperte loquitur de lege, ut con-
juncta cum gratia, qua possit impetrari efficax gratia; nec
aliam solutionem desiderant, qui ab adversariis prolixè
conglobantur, qui si quid probant, illud est, quod plane om-
nes concedunt, scilicet, legem obligantem, non semper cum
gratia victici consociari.

279. Apostoli testimonia, quibus maxime insistunt
adversarii breviter percurramus. Sit primum. Lex subin-
travit, ut abundaret delictum. Respondet. ut non deno-
tat causam finalem, sed effectum per accidens secutum
ex prava hominum voluntate, Deo sic permittente. Ita
Ambrosius, Chrysostomus, D. Thomas, et communiter tam
veteris, quam RR. interpretes; qui loquendi modus frequens
est in sacra scriptura, quae exprimitur non raro solet, id
quod per accidens sequitur ex noxia hominum voluntate,
tandem id, quod Deus intendit. Joan. 9. vers. 33 ait. Deum
venire, ut qui vident cæci fiant. Quod notavit Chrysostomus
Rom. 12 ad Rom. dicens: particulam ut non causam, sed
eventum significare, non enim hujus gratia data est lex,
ut abundaret, sed data est quidem, ut minueretur delictum;
contrarium

contrarium vero accidit, non ex legis natura, sed propter eorum,
 qui illam receperunt secundam. In hoc sensu appellavit Apo-
 stolus legem veterem legem peccati, et mortis. Rom. 8.2. Corint. 2.36.
Sicutam occidere ad Galat. 3.19. Sed propter transgressiones posita.
 Sed propter intelligendum est iuxta proxime dicta: vel legen-
 dum cum D. Thoma: propter transgressiones vitandas. Sed iam
 operatur: quia per accidens est peccatorum occasio, et con-
 sequenter, divinis irae et vindictae: si enim lex non esset, nec pec-
 catorum daretur: quare indicta lege, si homines non cooperan-
 tur gratiae excitanti ad ejus implementum, tunc iram operatur,
 et Dei vindictam accersit. Lex dicitur virtus peccati: quia
 peccatum vim exerceat per legem, et per occasionem legis re-
 stantio, et pravam hominum voluntatem; homo enim nutritus
 in vetitum, et intensius prohibita cupit.

S. 8.
 Proponitur Norisii sententia ex peccati definitione
 ab Augustino tradita, et ejus objecta diluuntur.

280. Sanguam Augustini dogma vidimus firmare
 Norisium, legem sub peccato obligare, etiam absente gratia,
 qua possit adimpleri, quod quidem ex Augustini locis, seu
 Laciniis potius a propria sede malo dolo divulgum persuade-
 re conantur totis viribus cuncti Noristae. Ex hoc principio
 aperte fluit esse falsum axioma ex Augustino tutum
Nemo peccat in eo quod vitare non potest: de quo Calvinus,
 et Jansenius asserunt, non habere locum in natura lapsa,
 et tantum valere in statu naturae innocentis: quibus videtur
 adhaerere Norisius, dicens: laudatum Augustini testimonium
 a Juliano eidem objectum fuisse: videlicet, nemo peccat in eo,
 quod vitare non potest, cui S. Pater respondet lib. de opere im-
 pery Cap. 48. Ipse Adam est, quem definitio nostra vitarebat,
 cum diceat: peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi,

quod iustitia vetat, et unde liberum est abstinere. *Indic. col. 292*
Videtur igitur deponere cum Iansenio, Adamum non peccaturum,
si a peccato abstinere non posset; homines vero lapsos re-
vera peccare in transgressione precepti, quam vitare non possunt:
quia ejusmodi impotentia est poena peccati, hominibus lapsis
inflicta.

281 Calvinus, cujus *Injunctio* in corumpendo
Augustino cunctis patet, jam pridem, quod annotat Noisius,
scripsit, nimium, definitionem peccati ab Augustino tradi-
tam, tantum debere intellegi de peccato primi parentis, scilicet
de peccatis actualibus, quae patiuntur in natura lapsa. *Sexta*
propterea est definitio: quia id definitur, quod tantummo-
do peccatum est, non etiam poena peccati. Vide ipsius aucto-
ris testimonio, non nisi primo Adae peccato convenire hanc
definitionem, lib. 3 de lib. arb. Eandem exhibet interpretatio-
nem, dicens: Augustinus asseveranter dixit, ejusmodi senten-
tias, seu definitiones suas non esse de quolibet peccato accipien-
das, sed de illo solo, quod summa libertate in Paradiso pepe-
travit Adamus lib. 2 Cap. 4 pag. 125. quod inculcat; dicens: hanc
definitionem sepe protestatur dicens: nulli peccato convenire,
nisi solius primi hominis peccato: quia cetera omnia ita pec-
cata sunt, ut sint etiam poena peccati. lib. de nat. et grat.
Cap. 26.

282 Sequitur Noisius: Scias, aliud esse peccatum,
aliud poenam peccati, aliud utrumque simul; id est, ita pec-
catum est, ut sit simul poena peccati; intellegis, quid horum
trium pertinet ad illam definitionem, ubi voluntas est agen-
di, quod iustitia vetat, et unde liberum est, a peccato abstinere:
peccatum, inquit, definitum est, non poena peccati. Indi-
cat non obscure Noisius passim Augustini definitionem
intelligendam esse de peccato Adam, quod utique fuit pecca-
tum; cetera vero quae in natura lapsa committuntur, vel sunt
poena peccati, vel poena simul et peccati. Peccatum namque
definitum

100

definitum est, non pena peccati. Quod ibidem ite-
rat Sansenus scribens: illa ratio voluntarii, quo peccatum in se ipso, ita est vo-
luntarium, ut ab eo sit liberum abstinere, sicut illud definit Au-
gustinus, in illis solis peccatis est necessaria, quae juxta peccata
sunt, non in illis, sive originalibus, sive actualibus, quae ita pec-
cata sunt, ut sint etiam pena peccati. Quod sine injuria
Augustini cogitari non potest; sic enim praeclarissimus gratia
Doctor Calvinus eandem confirmare, docens: solum Adami
peccatum fuisse liberum, et liberum arbitrium in natura
lapsa deperditum fuisse. per Adami peccatum, quod inique ad-
scribitur Augustino passim agentis: Peccati reum teneat quem-
piam, quia non fecit, quod facere non potuit, summe iniquita-
tis est, et insanij: peccatus: ergo cavere potuit. lib. de duabus
animabus cap. 2.

283 Augustini sensus adeo clarus est, quam ut
ullis cavillationibus obscurari queat. Loquitur ibi S. D. con-
tra Pelagianos, qui ad hominem in Augustinum sic insur-
gebant: Peccatum est illud, a quo liberum est abstinere.
Sed parvuli non possunt abstinere a peccato originali: ex-
go parvuli non contrahunt peccatum originale. Augusti-
nus respondet rebus a Novisio, et Sansenio proxime inductis:
errata tamen adversariorum in eo situs est, quod velint Augus-
tinum suam peccati definitionem restringere ad individuum
peccati Adami, cum exploratum sit, non tantum loqui de pecca-
to Adami, sed de peccato in genere sub se continente varias spe-
cies, ut inibi expressè demonstrat, dicens: Habent tamen etiam
ista genera suas species, de quibus nunc longum est disputare.
Horum trium generum, si requirantur exempla, primum gene-
ris in Adam, sine ullo modo questionis occurrit: multa enim
sunt, quae agunt homines mala, a quibus liberum est abstinere,
sed nulli tam liberum est, quam illi fuit, lib. 1. oper. imperf.
pag. 40. Ergo dum Augustinus ait: ipse Adam est, quem
definitio nostra intuebatur, non ita respexit peccatum

illius, ut cetera peccata actualia excluderet, nec, ut delirant
adversarii, definitum est solum Adami peccatum, ut in-
de Statuant homines lapsos peccare in eo, quod vitare non
possunt.

389. Habendum ergo est Augustinum, adducto
in exemplum peccato Adami, nomine peccati comprehen-
dere in sua definitione omnia peccata, quae libera volunta-
te ab hominibus perpetrantur, à quibus liberum est absti-
nere. Nomine paenae peccati, intelligit, ea, quae solum habent
rationem paenae, ut sunt mors corporis, exaltationes, cautia-
tus, et alia id genus. Pea peccatum simul et paenam peccati,
denotat indeliberatos concupiscentiae motus, et peccatum ori-
ginale à posterius contractum, quod quidem fuit voluntarium
in capite, in quo moraliter (Excepta Santissima Deipara) con-
stitutae fuerunt omnes hominum voluntates. Motus concupis-
centiae indeliberati, dicuntur peccata, non quia peccata strictè
sunt, sed quia ex peccato sunt, et ad peccatum inclinant,
et docet Tridentinum. Iuxta Calvinum, et Jansenium pecca-
tum actuale est peccatum simul, et pena peccati, ac proinde
à definitione Augustini contendunt excludere peccata actua-
lia. Novissimum de peccato originali sermonem instituisse
causatur: forte posset excusatio admitti, si ejus mens in
aliis articulis non adeò aperte innotesceret, ut planè plu-
ribus comprobetur argumentis, suam doctrinam ad pec-
cata etiam actualia extendere, quae quidem imputabilia
reputat, quamvis gratia, qua vitari possint à Deo, dene-
getur, aut subtrahatur. Nunc vero quid Novissus oppo-
nat, videamus.

285. Cum fuerit semper in votis Jansenianis
gratiam vere sufficientem à natura lapsa eliminare,
argumentum mirifice decantatum ex ecclesiae precibus
importunè conficiunt. Sic Jansenius insinuat. (Tale ad-
jectivum sufficiens repugnat ex precibus Ecclesiae, quas
Deus

Deus tradidit Ecclesie, et inspiravit. quis enim non videat, pro illis, quibus sufficiens adiutorium adest, inaniter preces fundi? Nam quid stultius, quam orare, ut facias, quod in prestatu habes? Errat Jansenius in eo, quod non agnoscat in natura lapsa, possibilitatem adimplendi preceptum, nisi in gratia, quae per orationes postulatur, videlicet, in gratia efficaci; ex quo plane infertur, impossibilia estimare precepta omnibus his, qui recte gratia sunt destituti. Quid aliud denotat Nouissius? Dum absolute profert. Unde necessitas orationis elucet, qua rogamus Deum, ut mandata ejus implere possimus, non dicit, ut mandata impleamus, sed ut implere possimus. Ex quibus, sic argumentor. Peccare non possumus implere mandata, nisi per gratiam, quae per orationes postulatur; sed gratia, quae per orationes postulatur, est gratia efficax: ergo sine gratia efficaci non possumus implere mandata. Consequentia est legitima, et proferus Janseniana. Nunca ex innumeris orationibus Ecclesie patet.

286

Insistit Nouissius col. 1005. Quare cum instante quolibet precepto legis, homo non irrisorie, sed veraciter debeat Deum orare, ut sibi gratiam donet ad faciendum mandatum: signum est divinam gratiam ad faciendum mandatum necessariam, non semper adesse in singulis momentis: nam, ut clamat Augustinus, si adest possibilitas, ut quid orant?

Respondedo, remorendo equivocationem. Aliud est dari gratiam, qua mandatum fit, et aliud dari gratiam, qua mandatum possit fieri: gratia, qua mandatum fit, non datur semper, etiam quando preceptum urget; nunquam tamen urget preceptum in actu secundo, quia datur gratia, qua impleri possit. Itaque in singulis momentis urgentis precepti datur gratia, qua possit proximè, vel remote adimpleri: Non enim potest intelligi obligatio precepti, dum abest potestas illud adimplendi, quod a deo certum est,

101
ac non obligare preceptum, quod impleri non potest: ergo peccatam denegat. Novissus possibilitatem implendi preceptum, quandiu non adest gratia, qua re ipsa illud adimpletur: si adest possibilitas, ut quid orant? Ergo dum orant pro gratia efficaci, non adest possibilitas faciendi mandati: ergo sine gratia efficaci non potest adimpleri preceptum. Hic est error damnatus in 2. propositione Guesnelli: *Desu Christi gratia, principium efficaciae boni cuiuscumque generis necessaria est ad omne opus bonum, sine illa non solum nihil fit, sed nec fieri potest.* Et proposit. 3. *(In vanum Dominus precipis, si tu ipse non das quod precipis).* Et proposit. 4. *Omnia possibilis sunt ei, cui tu possibilis facis eadem operando in illis.* Ex quibus fluit, sine gratia efficaci, in qua Deus donat, quod precipit, non esse possibilis precepta: quod sepe praescriptum est.

287. Huc facit Arnaldi propositio, tanquam impia, blasphema, et haeretica confixa a facultate Paris. anno 1665. *Desuit Petrus tentato gratia sine qua nihil poterat.* Contendebat Arnaldus, absente gratia efficaci, quae re ipsa Petro desuit, nullam illi adfuisse possibilitatem vincendi tentationem; cum fatei debuisset, Petrum tentatione pulsatum, et etiam efficaci auxilio destitutum, potuisse tentationem superare; et quidem, si tunc fit primo possibile preceptum, quando gratia victu ministerata, valeat argumentum a potentia ad actum, et a carentia actus ad carentiam potentis: quod aperte opponitur Sacris Ecclis, Conciliis, et SS. Patribus, ut omnes Theologi profitentur.

288. Novissii effugia nullius momenti reputantur: alieno vultu indutus, ne palam de Iansenismo videatur convictus: ait, Novissum debere benignius interpretari: ea propterea dum scribit, precepta adimpleri non posse sine gratia efficaci, intelligi debet de potentate conjuncta cum actu, quae possibilitas, ut cunctis patet, a gratia efficaci solummodo

Solummodo præstatua. Hæc tamen evasio tuta, et familiaris An-
 senistis ostenditur: Nam Auctor exemplum, benignam etiam
 interpretationem pro Inesnella appæcatua Col. 4 dicens: De-
 buit asseratum Inesnellii benignis interpretationi, ita ut sine
 gratia efficaci, nihil possit facere, potestate conjuncta cum
 actu. Id ipsum declamat Salavius in quinque articulis:
 cum tamen Inesnellii doctrina, series, et contextus benig-
 nam non patiatur interpretationem, irridetur à Doctri-
 nis Catholicis ista declamatio, tanquam dolosa, et pædusoria.

289.

Ita compeato habetur, Calvinus, et Jansenii
 dogmata indisolubili consequentiarum catena ad eum colligari,
 ut si eis vel tantillum dederis, danda sint omnia. Quam ex-
 gè benignam promeretur Novissis interpretationem, qui
 manifestè asserit 1. Deum interdum nobis jubere, quæ non
 possumus. 2. Gratiam sufficientem esse amissam in natura ad
 lapsum. 3. Auxilium generale esse Massiliensium dogma. 4. In
 natura lapsa non dari urgente lege adiutorium sine quo
 non. 5. Legem obligari sub peccato, etiam ab omni gratia,
 quæ possit adimpleri, separatam. 6. Legem obligantem esse
 solam, dum à gratia efficaci separatur. 7. Legem non im-
 poni, ut cum gratia sufficienti secum necessario connexa
 adiuvetur homo ad ejus implementum. 8. Dum fovet, et
 confirmat discrimen utriusque gratiæ à Calvino inven-
 tum, et cum plausu à Jansenistis adoptato. 9. Dum defi-
 nitionem peccati ab Augustino traditam, cum Calvino,
 et Jansenio interpretatur, quid plura? Alia quidem in
 decursu disputationum adnotata, quæ si benignè expositio-
 ni subjiciantur, supervacaneum foret adversus libertatis hos-
 tes digladiari.

290.

Dices: ergo sine auxilio gratiæ, quod petimus,
 possumus implere præceptum: ergo auxilium, quod petimus
 non est ad posse, sed ad faciendum posse: quod est adiutorium
 possibilitatis Pelagianum.

Respondeo, Sicut argutiunculus à Jansenistis emendicatus:
 Definitum est contra Jansenium, sine auxilio gratiæ quod
 petimus, posse præceptum adimpleri: renuit Jansenius eodem
 argumento insurgens: Vel cæcis manifestum est, impossibile
esse, ut sit aliud adjutorii genus quam possibilitatis, quod
Pelagianus exorta asseruit, Tom. 3 lib. 2 Cap. 2. Dicimus ta-
 men, auxilium gratiæ, quod petimus non esse ad posse, quod
 jam habemus, sed petimus auxilium, quo præceptum adim-
 pleamus: nemo enim petit auxilium ad petendum, sed ad
 faciendum mandatum, et in hoc auxilio confertur nobis
 potestas, quam non habemus, scilicet, conjungenda cum
 actu.

221. Ineptissime iogtura in nos contorquet adju-
 torium possibilitatis Pelagianum. Nam Pelagius docet, nos
 absolute posse solius arbitrii viribus, sine auxilio divini gra-
 tiæ adimplere præcepta, et tantum requiri divini gratiæ au-
 xilium ad facilius posse; nos vero contra dicimus: Nemi-
 nem posse, nec difficilius, nec facilius, sine divini gratiæ
 auxilio, proximè, aut remote impeccata exequi. Adversa-
 rius contendit Pelagianam esse omnem potestatem imple-
 di præceptum, quæ sita non sit in gratia efficaci; et juxta
 ipsum Pelagianus est quicumque non est Calvinista. Di-
 cimus ergo: sine gratia efficaci veram in nobis dari possi-
 bilitatem præceptis implendis: quia cum semel accepto suffi-
 cienti auxilio, possumus petere à Deo, et impetrare ubi-
 que auxilium, quo proximè valeamus facere præceptum;
 dum Deus nobis confert auxilium sufficiens, possit in ar-
 bitrio nostro præcepti observationem: si enim nos, accepta
 sufficienti gratia velimus ea bene uti, abs dubio, sicut ce-
 pit bonum opus, et ipse perficiet: ergo in gratia sufficienti
 ab efficaci distincta agnoscimus veram possibilitatem ad
 implendis præceptis, non Pelagianam, sed Catholicam ab
 Augustino, et universa ecclesia contra Jansenium, et a seclis
 definitam.

292.

Et sufficienti gratia Adamo in statu naturae innocentiae ministrata infert Noisius. Adamum posita tentatione nihil à Deo petere potuisse, nisi inaniter, et stulte: quia stulte petitur, quod in potestate habetur. Hoc quidem temere affirmatur. Concedimus Adamum posita tentatione habuisse potestatem proximam adimplendi praeceptum, non tamen habuit possibilitatem conjunctam cum actu, seu gratiam viciatam, quae utique magnum beneficium est: quo ergo jure Noisius propria auctoritate Adamum parvat potestate petendi beneficium, quo caavit, quod sani, si petisset, impetrasset? Noisii assertum per gratiam est Jansenistis, qui ex praecibus Ecclesiae contendunt, non dari gratiam sufficientem, quia stultum exit petere quod in potestate habetur; in adversum tamen extat infigne documentum.

293.

Decretum Gelasii Papae I adversus Pelag. hujusmodi Tom. 2 Conciliorum pag. 257 *Si in ipsis primis hominibus, dum sua nimium felicitati confidunt, et tantam Dei gratiam in vacuum recipientes, non orando, quod utique nusquam fecisse referuntur, nec de praecipis gratias referendo, nec ut eadem intemerata durarent, suppliciter implorando incolumes constare requirunt.* Huic decreto repugnat Noisius cum Jansenio, docens, non nisi stulte à Deo petere perseverantiam potuisse, et instructos sufficienti gratia non indiguisse primos parentes orare, contra Gelasium Papam asserentem, à tanto culmine felicitatis prolapsum, quia non oravit, ut accepta dona intemerata durarent. *Nec de conservandis, quae sumpserat, poscit auxilium,* ibidem. In quocumque statu, quantumvis perfectissimo, est essentialiter dependens à Deo, et suo auxilio indigens, propterea Adamus in Paradiso debuit à Deo auxilium, quo carebat implorare.

294.

Reponit Noisius. Illud vero ex Augustino certum est, neque fidem posse movere hominem ad petendum

divinum auxilium, ad hoc ut possit precepta implere, nisi Deus
infundat gratiam ad orandum. Id prius adnotaverat Jun-
senius, dicens: Non modo auxilium gratis non adest, sed ne-
que voluntas petendi vires ad implenda precepta, nisi Deus
inspiraverit gratiam postulandi... Unde non exigua quo-
rumdam hallucinatio est, qui putant semper adesse gra-
tiam, qua petant, Cap. 13. Hanc ultimam clausulam omisit
Noisius, in qua palam detegitur error. Quis vero dubita-
vit unquam, neminem habere gratiam ad orandum, nisi
eam conferat Auctor gratis? Quod quiritur est: num
Deus, urgente precepto, inspirat gratiam, qua saltem possit
homo precepto obstructus, petere ulteriorem gratiam, qua
preceptum adimpleatur? Huic quiritur respondet Noisius:
hominem, urgente precepto, habere ejusmodi gratiam, si
Deus eam inspirat. Quod quam frigidum sit, nemo non vi-
det. Nec obscurum est supponere Noisium, hominū ur-
gente precepto denegari interdum sufficientem gratiam ad
ejus observationem, et simul gratiam ad petendum, quod
nunc innuit illa conditionalis: quam habet, si Deus eam
inspirat, prout cum alibi aperte doceat: Licet quis
sit fidelis, non habet urgente precepto in singulis momen-
tibus prout divinum auxilium ad orandum.

295. Tandem ex Macedo scribit. Congruenter
dicere debent (Congruenter) neque sufficientia, neque efficacia
auxilia esse petenda à Deo, non sufficientia, quæ semper
adsunt, non efficacia, quia hæc sunt in potestate operantis,
et ab ejus consensu desumitur efficacia. Eæ non bene pe-
netrata Congruentiarum sententia ad decipiendos tyrones
aptissima hæc suboritur tuita. Breviter respondeo: dum
preceptum urget, semper adest auxilium sufficiens, quo pro-
ximè, vel remote possit executioni mandari; auxilia vero
efficacia non semper adsunt, nec sunt in hominis potestate;
quatenus non potest homo facere, ut vocetur auxilio proprio,
efficaci

efficaci: hoc unice pendet à divina voluntate, et misericordia,
 cuius vult miseretur. Attamen semel accepto, in hominis po-
 testate est illi cooperari, et illi consentire, et consequenter red-
 dere efficaciam auxiliū iam receptum: quomodo hoc stet, quin
 humana voluntas prestet gratiā efficaciam, susce tractavi-
 mus. Unum non partexo. Cum homo semper urgente pre-
 cepto nesciat, an Deus gratiam suę potestatis constitutivam
 pręvideat efficacem, hoc est, coniungendam cum observan-
 tia precepti; neque propterea alia peccata non sibi à Deo do-
 nari auxiliū, quod inefficax pręvidit; orare proculdubio
 debet, ne non infirat in tentationem, id exit, ne permittat
 labi in peccatum, ne conferat loco efficacis auxiliū, quod
 inefficax est pręvisum. Unde patet, quod humana volun-
 tas, quamvis posito auxiliō adiungit rectam ope-
 rationem, non prestat gratiā efficaciam
 absolute, quia non ponit auxiliū
 coniungendum cum illa.

Libera secundus
De victivis delectationis consecutionibus.

Caput I.
De clavi Janseniana

S. I.

Nonnulla permittuntur.

296. **C**UM ex dictis proximè, superioris controversia, no-
tum sit, delectationum relativè victivam à Jansenio pro-
pugnataam verbo tenus, ab Augustinensibus rejici, ne cum
Hæreticis sentire viderentur, qui de Catholico gloriantur
nomine, imò de Magni Patris Augustini præclarissimo doctri-
næ lacte; restat modo, consecutiones ipsas, quas Jansenius
damnabiliter tamquam pessimos fructus ex vitiosa radi-
ce collegit, atque in quinque famosis propositionibus conti-
nentur expendere; ut si forte minus discussa veritas in
antedictis innotuit; ex harum ulterioari examine clares-
cat, aut Augustinensium cum Novisio doctrinæ periculum,
aut sine periculo innoxia ab hæreticis distantia. Duo vero
permittenda sunt. Unum, consecutiones, de quibus agen-
dum, non modò fuisse damnatas, verum et radicem, unde
pullulant, id est, principium duarum delectationum, eadem
Ecclesiæ falce succisum, quod nec ipse Mag. Beati disfitetur.
Et quidem { verba illius sunt } ut agebat Romanus Censor
Cl. inreversibile est, Romanam Ecclesiam damnando hæ-
simum Jansenianam, hujus radicem non percisam, evulsam-
que, sed affixam adhuc, et ad eadem gemina emittenda
idoneam reliquisse. Alterum. Dumque illas ab Ecclesiâ toties
damnatas propositiones necessaria consecutione è principio
duarum delectationum à Jansenio deduci: imò in visceribus
delectationum

Disert.
Sc. 3 pag.
24

delectationum relative victuicium abs dubio contineri: neque ab illo, quod sciam, Theologo, vel ex refractariis ipse huic propositioni contradici. Do etiam, inquit Beati, ex eo Janseniano principio quinque prescriptas theses manare. In his propositis luce clarius patebit, haud facile extra prescriptionis aleam evasuros, qui verbis proximis Jansenianas theses eoque deprecantes, sensum ipsum, quem praeserunt, adoptant; manente illo systemate duarum delectationum relative victuicium.

297. Tertium advoco nunc, quem alibi pro se in medium adducit Beati, Parisiensem Theologum Honoratum Jouanelly in prolectionibus de gratia lib. 1 q. 3 pag. 313 sic disserentem. Sunt inter Recentiores Theologos nonnulli, qui Jansenio se longius recedere contentantur, quamquam vim, et efficaciam gratiae pariter cum ipso exponant per delectationem relative, seu per gradus victuicem. De communi principio consentiunt illi quidem, at non easdem inde conclusiones inferre videntur volunt: imo quas inde Jansenius deduxit quinque propositiones aperte damnant, et rejiciunt, Per me sit via, fatetur lubens Beatum, et Bellehium eas aperte damnare, et rejicere. Quid? Quod nec jurati discipuli Jansenii hoc facere accusaverunt, et quidem eo sensu quo ab ecclesia damnati sunt. Insuper cum Beato, et Bellelio dixerit, agnosceat se propositiones illas esse in libro Jansenii unde fuerunt extractae: postremo, se formulae Alexandri VII. synceae animo subscripsisse, quod identidem pronuntiant nuperi Augustiniani. Sic olim Romae Deputati, qui Jansenii causam egerat: sic auctor libri. In nomine Domini inter famosiores Jansenistas: sic legitur apud auctorem libelli. Traditiones Ecclesiae Romanae: sic apud auctorem scripti. Seconde Lettre à M. l' Archeveque de Cambrai pag. 102, et 112. Sic tandem contestati sunt Episcopi Gallicani in epistola ad Alexandrum VII data 2 Septemb. an. 1656, fraudem istam Jansenistarum

aperientes. Ut se, ajunt, damnationi subducant, celeberrimum B. Augustini nomen obtendant, repudiato etiam, si res eorum ferant, ipso Jansenio.

298.

Quæro nunc: nonne ista sufficiunt ab Jansenismi labe purganda, aut suspitione delenda? Minime. Hæc per se egregia sunt, et maxime laudanda, quamdiu nullo dicto, factore contraxio creantur; quod facere debent parlandati Magistræ, si velint syncera fide ab A catholicis discrepare; quousque tamen sic faciant, velint nolint non satis in tuto systema ab se totis laceatis structum relinquent. Nam cum sub speciosa illa proscæptione Jansenii integram erroris venenum retinetur; cum mutatis dumtaxat nonnullis Jansenii phrasibus idem plane doctrinæ sensus adstruitur; cum denique variis flexibus, et cavillis eo demum devenitur, ut lata via pandatur hæreticis sua cuique commenta impune sustinendi; quid aliud animo, mentique syncera dijudicandum occurrit, quam sublestæ fidei machina, aut systematis damnati cataphæa clata malitia? Absit, ut cum Jouanello loquar absit profecto, ut cujusquam Catholici fidem, candorem, ac probitatem hic incusem: verum sic intellexi semper, delectationem illam superiorem, ac relativam certum esse, ex quo quinque Jansenii propositiones, quasi totidem lineæ fluxu necessario derivantur; adeoque eo retento fundamento non aliud profecti posse à Janseniana doctrina discrimen, quam aliquotum dumtaxat verborum. Atque Cl. Jouanello.

299.

Vidit hoc Mag. Beati, qui cum antea sine rubore pronuntiasset ut Anonymo satisfaceret inquirenti. An Jansenianum de duabus delectationibus principium tueri liceat illi, qui hæreticas ejus consecutiones se rejicere profitetur? Abbitramur, inquit, ipsum Anonymum ceationem factum, adinveniri Theologos, qui existiment, defendi posse innocens postea in eodemmet parag. mutato consilio

Dicitur
sc. 3. num.
1. 2. et 3.

consilio, forte non sibi sufficere arbitratus doctrinam hanc, quam
 prius, nempe dissertatione 4 Cap. 1 n. 1 tradiderat per hęc verba.
 Ergo quod gratia efficax sita sit in delectatione victuici, quę gra-
 du robustioris charitatis, et bonę voluntatis ardore superet con-
 cupiscentiam; Orthodoxi, et nulla Janseniani erroris suspicio. ^{Hi sunt}
 ne laborantes, apertissime tradiderunt aliud sibi parat effu- ^{Noni sui s,}
 quum dicendo. Aliud est principium duarum delectationum, ut ^{et Macedo}
 defenditur ab Augustinianis Theologis, aliud vero ut statutum a
 Jansenistis. Verba sunt ista, expectemus pondus rationum. Per-
 git ad illas Inpropositionibus, aut, Jansenianis principium
 duarum delectationum, ut statutum in Jansenio, cum liberta-
 tis intentu, seu cum necessitate physica, et antecedente, pers-
 picue, et expresse damnatum est: at principium duarum delec-
 tationum prout in Schola nostra defenditur in hoc situm est,
 quod amor, et delectatio est pondus animi, adeo ut voluntas sem-
 per bono aliquo sibi proposito albiciatur, parciatque actionem
 liberam inspiratio quędam delectationis, aut carnalis dum pec-
 cat, aut celestis dum recte agit, aut naturalis dum officia exea-
 cet humana; sed hac inspiratione permessa operatur libera
 delectatione, ac potestate ad utrumlibet indifferente, quoniam
 et si amplectitur quod magis delectat, fugitque malum quod
 bono delectanti adversatur; dummodo tamen bonum istud non
 sit summum, et propositum absque indifferencia iudicii, uti-
 tur eligendo juxta liberamque potestatis, neque succumbit neces-
 sitate sub majori delectatione, nec indita potestate privatur sub
 delectatione minoru. Hoc autem systema est illud, quod in-
 novu defendi potest.

300 Verum fallit Mag. Beati, et insuper fallitur.
 Fallit quidem specioso titulo libertatis indifferencie, quam sub
 illa delectatione relative victuici invenire nemo poterit per so-
 lam iudicii indifferenciam, ut evicimus supra, et si addatur illa
 indita potestas voluntatis, dummodo ista pro suo motu, et fa-
 cultate eligere non valeat extremum oppositum delectationi;

quod nunquam à Beato conceditur. Ratio est, quia libertas
indifferentis à Catholicis omnibus adserta cum Angelico Doctore
est facultas voluntatis, et rationis ad utrumque extremum ex-
pedita; sed neque sub minori delectatione illa indita potestas vo-
luntatis à Beato tradita est facultas expedita ad bene agen-
dum, cum impedita omnino sit à concupiscentia fortiori, quam
nisi accedat delectatio victivæ tam nequit vincere voluntas,
quam oculus sine luce videre: neque sub victivæ gratiæ delecta-
tione est facultas ad peccandum expedita, cum voluntas physi-
cè impotens sit illi resistere, aut ab ea se expedire, ut sine illa,
vel sub illa male moraliter operetur: ergo nulla in se liberta-
tis indifferentia à Beato relinquitur, sub systemate allato, etsi
teneat voces. Minoris veritas est patens. Cum enim impedi-
mentum quod ab ipsa voluntate non oritur, aut pendet, ipsi
penitus sit inaccessibile, qui fieri poterit quod sub illo volunta-
tis facultas expedita dici valeat? Si autem robustior, aut cu-
piditas, aut gratia ita voluntatem suo ineluctabili pondere, ut
à Beato asseritur, ligat: proculdubio à voluntate ita ligari
non pendet, ut ab ipse procul subeat pondus ineluctabile.

308 Fallitur præterea, et quidem maxime: si tam
exiguo ut asserit discrimine, à Jansenio se distare, nec latum
quidem unquam existimet. Hoc ut demonstrarem, Jansenistas
ipso appello. Notum est hujus generis hominum cuiquam non
penitus jejuno, DD. Guazæ, et Nicolæ inter præcipuos factionis
perduelles annumerari. Sufficeret sane huic adserto celebris illa
quinque articulorum elaboratio pro defendenda causa Jansenii;
necnon concertationes publicæ hos inter et P. Texerium Jesui-
tam coram Episcopo Convennaxum habita. Igitur Collatione
4^a opponenti P. Texerio ex mente Jansenii, justos cum sola
delectatione inferiori nullam habere veram potentiam obse-
vandi mandata, quia delectationi superiori necessario cedit
voluntas: hæc illi duo defensores responderunt. (In doctrina
Jansenii, voluntatem quidem majori delectationi infallibiliter
cedere.)

cedere, sed neutiquam inde consequens esse, tolli dissentiendi potestatem: quia ut istam potentiam voluntas habeat, sufficit ut dum concupiscentiæ allicienti actu obsequitur, auxiliū habeat ex se sufficiens ad actum contrarium. Hoc poro verissimum esse in doctrina Jansenii / Cumque hoc ipsum, et nil amplius asserant a Beato, seu validum discrimen principium inter Jansenianum, et suum; de duabus delectationibus victivibus; constat aperte certissime falli; atque a sensu ratione non satis distare Systema Beati. Et ratio omnis dubitationis causa penitus auferatur; loquatur ipse Jansenius lib. 8 de gratia c. 20. Remanet, inquit, in voluntate perfectissima peccandi potestas, quæ non solum adest, inestque voluntati, quando gratiæ delectatione caret, sed etiam quando intima ejus suavitate efficaciter trahitur. Hoc ipsum ejus jurati discipuli. Antonius Analdus de gratia efficaci parte 2.ª ar. 5.º Omnis Charitas, vel exigua potestas est bonorum operum; et si quærat, utrum qui bonam voluntatem habet, possit non bene agere? Posse proculdubio, respondendum est; Paschasius Inuenel Epist. ad D. Decker De canum Ecclesiæ Mechliniensis pag. 99. hæc habet. Namque gratiæ illæ (utique inefficaces) veram conferunt voluntati ad bonum potentiam, tamen si debilem, et infirmam, non quidem defectu propriæ virtutis, sed excessu majoris cupiditatis. Unde patet, nihil Beatum conficere discriminis a refractariorum systemate per hæc præcisè: principium duarum delectationum in Systemate Augustiniano voluntatem non necessitat, eo quod sub gratia parva possit bene agere, sub victivæ potestatem inditam habeat non agendi bene; et jure liberarum potestatis non succumbat necessitati. Ea propterea aliquid aliud desideramus in Augustiniano istorum Systemate, ut Catholicum penitus omni suspitione serena censeatur.

Quod ut pateat sequens dabit observatio.

S. 2.

Traditua Janseniana clavis, quã sensus damnati
à rexis, catholicisque omnino seceruntur.

302 Qui famosam illam quinq̃ue articuloꝝ
à Jansenistis elaborationem non ignora verit, mirabitur for-
san, hominum fallacias, cavillos, sinuososque recessus adeo us-
que percrebuisse, ut animo ne quidem tantillum perturbato hęc
potuerint in omnium oculos adspicere. Artic. 1. De justis illis,
quibus illa magna non adest gratia, licet parva, et imperfecta
non desit, vere utrumque dici posse; et potuisse illos Dei manda-
ta servare, et non potuisse. Deum sine dubio Jansenius ipse,
nec aliter sentiens ut ejus discipuli pronuntiasset; cum tota
quanta hic traditua potentia pura pura impotentia sit, si
bene loquutiones istę succo denudentur, et aperiantur. Hujus
involuti causa est clavis Janseniana in hoc uno verbo poten-
tia, posse, potestas collocata, quę duplicem sensum admittit,
juxta quem jam uno modo conceditur, jam altero prout opus
est ad errorem sustinendum, mercedis abdicatur; quo fit, ut
verbo tenus damnatas rejiciant quinq̃ue Jansenii propositio-
nes, quas in re nec deservunt, nec rejiciunt, dum cum Eccle-
sia videntur damnare.

303 Ergo captiosus iste filius in hoc stat. Duplex
distingui debet ad bonum opus potentia. Una absoluta, ea sci-
licet, quę attenditur spectata in se natura gratię, et volunta-
te Dei antecedente, quę gratiam omnem confert, et ordinat
ad bonum opus operandum; tum quia ex se omnis gratia
ad bonum influit, tum etiam quia per voluntatem genera-
lem ad bonum efficiendum, est à Deo disposita, intenta, et
preparata. Diciturque absoluta contraposite ad relativam,
quę non prescindit à circumstantiis subjecti, in quo est, sed
illas circumscribens includit: qua ratione Deus voluntate
consequente illam ordinat, et disponit. Altera relativa, quę
attentiua

attenditur in subjecto, facta comparatione ad pravam concupiscentiam majorem, vel minorem, quam actu habet, diu in actum secundum operationis prodiæ necesse est. In hac distinctione, inquit. Souanellius, totius Janseniani systematis quasi medulla, et ultimè, velut fibra, reconduntur. Hæc secundissima radix fallaciarum, et equivocationum omnium, quibus Catholicorum argumenta declinari, ac Ecclesie censuris subducere se, verbis in speciem Catholicis, conati sunt. Idcirco ab hoc intimo recessu, velut hæresis rido, subducendi sunt, ut facies eorum qualis sit appareat, nec ultra Catholicos circumueniant.

304.

Itaque dum dicit Jansenius, et cum eo factio tota, per efficacem gratiam suam in delectatione relative victici non auferri potentiam non agendi, vel dissentiendi, aut nequiter operandi; hoc dicunt precise, quia remanet in voluntate potentia absoluta, non relativa ad hunc actum primum, constitutum gratia ipsa victici. Hoc secus, ac dum affirmant, sub gratia parua, et invalida, quam ipsi inefficacem vocant, necum in reprobis, obduratis, et exoccatis, sed etiam in iustis, adesse sufficientem potentiam bene operandi, et adimplendi præceptum; hoc unice intelligunt, quatenus gratia illa debilis præstat ex sua natura potentiam absolutam, et antecedentem ad actum bonum; nullatenus vero, quia potens sit rebellem concupiscentiam gradibus superiorum vincere, aut superare; atque adeo nullam relativam potentiam habet iustus, absente gratia victici ad vincendam tentationem, et adimplendum præceptum. Unde fit in uno sensu admitti à Jansenistis quinque damnatas propositiones, et in alio damnari. Dicunt enim, iustus volentibus, et curantibus secundum præsentem, quas habent, vires, aliqua Dei præcepta esse impossibilia relative, proximè, complete; deesse quoque illis gratiam victicem, qua fiunt relative possible. At verò nulla præcepta esse illis absolute impossibilia, neque deesse illis

gratiam, parvam scilicet, qua sic fiant possibilia. Similitera.
Gratiz interiori in statu naturae lapsae resisti, quoad effec-
tum ad quem tendit absolute, nunquam. verò quoad illum
quem causare valet, relative. Et sic discurrendo per ex-
texas.

305. Hanc suam absolutam potentiam, quae to-
tius Systematis arcantum est, multis aliis nominibus eodem
omnino significantibus juxta dialectum Jansenii, usua-
pant ejus sectarii: proculdubio ut incautos decipiant. Quod
quidem aperius non poteribo, ut sicubi tales voces invenian-
tur in libris authoris existimatione, et fide Catholici, non si-
ne cetero debito accipiantur. 1.° Potant eam potentiam, quae
nunquam exumpit in actum. 2.° Potentiam antecedentem,
quae praescindit a circumstantiis subjecti. 3.° Remotam, et in-
completam ex defectu virtutum. 4.° Quod parum differt; po-
tentiam, quae aliquo novo adiutorio indiget, ut in actum pro-
deat. 5.° Potentiam, quae voluntatem perficit in genere poten-
tiae. 6.° Potentiam in suo genere (nempe) completissimam, et
perfectissimam. 7.° Potentiam sensu Thomistico sufficientem. 8.°
Potentiam in actu primo, et in sensu diviso. 9.° Potentiam,
quam delectatio ex se ipsa confert. 10.° Quae in actum exiit,
nisi opposita cupiditas fortius obsisteret. 11.° Quae in se con-
tinet omnem vim activam operis efficiendi. 12.° Potentiam
ex se sufficientem, et a delectatione inseparabilem. Per oppo-
situm autem relativam potentiam dicunt nominibus con-
trariis, nimirum, victivam, proximam, conjunctam cum
actu, cui nihil deest, ut voluntas operetur, et sine restrictio-
ne sufficientem.

306. Ne quis à me pro libito hae statuta, vel
conficta existimet, referre ipsorum testimonia, in quibus aper-
te demonstrantur, non gravabor. D. Nicole Jansenista per
sonatus, notas quasdam ad Litteras Provinciales edidit sub no-
mine Wendrochii, atque sub alio Pauli Jansenii Disquisitiones
de gratia

de gratia; in quibus totus Jansenismu nucleum expressit. Hic Disq.
 2 art. 2 in hunc modum effatur. Non loquitur Jansenius in
prima propositione de impossibilitate absoluta. Omnibus enim
 locis fuerit mandatum quodlibet per gratiam efficacem im-
 plexi posse. Non negat omnem potentiam; nec habituales,
 quia loquitur de iustis, quos per gratiam habituales asserit po-
 se; nec actualem, quia loquitur de conantibus, qui per gratiam
 excitantem habent viros invalidas. Quam ergo potentiam
 negat? Audiamus ipsum optimum sui interpretem. Ad hanc,
 inquit, sanitatem voluntatis asequendam, gratiam invoca-
 mus, hoc ipso clavisime profitentes deesse nobis sufficientem
 ad illa precepta facienda potentiam. Non negat igitur po-
 tentiam simpliciter, sed negat sufficientem potentiam. Quid
 est autem sufficientis potentis Jansenio? Memineamus scilicet su-
pra notione; ea scilicet cui nihil deest ex parte Dei. Quam
 obrem, cum hoc loco dicit, mandata esse impossibilia sufficien-
 ter, idem est, ac si dicat. Non sunt possibilia ea potentate, cui
 nihil deest. Itemque cum negat potentiam illam esse com-
 pletam, non Thomistico sensu negat, de hoc enim ne cogitavit
 quidem; sed Moliniano tantum negat: quia deest ipsi gratia
 efficax. Quam obrem ut notione verbum intorquem magis
 etiam infigantur, iterum hic repero illa verba. Potentis suffi-
 ciens, completa, proxima, potentis cui nihil deest ex parte
 Dei; potentis complectens omnia necessaria ad agendum, idem
 omnino apud Jansenium significare. Idem repetit aliis in
 locis, audiatu tantum art. 5 ejusdem Disquisitionis sic pro-
 nuntians. Ridiculum mihi videtur Jansenio consilium
tribuere, ut grande volumen composuerit ad evadendam
potentiam quamdam in actu 4.º quæ nunquam in actum
prodeat.

Habemus igitur divisionem illam potentis, et eo-
 rum vocabula ex confessione ad res facturum. Habemus insu-
 per equivocationem detectam, qua dum videntur Jansenii

Col
quingue dogmata damnare illa nihilo secius retinent in sensu
suarum adfectionum; non aliter ac retinent in corde. Unde
deductiva necessario; neminem censeat debere à Jansenismo stat
liberum, et remotum, eo solum quod assecat, se sub quavis delecta-
tione relative victici fateri, et agnosceat potentiam absolutam,
remotam, et cui aliquid desit ex parte Dei, ad eluendum exte-
rius oppositum. Sed necesse est, ut fateatur, in homine jure 2.º
absente gratia efficaci ex sola gratia sufficiente dari potentiam
veram, propriam, et expeditam relative ad actualem ejus con-
cupiscentiam superandam. Quidquid vero potentia concedatur
impotens delectationem victicem infringere prout in voluntate
actualiter reperitur, et contra illius impetum delectationis, sive
bonæ, sive prævæ non valens assurgere; id omne plenissime Jan-
senite fatentur, sine præjudicio deserendi damnatos exco-
municati scripto, et corde suoque retinentes. Postremo ad omnem
Jansenismi suspicionem penitus ablegandam fatendum est,
absente victicis gratia delectatione vires esse in urgentia præcepti
relative sufficientes, et non tantummodo absolute ad illius de-
bitam adimplerionem. Quicumque alia adferantur ne-
quuntia sunt ad certis refractionum requiritiones vi-
tandas. Quod ut patens fiat, ad singulas Jansenii propo-
sitiones deveniamus.

308

In quæ omnibus tua Sic promoxe scho-
larum discutienda sunt. 1.º Quisnam illius sit sensus vere
damnatus, et obvius? 2.º Quisnam è contrario sensus catho-
licus, qui contra damnatum tenendus est? Et 3.º demum,
an systema delectationum relative victicum à Noxi-
sio, Bellelio, Beato, aliisque Recentibus adoptatum,
defensumque, utriusque sensuum
propius accedat, et quo jure?

Caput II.

De prima propositione Iansenii.

Aligua Dei precepta hominibus iustis volentibus, et
 conantibus secundum preces, quas habent, vix,
 sunt impossibilia, dicit quoque illis gratia,
 qua possibilia fiunt.

S. I.

Sensus certo damnatus.

307. **U**t nemo nescit, propositionis huius censuram,
 ab Innocentio Papa X latam, hanc esse; nimirum eam temera-
 riam, impiam, blasphemam, anathemate damnatam, et hereti-
 cam declarasse, et uti talem damnasse; ita pariter extra dubium
 est, Alexandrum Papam VII. data nova constitutione 16 Octo-
 bris anni Domini 1666 definitivi loquutum declarasse, has quinque
 ex libro Iansenii propositiones exceptas, in sensu ab eodem Ca-
 nelió intento fuisse damnatas: et uti tales iniusta scilicet singu-
 lis eadem nota, quæ ab Predecessore suo Innocentio unicumque
 illarum iniurata, iterum damnasse constitutione prædicta.
 Postquam vero suffraganei Iansenii huic Ecclesie subtrinitibus
 constructi, se iam nullo pacto propositiones Magistri posse im-
 pune defendere, conaperceat; ne aperto rebellionis signo discedere
 ab Ecclesia viderentur; ad distinctionem iuris, et facti velut ad
 tutissimum confugientes argulum, contra apertam rei evidentiam
 causati sunt, solum scilicet Calvinum sensum, quem ubique factio
 tota semper rejiceat, in quinque propositionibus damnatum
 fuisse, non Iansenianum. Ea propterea ad instantiam Episcopo-
 rum Gallie, idem S. Alexander novam edidit Constitutio-
 nem anno 1668 cum formula iuramenti ab omnibus omni-
 no Clericis Galliarum subscribenda, qua iuraret omnes

off
teneantur ad Spiceo animo damnandas, et rejiciendas dictas
quinque propositiones Jansenii in sensu ab eodem Auctore intento,
et pariter illas per dictas Constitutiones Sedes Apostolica damnavit.

310
En quibus descendit primum, quod colligere debemus: scilicet quinque proscriptas Jansenii adsertiones, necum in sensu Calvinii, sed insuper in alio a Jansenio intento fuisse damnatas. Cujus ratio est manifesta. Ad obediendum Apostolicis Sedis Constitutionibus laudatis non sufficit rejicere, et damnare Jansenianas quinque adsertiones in sensu Calvinii, ut rejiciantur, et damnentur pariter in sensu intento a Janseniano: alioquin nusquam necessaria fuisset nova Alexandri Constitutio ad effugia, ut inquit Pontifex, precludenda, omnesque demovenda, obtentus, et pestifera; hujus contagionis reliquias extirpandas; cum ante hanc omnis aestuatum natio eas in Calviniano sensu ambabus manibus damnaret, atque rejiceret. Ergo in alio sensu prater quam Calvinii debent damnari. Atqui iste necessario debet esse, admitti, judicari, et teneri sensus a Jansenio intentus. Ergo ad Jansenii sensum damnatum in praedictis asserionibus pertinet aliquid a Calviniano distinctum; vel quod idem est, asseriones Jansenii damnatas sunt in sensu aliquid addente super Calvinianum. Propter hanc censuram ego, ab scopo damnationis non parum aberrare, qui Janseniani erroris characterem inscriberent per primum Calvinii sensum a Tridentino damnatum.

311
Secundum, quod ex primo descendit, nisi fallar, hoc est. Sensum in Jansenio damnatum non nisi diminute a R. Beati assignari. At exgo Cap. 1.° dissert. 1.ª pag. 18 Sensus primae Jansenianae propositionis est, induclam fuisse peccato Ad peccandi necessitatem, et contra dari gratia Saluatoris necessitatem bene operandi; ac proinde eos, qui tali gratia necessario, ac delectatione invencibili nondum attracti non bene operantur, id nullatenus posse, sed in peccatum fatali necessitate dilabi. Adde, Jansenium quoniam solam gratiam

gratiam efficacem, et conjunctam cum actu admisit, ad erro-
 rem suum confidendum inexpressibili temeritate adulterasse
 ea verba Augustini & Narvae, et gratia, Deus impossibilia non
jubet Deo, ita enim Jansenius lib. 3 de grat. Christi Cap. 13 pag.
 clarissimam hanc Augustini, et Synodi Oecumenici senten-
 tiam, et adjurat, ut possis, inter peccatus est: et si exaudiat,
adjurat ut possis. Sicci ne perdoctus Magister miscens vera
 falsis, et adia phora necessarios, ut reor, ne in illis deficiens
 appareat, inavult abundare superfluis. Sed propter misso facino-
 re Jansenii in Augustini, imo Ecclesie, verbis adulterandis,
 quod ad rem non facit; totus est in Janseniano errore sensus,
 putus Calvinii, quod ut quisque a Beato designatus.
 Ego diminuit satis. Rem eritico.

312. Tres sunt in Beato sensus erroris partes. Quod
 inducta doceatur peccandi necessitas ex Actu peccato, quod
 e contra gratia Salvatoris necessitatem inducat bene ope-
 randi: et quod Jansenius solum admittat gratiam conjunc-
 tam cum actu. Proter hoc nil nisi verborum, de quibus su-
 pra, adulterationem. Nunc rogo Theologos omnes an illa
 tria capita erroris doceantur a Calvino? Quod si vel mi-
 nimum quidem a Calvino non essentur, vultus manus
 de. Peccam, si non ita ab ipso Beato ad certum dederim?
 Hec sunt Beatiniana verba disert. A. Cap. 10 p. 35 n. 5.
 Hinc apparet haresim Jansenianam in iis propositis, quae
 ad gratiam, et libertatem attinent, a Calviniana parum,
 aut nihil differre, quod et ego probe, ni fallor, intelligens
 utramque simul refutandam esse duxi. Fallitua procul
 dubio, verum de hoc postea; inteam vero ut promissis
 Item, rursus adroco Beatum ajentem sic pagina sex
 quenti num. 7 Jansenianae itaque propositiones ob sensum
 quem continent, Calvinii libertatem indifferentis negan-
 tes, et necessitatem arbitrii ad bonum, aut malum per-
 petuandum invincibili pondere inclinati adstantis;

111
etiam antequam damnarentur ab Apostolica Sede, rejecte
fuerunt: eundemque sensum Apostolica Sede confixit.
En optimè Lector ab eze ipsius eandem confessionem; eun-
dem sensum, hoc est, primum Calvinianum in proposi-
tionibus Jansenii Apostolica Sede confixit; ut videas,
quam merito dixerim, Beatum dinnuntè quidem in
assignando Janseniano sensu damnato processisse. Ast
huic adveato libentissimè assentient Jansenianù, Beatoque
gratias agent, quod ipsos tueatur agentes, nùl aliud in
Jansenio à Sede Apostolica damnari, præter sensum Cal-
vini, quem vel ipsemet Spaensis rejicere non dubita-
vit toto Cap. 15 lib. 3 de gratia Christi.

313

3^o. descendit ex præjactis, sensum legitimum
in 1^a damnatum assertionè, non esse. 1^o. Ut vult Calvinus,
Justis omnibus, et quidem volentibus, et conantibus secun-
dum præsentès, quas habent, vias, omnia esse impossibilia
mandata. En primum discrimen à Calvinò, quòd Jan-
senius loquitur de aliquibus præceptis. En secundum quòd
Jansenius non loquitur de Justis omnibus in quibusvis
circumstantiis sunt, ut Calvinus; sed de Justis solum,
qui volunt; et conantur secundum præsentès, quas ha-
bent, vias. Nec esse 2^o Aliqua Dei mandata Justis
esse impossibilia impotentia, vel absoluta, vel anteceden-
te, vel immutabili. Hæc tria demonstranda secun-
do. Impotentiam absolutam aperte rejicit Jansenius
in Justis volentibus, et conantibus implere præcepta.
Legatur lib. 3 de grat. Cap. 13 à pag. 135 ad 140. tum
quia docet mandata Dei esse possibilia pluribus modis.
Remotissimè per solam liberi arbitrii flexibilitatem ad
bonum, et malum. Paulo propinquius per fidem quam-
vis dilectione Dei, et actuali ipsius adiutorio caueamus,
multo propinquius per Charitatem, per quam homo
justificatur, qui tres modi in Justo nonnulli vias
victories

videlicet Sabente planè excludunt absolutam impotentiam. Eum patet. Quia lib. 8 pag. 368 Dissertis verbis ait. Inem- admodum, qui sub gratia ad bonum opus determinante operatur, simul etiam peccare potest, ita quoque è contrarium, qui illa gratia destitutus, sive fidelis, sive infidelis, et peccandi tentationibus quatur, potest benè facere. Quid est, potest benè facere, si absolute non potest? Unde DD. DuSalane, et Girard in collatione cum P. Fexaria ex mente Jansenii respondentes dixerunt. Motio concupiscentis fortioris efficientiam grati excitantis non minuit, nec impedit, quominus hęc sufficientissimam ex se, hoc est absolute, voluntati ad benè agendum potentiam conferat.

314 Jam neque impotentia antecedente ad superio-
rem concupiscentis gradum, ait Jansenius, precepta esse jus-
tis impossibilia: imò tota impossibilitas observantis pre-
cepti in Justo exitura juxta Sprensem ex fortiori remittentia
cupiditatis: quod sine evidentis repugnantia negari non po-
test. At namque cap. 13 supra citato pag. 139 Nec illa
implendi talia precepta difficultas inde proficiscitur, quod
actus implendi debeat esse supernaturalis, vel meritivus,
vel quid simile? Vides ne voluntatem ad ista facillime ins-
tructam? A quonam ergo impotentia provenit? Subdit per
hęc verba. Sed ex eo, quod vires voluntatis infirmę sunt
propter concupiscentiam à volendo bono retrahentem.
Quid clarius? Hoc igitur expressit Paulus Irenęus Disquis.
2.ª art. 2 dicens. Non loquitur Jansenius de impossibili-
te absoluta; nec de impossibilitate involuntaria, hanc
enim solum antecedentem existimant. Tandem nec lo-
quitur in propositione damnata de immutabili impoten-
tia, ut non semel indignat Fr. Berti, at immerito. Aliud
quippe est, Jansenium sepius asserere ad veram libertatem
non esse requisitam indifferentiam ad bonum, et malum
faciendum; quod ita dogmatizasse non nego. Aliud longè

Volens est, iustus volentibus, et conantibus secundum presentes
 vires in absentia gratiæ victivæ esse impotentia immuta-
 bili impossibilia præcepta, quod est falsum. Nam impoten-
 tia horum iustorum similis non est apud Jansenium im-
 potentia immobili beatorum ad malum, et damnatorum
 ad bonum, qualis profectò esse deberet. Sum quia delecta-
 tio victivæ, quantumvis superior non omnem excludit
 juxta Jansenium oppositam cupiditatem; sed solum illius
 vires enervat. Sum etiam, quia in absentia gratiæ victi-
 væ agnoscit evidentem parvas illas gratias, qua iustus
 vult, et conatur, præcepta adimplere: ergo non immobili-
 ter est impotens. Et ecce tres alios discrimines gradus Jan-
 seniani sensus ab errore Calvinii.

315. Ex hucusque prælibatis facile deducitur cer-
 tus, germanus, et obvius sensus à Jansenio intentus huius
 primæ damnatæ propositionis. Is ille est, quod nempe in ali-
 quibus iustis urgente præcepto ea dumtaxat gratia Divina sit,
 quæ comparatè ad actualem in ipsis concupiscentiam velle,
 et conari voluntas eorum possit, non tamen possit ex virium
 defectu ea præcepta observare ullo modo, neque immediatè
 observantiam exhibendo, neque removendo infirmitatem,
 quam habent; quoniam ad presentiam rebellis concupis-
 centiæ gratiam victivæ non habent, necessariam utique
 ad id omne præstandum. Hanc in primis esse mentem Jan-
 senii patet ex ipso Cap. 13 lib. 3 de gratia Christi ubi pag. 135
 ait: Ex hac indubitata doctrina patet, quidam non par-
 vi momenti ad hanc rem spectantia infari, et clarescere.

1^{um}. quidam esse quosdam hominum præcepta,
 secundum statum, et vires, in quibus constitutus est, impossi-
 bilia.

2^{um}. Non adesse gratiam semper, qua possumus,
 hoc est, qua illa eadem præcepta implere, sufficiamus.

3^{um}. Sane impotentiam reperiri non solum
 in

in exercitiis, et obduracy, et infidelibus, ... sed etiam in fidelibus, et iustis.

Quum hanc impossibilitatem fidelibus accidere, non tantum quando nolunt precepta facere, sed etiam quando volunt. Pag. 136 exemplum apponens in casu D. Petri mentem omnino suam pandit, dicens: Hinc ergo fit, ut non semel de S. Petro, dicat Augustinus, etiam volente, cum Christum negaret, invalidas, infirmasque fuisse vires ejus: imo non potuisse mortem ferre pro Christo, quamvis hoc, et vellet, et se posse judicaret: voluntas enim ejus, hoc est, vis volendi divinitus ei data adhuc parva erat, quam oportebat esse maximam, ne mortis oblatæ terrore frangeretur. Hinc ergo fit iterum, ut subinde doceat Augustinus, quaedam cupiditatum tentationes aliquorum hominum vires superare, ut eas vincere non possint. En ubi Jansenius sentit, impossibilitatem, de qua dicitur in fit propositio damnata, esse impotentiam relativam, qua voluntas iusti volentis, et conantis, eo quod ob vitium defectum adversam cupiditatem superare nequit, impar est observandis preceptis.

Pagina sequenti avasum id aperit, dicendo. Has autem vires ad faciendum, quod precipitur, homo etiam fidelis, et iustus non semper habet integras, sed ex ipsa tentatione divisas. Concupiscentiis enim carnalibus, pravisque consuetudinibus vulneratus, etiamque motibus distractus, bonum quod vult, non facit, atque integre vult, sed ut Augustini voce loquar, semisanciam hanc, atque illam vult, jactatque voluntatem, prave assuagente cum alia parte cadente luctantem. In quibus videtur licet, Janse-nium, prave gratiam victricem, aliam gratiam concedere gratiam pravam, et invalidam, quæ vires integras voluntati non prebet, ob remnantem ex adverso concupiscentiam, atque adeo gratiam, qua precepta fiant possibili- lia, efficacem esse debere comparate ad pravas circumstantes

concupiscentiæ tentationes. Unde pag. immediata, scilicet 138
hec inculcat, dicens. Hanc [gratiam victtricem] intuebatur
[Augustinus] in libro de gratia, et libero arbitrio, quando illam
voluntatis infirmitatem, qua fit, ut quidquid suis viribus
conetur homo, non tamen possit adversantes bonæ voluntati
suz cupiditates superare, donec gratia Dei [attende] majorem
vim, auctoremque volendi aspiraverit, tam diserte explicat;
et concludit jaciens formalissimè damnatam assertionem hoc
modo. Hec igitur omnia plenissimè, planissimeque demon-
strant, nihil esse in S. Augustini doctrina certius, ac funda-
tius, quam esse præcepta quædam, quæ hominibus, non tantum
infidelibus, excecatis, obduatis, sed fidelibus quoque, et Jus-
tis volentibus, conantibus secundum præsentem, quas habent,
vires, sunt impossibilia, deesse quoque gratiam, qua fiant
possibilia.

Habes, lector optime, textum ipsum Jansenii,
locumque indicatum, ubi cubat damnata thesis, et unde
fidelissimè ut damnaretur, fuit excerpta. Habes in super
contextum in teoam unde sensus obvius, et germanus
emittitur. Nèc dubitæ fas erit, mentem authoris in adser-
tione damnata aliam fuisse, quam hucusque expositam.
Unde eorum hujus Sectarii propius in eo præcisè situs est,
quod Justis aliquibus, non omnibus, sola parva gratia
instructis, quam ab efficaciter victrici distinctam agnoscit
Ipse, detinet veram, et expeditam relative facultatem
vincendæ actualis oppositæ delectationis, ac proinde aliquorum
præceptorum obedientiæ, relativam possibilitatem. Quam
ipsum ex ætate characterem discipuli Jansenio affirma-
runt in scripto. tamen columnarum agentes, Justis hu-
jusmodi impossibilia duntaxat esse præcepta, proximè, im-
mediate, completè, seu ea impotentia, quæ non habet quid-
quid requiritur ad actum ponendum propter absentiam
gratiæ efficaciæ. Quibus serentis, non aliam quam relativam
impotentiam

impotentiam agnosceat produnt, cum hanc totidem, ut supra vidimus nomenclaturæ velint insignitam.

Accedit quod huic unum Sanfeniano errorum evidentiissime conveniant notæ omnes Apostolicæ Censuræ in Constitutione Innocentii X latæ. Nam cum doceat Dei præcepta esse iustis in veritate impossibilia oppositua immediate, tum definitioni fidei tradidit à Tridentino Ses. 6 de Justificat. Can. 18 agente. Si quis dixerit, Dei præcepta hominibus etiam iustificato, et sub gratia constituto esse ad observandum impossibilia; anathema sit: qua propterea abs dubio 1.ª Sanfenii ad seatio est hæretica, et anathemate damnata: tum declarationi ejusdem Concilii in Cap. 11 ejusdem sessionis, ubi declaratur ea doctrina temeraria, et sub anathemate prohibita. Nemo, inquit, temeraria illa, et à Patribus sub anathemate prohibita voce uti debet, Dei præcepta hominibus iustificato ad observandum esse impossibilia. Igittur merito tanquam temeraria proscibitua, et anathemate damnata ab Innocentio. Quod autem impia, et blasphema sit, patet non minus, tum ex illa clausula; deest quoque illis gratia, quæ possibilis fiat: quæ in Deum reducit tanquam in causam unicam transgressionem præcepti, cum à solo Deo proveniat defectus viarum ad obedientiam requisitarum; quod sine ingenti blasphemia requirit professari. Tum ex ante positis verbis, nimirum, iustis volentibus, et conantibus secundum præsentia, quæ habent vias, quid nisi impie de Deo sentitur, non hominem adjuvare ad animæ ipsius excidium evitandum, dum tantillum quod ex viis præsentibus habet non roborat sufficienter, ipsomet conante quantum potest. Me hæc! Observantia mandatorum nihil melius potuit odiose depingi, et impervia hominibus adjudicari.

Impia ergo quam maxime patet damnata Thesis.

S. L. ?

Sensus Catholicus
errorum primæ propositionis adversans.

Secundum, quod propositum demonstrare circa primam propositionem damnatæ sensum, fuit; quoniam ex adverso tenendus tanquam certo Catholicus ad eum animo rejiciendum Jansenianum errorem? Cui proposito ut ex integro satisfaciam, meminero, quæro, mentis Jansenii in antecessum expositæ, et contra illam immediate conclusio sit. Sensus certo Catholicus est, Iustos illos conantes, et volentes implere præcepta Dei, absente gratia victuice, secundum præsentem, quas habent, vires, tum a gratia habituali justificante, tum ab actuali auxiliante excitante, et adjuvante, venissime non inferiores, et inæquales vires habere, quibus possunt vincere reluctantem concupiscentiam, et observare mandata. Probatur assensio. Ille sensus tanquam Catholicus certo tenendus contra Jansenianum errorem, qui ab Ecclesia, et SS. Patribus docetur dum præfatum damnant errorem; sed huiusmodi est, quem statuo: ergo tanquam certo Catholicus contra dictum errorem tenendus. Minor ad quam revocatur difficultas ostenditur. Quid doceat Ecclesia, quid SS. Patres contra errorem Jansenii? Ostendit locus supra laudatus Tridentinum Cap. IV agentis: Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet, et facere quod possis, et petere quod non possis, et adjuvat ut possis. Sed hoc verum esse non poterit, quin retineatur sensus appositus. Rem demonstratio. Si non teneatur, Iustum urgente præcepto sine gratia victuice vires habere proculdubio non impares resistendo, et superando adversam cupiditatem, ita ut impleat in eis circumstantiis præceptum; neque poterit facere, quod jubet Deus, neque à Deo tunc adjuvatus ut possit. Patet. Nam qui vires non habet à Deo præstitas, ut vincere huc, et nunc possit, et superare impedientem concupiscentiam, nequit implere

implexe mandatum, quod jubet Deus ex defectu virtutum; neque
adjuratus à Deo, ita ut possit vincere auferendo impedimen-
tum. Ergo relative ad concupiscentiam ex adverso pugnantem
virtus habet iustus non imparis, neque inequales, ut illam supe-
rare possit, et hac victa, observare præceptum Divinum, etiam
absente gratia victici.

Orgetur aliter. Dum Ecclesia damnat errorem
Jansenii tanquam temerarium, et impium, damnat sensum
oppositum doctores SS. PP. præcipue Augustinum, et Thomam. Ergo
ille sensus tanquam Catholicus certo tenendus est, quem SS.
PP. Augustinus, et Thomas docent contra sensum Jansenii.
Sed hic teneri nequit, nisi teneatur à nobis expositus: ergo
iste est certo Catholicus tenendus. Probatur subsumpta. Con-
tra 1^{am} Jansenii propositionem docent Augustinus, et Thomas,
iustum semper urgente præcepto habere virtus non inequales,
neque imparis relative ad concupiscentiam reluctantem, et
non tantum absolute sufficientes. Patet ex D. Thoma 3 p. q. 62
art. 6 ad 3 Minima, inquit, gratia potest resistere cuiuslibet con-
cupiscentiæ, et mereri vitam æternam. Ergo iustus sine gratia
victice, cum gratia vero quam actu habet, gaudet virtutibus non
imparibus relative ad oppositam concupiscentiam ad illam su-
perandam, et implendum præceptum. Idem repetit Angelicus
Q. quæst. 70 art. 4 in corpore per hæc verba. Minima gratia po-
test resistere cuiuslibet concupiscentiæ, et vitare omne peccatum
mortale, quod committitur in transgressione mandatorum
legis: minima enim Charitas plus diligit Deum, quam cu-
piditas milia aurum, et argenti. Obi ut vides loquitur absen-
te gratia victici. Consonat Augustinus in Enchiridii Cap.
118. Si autem, inquit, respexerit Deus, ut ad implenda, quæ
mandat ipse adjurare cædat, et agi homo ceperit Dei
spiritu, concupiscentia adversus carnem fortioræ voluet Cha-
ritatis. In quibus tria docet ad rem notam, 1^m Deum adju-
vare ut possit iustus mandata implere, 2^m se loqui de incipiente

conari, et velle. 3^{um} Iustum ita conantem vires non impares,
sed robustiores habeat relative ad concupiscentiam oppositam.
Quod adhuc clarius expressit alius in locis præsertim lib. I de
peccatorum meritis cap. 39 num. 69 dicens de baptizato. Si
post baptismum vixerit, atque ad ætatem capacem præceptis
pervenire potuerit, ibi habet cum qua (concupiscentia) pugnet;
eamque adiuvante Deo superet, si non in vacuum gratiam
eius suscepit.

Accedit ratio theologica ad evincendum hunc,
et non alium sensum esse tenendum. Namque ille sensus præcul-
dubio catholicè tenendus est in hac re, qui immediatè, et ex
diametrico adversetur sensui intento à Jansenio. Sed huic
unicè immediatè adversatur asserere, Iustos illos qui urgen-
te præcepto gratia carent victiçe, conantes, et volentes illud
adimplere, habere vires non impares, neque inefficaces rela-
tive ad actualem in ipsis concupiscentiam: ergo iste sensus
catholicè tenendus est in hac re. Major ex eo patet, quod oppo-
situm eadem est ratio; neque aliter poterit quisquam discea-
ri satis à Jansenistarum fide, nisi damnando illorum ma-
le sana commenta in sensu intento à Jansenio; quod ut præ-
tet ex animo sensum immediatè oppositum adaptare sibi ne-
cesse est. Minor est evidens ex ante dictis; que ut clarius de-
monstratur, sic pergo. Duo sunt, in quibus erravit Jansenius
in 1^a propositione. Primum. Iustis volentibus, et conantibus
secundùm præsentem vires esse relative impossibilia præcepta.
Aliud. Ipiis deesse gratiam, qua relative possibilia fiant. Con-
stat hoc ex sensu tradito tanquam proprio, et germano
Jansenii. Ergo asserere, Iustis omnibus præcepta esse relative
ad actualem in ipsis concupiscentiam possibilia; adeoque
semper gratiam qua fiant possibilia relative; est quod im-
mediatè oppositum eorum Jansenii. Est certum. At qui hoc,
et non aliud requirit conclusio tradita. Ergo certissimè
tenenda.

Neumtamen aliqua complananda sunt; quæ
 in adversum movere possunt. Igitur oppones. 1.º Si Iustus uagente
 precepto in absentia gratiæ victuicis vias habet relative non impa-
 res vincendo contrariam concupiscentiam, proculdubio non eget
 uberiori auxilio ut valeat adimplere preceptum. Hoc perquam fal-
 sum est: ex eo id undè deducitur. Minor probatur. Nam ad
 quid deserviret oratio illa Ecclesiæ, qua petita auxilium à Deo
 ut sua valeamus implere precepta? Si Iusti petentes nullo tali
 indigent auxilio? Et quid etiam postulat Ecclesiæ ut in nobis Deus
 adaugeat fidem, spem, et Charitatem? Et tandem nemo Iustus
 tenetura à Deo uberiozem gratiam petere ad mandatorum ad-
 impletionem; cum ut ait Augustinus: quid stultius quam orare
ut facias, quod in potestate habes? Patet hęc. Si minima gratia
 potest resistere cuilibet concupiscentiæ, etiam intensiori, ad quid
 specialis illa Divinæ protectionis cura, quam Iusti in tentationi-
 bus à Deo suppliciter exorant, ut victores eradant? Quidni nec
 ipsi tenebuntura orare, ne nos inducas in tentationem; cum ceatò
 sciant, se à Deo sufficientes omnino vias habere prestitas, ne
 succumbant.

Respond. 1. ad Minoris falsæ multiplicis probatio-
 nes. Merito Ecclesiæ petere, Iustorum nomine, gratiam, qua va-
 leant implere precepta, quia gratia ista sufficiens donum Dei
 est. Nult autem Deus, ait D. Bernardus Homil. 3 Super
Misus est, à se requiri quod pollicetur. Sum quia dependenter
 à nostris precibus nult illam laxari: tum quia tanta est
 in hac militia hominis tentationum frequentia, tanta peri-
 cula, atque inimicorum insidiæ tante, ut nisi Iusti animus
 ad Deum supplici oratione jugiter se convertat; breviter, eo
 iustitia quam accepit, se non dubitet excusum. Unde fit,
 Iustum teneari petere uberiozem gratiam, ne quam possidet
 in hoc instanti, amittat in sequenti. Et sciam, primo, et prin-
 cipaliter teneari, quia sic iurat Charlus D. dicens: Sic orabitur.
Patet notet etc item. Vigilate, et orate. Item. Sine intermissione

orare: prudenter orat Justus semper, tum ut à Deo impetret
majores vires, etsi non simpliciter necessarias; nunquam ce-
te superfluas, sed utiles ad meritum. Tum quia via quisquam
certo cognoscere sufficit, an vires habeat quibus immediate, et
sine precibus, an mediantibus illis possit implere preceptum?
Eo quo patet, Augustini dictum extra rem adduci; nam neque
petimus quod in nostra cognoscimus certo potestate; neque in
nostra potestate certo cognoscimus postmodum exitivum.
Postquam quod ibi loquitur S. D. de operibus sine gratia con-
tra Pelagium, contra quem valet ineluctabiliter ratio S. Doctoris:
quid namque stultius quam à Deo petere, quod ex se se homo fa-
cere potest? Id evinco ex iisdem aliis loco relatis. An, inquit,
ita iuris est, cum id à Deo petitur, quod scitur ipso
non donare, sed ipso non donante esse in hominis potestate? Ita
que patet solutio ad 2.^m specialis enim illa Justorum protectio
à Deo toties conclamata non consistit; ut absurdissime putat
Jansenius in majori virtute graduali Divinæ gratiæ, veluti
in proportione majoris inequalitatis, qua agens sibi subjiciat
passum, et major vi vincat minorem. Absit statuta dolosa;
sed in mixtis illis, ac variis modis inefabilibus, quibus Deus
operatur in cordibus hominum voluntates bonas, et perfectas.
Itaque hoc postulant merito Justis, nè cadant in tentationes.

Responderi potest 2.^o et quidem facillime, dis-
tinguendo majorem. Justus non eget uberiori auxilio neces-
sario simpliciter ut valeat adimplere preceptum, Concedo: non
necessario simpliciter, sed conducentissimo ut majori meri-
to valeat etc nego; et evanescunt absurda. Itaque cum ob-
servatio precepti ponenda est, nunquam caret Justus gra-
tia relative sufficienti, et simpliciter necessaria ad vincendam
oppositam cupiditatem; nunquam enim defecit Deus, nisi pene
defecit. Verumtamen non ideo otiosa redditur ulterius
gratiæ petitio, nedum ad reliquas firmandas subsequentes
operationes; sed hanc ipsam majori intensiore, conatu, et
favore

Lib. de dono
per peccan-
tiæ Cap. 2.^o

favore petendam. Unde cum plura sint difficilia observata precepta etiam iustus volentibus, et conantibus, adest utique obligatio petendi juxta quod à Tridentino Cap. 6^o sess. 6^a edocemur. Et ipso, inquit, quo firmissime creditur, Deum iustum, et Bonum impossibilia non potuisse precipere, hinc admonemur, et in facilibus quid agamus, et in difficilibus quid petamus. Quasi dicatur, etiam si nobis constet nihil esse parte Dei nobis desertivum, cum plerumque difficilia sint, quæ jubentur, petere, et clamare opus est, ut ille clamabat, qui dicebat, adjuva nos Deus salutaris noster.

Objebis. Potentia illa relativa, quam agnoscimus in gratia sufficiente catholica ad debellandam contrariam cupiditatem, vel inutilis est, et otiosa; vel eo tenet ut gratia sufficiens Molinistica stabilietur. Nam vel illa potentia sola nunquam exumpit in actum, vel aliquando sine novo Dei auxilio in actum exumpit? Si primum? Otiosa profecto, imò inutilis censenda est. Si secundum? Cuius ex solo nutu voluntatis pendet, quod iustus cum illa bene operetur; quæ pura pura doctrina Jesuitarum est. Neque paradoxum, et illationem. Duo quippe sunt valde distincta, quæ confundit objiciens. Aliud est dogma fidei, aliud explicatio dogmatis. 1^o et quod hic quaeritur, est dari veram potentiam relativam implendi mandata. Hoc unice modo sustinemus. Alterum est, qua ratione illa potentia in actum prodeat? Quod multipliciter juxta varias Scholarum sententias explicatur: nec unice pendet à Jesuitarum systemate. Quare consulto objectionem præcedentem non cuarere disolvere, juxta systema Scholæ Jesuiticæ, cum facillime, et evidenter omnino possem; in ea enim cum observatio precepti novum beneficium sit, moralitæque distinctum à collatione gratiæ; semper iustus tenetur orare, et prudenter orat Ecclesia pro beneficio altero à Deo consequendo; quamvis non orat pro adipiscenda nova gratia. Verum hoc omisso, alia via responsum

dedi, ut potentiam in iusto relativam bono in lumine collo-
cavem.

Oppones 2^o. Verba supra laudata Tridentini Cap.
11. sess. 6. Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet, et fa-
cere quod possis, et petere quod non possis. Ergo aliquando contin-
get iustum non posse observare mandatum, deesse quoque illi
gratiam, qua possit; alioquin non teneretur petere quod non potest.

Lib. 1 ad sim-
plicianum
q. 2 n. 21

Petere Augustinus docet, aliquando iustorum orationes adeo
tepidas, vel nullas esse, ut nil obtineant. Nonne, inquit, aliquando
ipsa oratio nostra sic tepida est, vel potius frigida, et perie nulla,
imò omnino interadum ita nulla, ut neque hoc in nobis cum
dolore advertamus? Quia si vel hoc dolemus, jam oramus. Er-
go adhuc orante iusto deest illi aliquando gratia, qua possit
relative implere preceptum; et si absolute potens sit.

Respondes incipiendo ab hoc ultimo, negando
consequentiam male illatam. Nam quod iustus frigide orat,
imò non orat, cum possit; nequaquam probat, eum non posse
vera potentia relativa implere preceptum; sed nolle uti potentia
quam habet, orando scilicet ut decet: quia si ut potest, recte uteretur
a Deo obtineret subinde gratiam adimplentionis precepti.
Ad Tridentinum verba, ex quibus bene deducitur, Deum monere
nos, petere quod non possumus; perperam vero, iustum quando-
que non posse relative preceptum implere: nam si petendo possumus,
certè utique possumus. Unde optimè dixit D. Thomas:
Certe possumus, quod possumus pro amicis. Respondes dete-
gendo equivocationem consequentis. Aliquando contingit ius-
tum non posse omnino relative observare mandatum, deesse quo-
que illi gratiam, qua omnino relative possit; nego: et hoc est,
quod nunquam evincunt adversarii. Non posse relative proxi-
mè observare mandatum, deesse quoque gratiam qua possit relative
proximè; concedo illationem nobis non adversantem; imò
id unum est, quod probant verba sacra Tridentini, Potest ut
quis dicatur realisimè, posse observare mandatum; satis est, quod
possit

possit vera potentia relativa, hoc est, relative ad circumstantias, in quibus hinc, et nunc viget obligatio; ad hoc autem satis est, quod vires habeat relative non impares superando vim oppositam concupiscentiz, vel immediate eliciendo actum preceptum, vel orando Deum ut det illi victoriam, qua preceptum observeat. In Systemate vero delectationis relative victorie, cum vigente hac in gradu superioris, gratia relative inferior vires omnino impares habeat, neque immediate poterit iustus ex viam defectu observare mandatum; neque a Deo orando obtinere victoriam concupiscentiz superioris; unde mediate poterit sit relative preceptum implere. Ipsa namque superior cupiditas mali, quz vincit gratiam parvam, eam absque privatis effectibus, tum ut bene voluntas agat cum illa, tum ut cum illa Deum orat.

Sed instabis. Non posse observare preceptum immediate, et proxime idem est, ac non posse illud observare potentia cum actu conjuncta. Rursus. Iustum quandoque posse tantum orare, ut Deus illi det posse observare preceptum, idem omnino est, ac deesse tunc illi gratiam, quam petit, ut possit. Sed hoc Janseniani sepe contestati sunt, et non aliud, docere: ergo absque a nobis disceantur.

Nego falsissimam minoram. Ultra terminos istos transgressi non unice intelligunt de impotentia relativa; nullam nec remotam, mediatamve relativam iusto concedentes potentiam, in quo virus Jansenismi delitescit. Unde fit ad presentiam delectationis victorie concupiscentiz, nec iustum posse ex viam defectu proxime observare mandata, nec proxime ex defectu viam orare ad proximam potentiam observandi preceptum impetrandam. Igitur adversarius iugulum petit, quod fatendum sit, ut Catholica fides sancta recta maneat; veram sufficientiam relativam adesse iusto gratia destitute victorie, in eo sitam, quod ad presentiam robustioris concupiscentiz vires habeat non impares ad

84
illam vincendam, vel proximè implendo mandatum, vel
proximè orando ad eam adimplerionem impetrandam.
Nec audiendi sunt, dum blateant, se profectò agnosceat
in Justo potentiam utiquè remotam, cui solum denegant
proximam, et immediatam, conjunctam cum actu: hoc non
est veram agnosceat potentiam relativam, vincendo pacem
in ipsis concupiscentiam; sed tantummodò absolutam, et
quæ nullius est roboris ad actum: hac enim stante impos-
sibilia manent Justo præcepta. Quod ut latius pateat, ad
3^m quod præmissi, riam paco.

Caput 3.
Quid de hac potestate sentiant modeani
Augustinenses?

§ 1.
Expenditur doctrina Novissii.

Præterea in hac propositione contentum
post Calvinum Jansenius Augustino adscribere non exu-
bit. Ejusmodi argutia, ait Calvinus, vexabat Augusti-
num Pelagianis injuriam fieri Deo, si plus jubeat, quam
peccata ejus gratiam præstare queant fideles. lib. 2 cap. 7 num. 5
Protinus Jansenius Magistri verba resumens ait: Definitum
hæc sententia Deum hominibus nihil impossibile præcipere, falso
tribuitur Augustino, cum Pelagii sit. Augustinus vero am-
boxum impudentiam execratur dicens: Execramus blasphe-
miam eorum, qui dicunt, impossibile aliquid hominibus à Deo
esse præceptum: firmissime credimus Deum justum, et bonum,
impossibilia non posse præcipere, Scam. 131. Novissius vero
hæc inter oracula sic canit: Deus quandoque nobis jubet,
quæ non possumus.

Cum omnibus notissimum sit, plura Dei
præcepta non posse sine gratia supernaturali adimpleri
necessum

necessum est, urgente precepto, Deum conserare gratiam, qua illud
 possit proximè adimpleri, vel saltem qua possit uberrimè auxi-
 lium impetrari, ut proximè diximus explicantes potestatem
 proximam, et remotam faciendi mandatum. id expressè tradit
 Augustinus, cuius testimonium in dogma fidei Tridentini Pa-
 tris extulerunt. Deus impossibilia non jubet, sed jubendo mo-
 net, facere quod possis, et petere quod non possis, et adiurat, ut
 possis, Ser. 6 de justis, Cap. 11. Hinc admiranda, ait Augustinus,
 ut in facillimis, quid faciamus, et in difficilibus quid petamus;
 lib. de Nat. et grat. Cap. 44 et 43. Supponit ergo Augustinus, ne-
 minem urgeri precepto, qui non habeat, saltem orandi potes-
 tatem, si enim hanc non haberet, non moneat immediate
 orare, ut perspicuum est. Ex quibus planè infertur, preceptum
 esse impossibile iis, qui utraque potestate, tam proxima, quam
 remota ad implendum preceptum destituti sunt. Nec iuxta
 Concilii mentem preter illas potestates proximam, et remotam
 faciendi mandatum, altera potestas agnoscitur.

Si ergo impossibile iure estimatur preceptum
 omnibus, qui orandi potestate proxima, etiam privantur po-
 testate remota, videlicet proxima potestate orandi; solum res-
 tat inquirere: num. Noisius cum Jansenio conveniat in
 deneganda, precepto urgente, non tantum proxima potesta-
 te, usum etiam potestate orandi? Loquatur Noisius (In-
 fideles peccant, dum non habent proximam potestatem oran-
 di, neque fidelis habet in singulis momentis urgente pre-
 cepto auxilium proximè sufficiens ad orandum) hoc sic
 etiam Jansenius. Consentaneum est plurimè non dari is-
 tam faciendi precepti possibilitatem, quæ precibus obtine-
 ri solet... ita ut nec pro tali gratia adipiscenda similis
 sufficiens gratia habeatur... Non exigua hallucinatione
 falli, qui putant semper adesse gratiam, qua petant; lib.
 3 de grat. Chm cap. 5. Hæc interpretatione non egent.

Nec satis Noisii sensum dissimulat additum

211
illud ex consilio confutum in singulis momentis. Scimus enim homines, sive peccatores, sive iustos non habere in singulis momentis auxilia gratiæ excitantis ad orandum; cum enim alijs negotiis implicentur, aut dormiunt, non experiantur mentis illustrationes, neque inspirationes. Attamen dum præceptum instat in actu secundo, huc, et nunc implendum, dicendum est in nullo momento intelligi posse hanc obligationem, quin adsit potentia proxima, aut remota per gratiam constituta; alias obligaretur homo ad præceptum faciendum sub impotentia proxima, et remota illud exequendi, quod ab Augustino absurdum, et insania reputatur: et in Janseniana damnatione inclusum est.

Novit Jansenius difficultatem, quam sibi proponit in hunc modum: Hoc ipsum auxilium, quo præceptum fit eis possibile, denegari multis, ipsam quoque gratiam orationis denegari, qua faciendi præceptum vires postulatur a Deo: ergo manet in eis præceptum impossibile, et consequenter non peccant in eo non faciendo, quod facere non possunt: ipse respondet: Non esse iniquitatem apud Deum, qui gratiam negat; culpam ita peccantium meruisse, ut æquissima severitate puniantur. Subt ergo Jansenius, peccare etiam eos, qui urgente præcepto privantur etiam potentate ad orandum, quia in penam peccati primi parentis illa etiam remota potentate privantur. lib. 3 de grat. Chrii Cap. 11. Nec aliud videtur posse respondere. Novissimum asserens, tam fidelibus, quam infidelibus interdum denegari potentatem proximam orandi. Nunc quibus jam deest, in penam peccati denegari.

Consi effugia prosus illusoria, et infama sunt. Sic enim in Germania XIV fol. 466 scribit (Sed sermo est de fidei, cum nullum ei præceptum urget, vel cum urget præceptum. Et quidem si præceptum non urget, non adesse
Semper

semper auxiliū sufficiens tradit Bellam. Inax. et ceteri Theolo-
gi: nam cum hoc auxiliū nihil aliud sit, quam inspiratio
voluntatis, et illustratio intellectus, quibus nobis aperitua, et dul-
cescit, cum aliis negotiis intenti sumus, plane experimur, nullas
nos tales illuminationes, et inspirationes sentire, itaque difficul-
tas est quando uaget præceptum. Utro modo id Noius intelle-
xerit, nescio, neque enim eum explicat, sed relictū cursū attin-
git. Id de seipso Noius scribit verba de more inutilia pro-
fundens; rē potius de sententiā sua nescius.

Quid hoc hominis est? plurima fereba cursū
attingere Noiusum, ne si pedem figat, facilius comprehendatur:
relictū habere hinc inde saltitantes sacra Theologiæ mysteria,
et diuina gratiæ quæstiones pertractat; haud aliter, ac si de
sponsularum origine, de Salmaganiis, et Agapetis ageretur.
Attamen in præsentī quæstione nescio, qua fronte asserat, du-
biam esse ejus mentem, an loquatur in casu uagentis præ-
cepti, aut quando præceptum non uaget: cum passim a pe-
te loquatur in casu uagentis præcepti. Col. 1008 inquit: Cum
instante quolibet præcepto legis homo non irrisorie, sed
uaciter, &c. Col. 1008 Neque fidelis habet in singulis momen-
tis uagente præcepto, auxiliū, Col. 304 Et tota contrauer-
sia redacta est, num homo iustus uagente præcepto habeat
potestatem precationis ad orandum? Et quæst. resoluit hic
num. 297.

Dices. Nunquam denegare Noiusum fide-
libus ministrari uagente præcepto, gratiam sufficientem; aut
em̄ nunquam à Deo denegari: quia non denegari signi-
ficat priuationem gratiæ sufficientis ortum ducere ex de-
cto Dei efficaci non conferendi fidelibus gratiam sufficien-
tem uagente præcepto, quod nunquam fit, nec Noiusum fen-
tit, sed tantum docet, priuationem gratiæ sufficientis des-
cendere ex peccato primū parentis. Hoc tamen nihil
ualet: quia post Caluicum, omnes hæretici libertatis hostes,

non aliam gratiæ sufficientis privationem agnoscunt, nisi
quæ provenit ex peccato Adami. Et innegabile est, quod si
privatio gratiæ sufficientis proveniat ex peccato Adami, si
descendat ex divino decreto, equè resultat necessitas, et defectus
libertatis ad implendum præceptum acquisitæ. Quare istud
effugium inducitur iustificandi gratia, ut alio animo di-
vertatur, non ut nodum solvat, sed ut argumentum aver-
tat. Simili arte usus est Calvinus, dum argumento im-
plicitus respondet: necessitatem ab ipso induclam non oia,
ut Manichæi arbitrabantur ex natura ipsa, sed ex infir-
mitate naturæ. (Nam cum illi, ait Calvinus, Manichæi, et
Manichæi essentialem necessitatem in natura constituent,
eamque ab ipso creationis initio imaginentur; nostri ex
naturæ corruptione vitium esse definiunt: naturam vero
non aliquo cælesti influxu, sed voluntario hominis lapsu
fuisse necessitatem constantè profitentur, lib. 1. cont. Pig-
nium. Si tamen liberum arbitrium aut, parum refert,
num ex hoc, vel illo principio veniat libertatis intactus:
sed voluit Calvinus declinare argumentum impotens dis-
solvere.

Dices: ex Geiman. IX. col. 433. Notissimum
omnibus concedere potestatem remotam præceptis adimplen-
dis: quod etiam confirmat in iudiciis Cal. 1003 ubi ait:
Licet homo sit gratia proximè sufficienti orbatu ad im-
plendum præceptum, debet eam potestatem adquirere me-
dia oratione, sed contra hoc plura faciunt. Nam primo.
Iure pacto concedit Notissimus potestatem remotam omni-
bus ad implendum præceptum, si, ut supra vidimus, incul-
cat non omnibus concedi potestatem proximam orandi,
in qua etiam iuxta Notissimum potestas remota ad imple-
ndum præceptum constituitur? Pergat: non sufficit ad Jan-
senismi suspicionem abolendam profere simplicitæ, omni-
bus ministrari potestatem remotam præceptis adimplendis:
quia

quã id ipsum Jansenius passim enuntiat: aut enim homines culpabilitè violantè præceptum: Quia vires desunt ex defectu orationis, si enim orarent, vires impetrarent, ac proinde diu peccant, sunt saltem remote potentes ad non peccandum, quia possumus impetrare gratiam, quæ nobis deest, lib. 3 de orat. Chrii cap. 7. Et Jansenius pariter cum Noisio astantens, in his quibus deest gratia proximè sufficiens ad implendum præceptum, potentiam remotam illud adimplendi in orandi potentate constitutam.

Quis ergo his auditis, non extemplo opinetur, Noisium, et Jansenium Tridentinè Patribus synce ac suffragari? Utraque generatim supponit urgente præcepto, et absente gratia efficaci, seu potentia proxima, non deesse potentiam remotam, qua possit adimpleri mandatum: cum tamen ambo, tam pulchra infendant, beneficio gratiæ, quam invalidam, et ineptam meditantur ad præceptum implendum, eorum verba cõtrite catholica, in sensu Janseniano accipienda sunt, ut plurius infra detegitur argumentis. Neque Noisius, qui sibi, sicuti et Jansenius passim advesatur, valet juxta sua principia, nisi tuncandi causa, gratiam proximè sufficientem ad orandum, sicut in præsentia requiritur, admittere: Num evidentiã constat, ipsum non admittere in natura lapsa, gratias nisi debiles, et efficaces: ex quo sic argumentor: peccate homo urgente præcepto, et caratur gratia proximè sufficiente illud faciendi gaudet potentate proxima orandi, quæ est potentia remota adimplendi præceptum. Vel ergo ad hoc ut possit proximè orare, requiritur gratia efficax, vel non? Si non requiritur gratia efficax, ut possit proximè orare, cur eam requirit, ut possit implere præceptum? peccate, urgente præcepto debet orare: ergo si ut possit proximè orare, et debitum orandi solvere, non requiritur gratia efficax, neque requiritur, ut proximè possit solvere debitum implendi mandatum.

Si vero velis, requirere etiam gratiam efficacem,
ut possit proximè orare: nunc rogo: an requiratur alia
gratia efficax, ut possit homo impetrare gratiam efficacem
orandi, vel non? Si non requiratur, cum eam requiris, ut
possit proximè orare? Si requiratur alia gratia efficax: red-
dit argumentum: eadem fit interrogatio, et processus in
infinitum. Ugetur. Inia juxta Novissè principia om-
nis gratia proximè sufficiens est efficax: ergo si omnibus,
qui præcepto urgentur, data gratia proximè sufficiens ad
orandum, consequenter omnes orabunt, et gratiam impe-
trabunt proximè sufficientem ad implendum præceptum, et
inde nullus præcepto obstructus, præceptum transgredietur.
Tandem, potestas proxima ad orandum juxta Novissum
sita est in adjutorio sine quo non, hoc adjutorium est, juxta
ipsum, gratia debilis, et invalida: ergo eadem gratia erit
simul debilis, et invalida, efficax, et victuosa.

Dices. Ex Genam. XVIII ad probandum, Novis-
sum admittere gratiam sufficientem ab efficaci distinctam,
sic ait: (Adjutorium ministratum Angelis ante lapsum ca-
di etiam in natura lapsa quibusdam, aliis vero in poenam
peccati denegari, Et in Sordic. col. 1003 Ex his in seculo pri-
mo; in statu naturæ lapsæ non omnibus pariter esse illud
adjutorium Adæ, alias oratio esset superflua. Sed contra
est, quia dolere, nisi multum fallat variatur significatio
gratiæ Adam: quod sic ostendo. Tentat suadere Novissus,
se concedere naturæ lapsæ gratiam sufficientem ab efficaci
distinctam, ex eo quod asserat nonnullis ministrari adju-
torium Angelis, et Adamo ante lapsum pariter: cum
tamen adjutorium Adam fuerit proximè sufficiens, et
adjutorium proximè sufficiens juxta Novissum sit efficax,
tantum persuadet dari quibusdam in natura lapsa gra-
tiam efficacem; non vero probat, cunctis urgente præcepto da-
ri gratiam sufficientem distinctam ab efficaci.

Ut igitur ambiguitatis mysterium reveletur.

Sic arguit. Peate, urgente precepto, quibusdam tantum, non omnibus, donatur adiutorium Adamo ministratum in statu naturae innocentis. Sed iuxta Augustinum hoc adiutorium fuit sine quo non. Ergo urgente precepto non omnibus conceditur adiutorium sine quo non, et consequenter erit impossibile preceptum illis, quibus ejusmodi adiutorium non impetratur.

Si hoc adiutorium hominibus, vel Angelo defuisset, non sua culpa cecidisset, adiutorium quippe defuisset, sine quo manere non posset. Nec Jansenius negat adiutorium Angelis, et Adamo ministratum fuisse adiutorium sine quo non. (Augustinus docet adiutorium Angelorum, et patrum hominis fuisse adiutorium sine quo non, non quo. lib. 2 de grat. Cap. 28, et 29.)

Argumenta 2.^o Peate si adiutorium Adamum omnibus daretur in natura lapsa, esset superflua oratio. Sed oratio non est superflua, nisi dum adest gratia efficax: ergo stante adiutorio Adamum stat gratia efficax.

Aliud est certa: quia dum adest gratia efficax, non estimatur superflua oratio, qua eadem imploratur. Quo ergo jure contendit Novissus probare, gratiam sufficientem dari in natura lapsa, ex eo quod gratia Adamum daretur? Argum. 3. Peate, stante gratia Adamum oratio esset superflua, sed tantum est superflua oratio, quando datur gratia efficax: ergo gratia Adamum ante lapsum ministrata fuit efficax. Quo quid absurdius? Argum. 4.

Peate, stante gratia Adamum oratio est superflua: ergo per orationes postulatur gratia Adamum. Sed gratia Adamum fuit adiutorium sine quo non: ergo per orationes postulatur adiutorium sine quo non. Aliunde cum per orationes imploreretur gratia efficax, si postulatur gratia Adamum, sequitur, gratiam Adamum fuisse efficacem.

Hec induxi, ut notum fiat sub nomine orationis Adamum ab adversariis amplam tricanonem facultatem

concedi: quia ex una parte vult Norisius, gratiam proximè
 sufficientem esse efficacem in natura lapsa, ex altera inten-
 dit gratiam Adamo ante lapsum ministratam, quæ exat
 proximè sufficiens, dum naturæ lapsæ conceditur, ob naturæ
 infirmitatem fieri debilem, remissam, et invalidam, quo
 fit eandem gratiam simul esse victicem, et invalidam,
 debilem, et fortem; juxta significationem, quæ illi veli
 Norisius adaptare. Quare rogandus est: An diu scru-
 bit: non omnibus, urgente præcepto donari Adami gra-
 tiam: id intelligat de gratia efficaci? Et sic falso supponit,
 fuisse efficacem gratiam, qua præceptum transgressus fuit
 Adamus. Vel intelligit de adiutorio sine quo non? Et sic,
 cum asserat ejusmodi adiutorium quibusdam tantum
 dari, sequitur, præceptum esse impossibile iis, quibus non
 datur.

Si vero dicas; non loqui de gratia effica-
 ci, nec de adiutorio sine quo non, sed de gratia proximè
 sufficiente. Rogo: Vel loquitur de gratia proximè sufficien-
 te, et ita sufficienti, qualis fuit in Adamo? Et hoc est
 aperte falsum. Primo: quia in Adamo fuit sufficiens per
 modum habitus ad observanda omnia præcepta, ad vit-
 tanda omnia peccata, et ad perseverandum longo tempo-
 re, sine ulteriore auxilio. Secundo: quia si loquitur de
 gratia eadem, non ita sufficienti qualis fuit in Adama-
 mo, sed tantum proximè sufficiente ad implendum sin-
 gulare præceptum, hæc juxta Norisium est gratia effi-
 cas. Tertio: quia frequenter asserit, gratiam Adamo
 proximè sufficientem, dum ministratur naturæ lapsæ,
 fieri ob naturæ imbecillitatem debilem, infirmam, et
 invalidam: Ergo nunquam comparat in natura lapsa
 gratia vere sufficiens ab efficaci distincta, et præstiorum
 subsistit dum asseritur: urgente præcepto, non omnibus
 dari gratiam Adamo. Catholici intelligunt, non
 omnibus

omnibus dari gratiam efficacem, et Janseniani comprehendent non omnibus, urgente precepto, conferri gratiam sufficientem; quo firmabitur Norisii assertum ubi docet: Deum nobis interdum jubere quod non possumus. Sic verba temperat, sic ordinem servat, et ambigua quoque concinat, ut et nostram, et adversariorum sententiam teneat, ut aliter catholicus, et aliter haereticus audiat. Hieron. Epist. ad Pamach. et Ocean.

S 2.

Urgente precepto omnis gratia sufficientis exploditur a Norisio.

Hucusque pro tuenda quoque modo gratia sufficienti ad observationem precepti, veluti ludens terminis Norisius laboravit. Nunc vero animosius suadere coepit, preceptum posse obligare sub peccato, absente etiam omni gratia sufficienti, qua possit adimpleri. Sic et Macedo canit. Ea sententia Augustini supponit, sine ulla fide, et gratia, id est, sine ullo auxilio sufficienti peccari, quando quidem peccata ita peccantium deliberata peccata sunt; cui Norisius subdit. Certe, qui peccat, agit contra legem, prout obligantem ad actum oppositum: igitur, si sine ullo auxilio sufficienti gratia peccatur, obligatio legis non est connexa cum gratia sufficienti in natura lapsa. Huc collineat, quod casbro enuntiat. Probo gratiam sufficientem esse amissam legem, ut obligantem non esse connexam cum gratia sufficienti. Quare hic aperte fatendum videtur, quod tot in superioribus celare circulis conatus est, nempe sine ulla gratia sufficienti posse legem irritare sub peccato.

Ne dura miris ista conclusio appareat, contendit optime in ea salvam libertatem indifferentem, et quod plus est, recte cum necessitate antecedente peccandi consociari

citu libertatem indifferenti ad non peccandum; hoc igitur
 Jansenii essatum, sic ex Macedo reproducit: Nec inde sequi-
 tur, hominem peccare in eo, quod vitare non potest: potest
 enim, cum necessitate peccandi quoad speciem, stare libe-
 tas quoad individuum: nam ille certo, non est addictus uni
 tantum actu peccandi, cum possit alios singulares actus ma-
 los, vel eundem per diversa motiva exerceat. His Novissus
 addit: (Hec induxi, ne quis Patrem Macedo audeat Janse-
 nismi insimulare Geom. IX col. 1433.

Hoc tamen execrandum libertatis genus mag-
 nopeae Jansenio arsisit, qui ut a natura lapsa omnem gra-
 tiam sufficientem eliminaret, et cum peccandi necessitate
 concinaret indifferenti libertatem sub iisdem vocibus pro-
 cedit: (Hec necessitas, ait, non singula peccata respicit, nec
 libertatis indifferentiam solvit; tantum enim est ad peccan-
 dum in genere; quocumque se vertat homo concupiscen-
 tia captivus, illum male agere opus est, at in singula-
 ri nullum peccatum committit, quod vitare non possit)
 lib. 4 de nat. lap. cap. 10 Hoc est, absente omni gratia
 sufficienti, qua preceptum implei possit, potest vitare
 peccatum, alio peccato, sicut clavum clavo pellitur. Sine
 gratia aut superari non potest ulla tentatio, vel si supe-
 ratum alio peccato superatum, lib. 3 de stat. nat. lap. cap.
 15 quasi misero hominum indeclinabiliter mactando sola-
 tium foret oblata electio in ea duos gladios, quo malis
 occumbere?

Execranda igitur, et a Catholicis rele-
 ganda fatalis ista, et misera libertas, quae homines Demo-
 nibus, et animabus damnatis equiparat in impotentia
 vitandi peccata. Quid enim aliud est commentum is-
 tud a Jansenio, et ejus partiaris inductum, nisi specio-
 so libertatis nomine laceatosam peccandi necessitatem,
 intaudere? Potuit quidem Deus per peccatum primum parentis
 omnes

omnes omnino homines in perditionis massa relinquere; aut
 vero post peccatum remissum, eos, qui gratia justificationis
 facti sunt Dei filii, regni celestis hæredes, relinquere in neces-
 sitate peccandi adhuc vago, vaticum, et impium est crede-
 re: nec dicas id promereri homines propter peccata venia-
 lia, quia pro peccata venialia non dissolvitur amicitia Dei,
 nec jus hereditatis depauperatur: Quia apparet hæc doctrina,
 quam Calviniana. Calvinus enim, qui sustinet justitiam
 Dei esse inamissibilem, consequenter docet, Deum eos, qui se-
 mel justificati, nunquam relinquere sub impotentia sa-
 lutis, et gratia adversarios, Deus plurimos ad tempus ju-
 stificat, et postea, nulla eorum culpa defuit, et sub peccandi
 necessitate constituit.

Quantum hæc vaga peccandi necessitas sa-
 cris litteris, et SS. Patribus adversetur? invenies ubi con-
 ceptum Catholicæ libertatis statuere conabimur. Et quidem
 ea admissa tantum relinquuntur libero arbitrio facere mala,
 et transgredi præceptum, contra Eccl. 31. 1 (Qui potuit trans-
 gredi, et non est transgressus, facere mala, et non fecit).
 August. Est ergo peccatum, et recte factum in libero volun-
 tatis arbitrio... In tuo arbitrio posuit Deus, cui parces locum
 Deo, an Diabolo, lib. 33 q. 24, et Rom. 16. Et certum est in
 casu necessitatis vago solum posse hominem parare Diabolo
 locum. Quæ ergo libertatis est species, qua malum vitari
 non potest, utgenere præcepto? Non quidem dicit Deus, appo-
 sui tibi ignem, et ignem, mortem, et mortem, sed apposui
 tibi ignem, et aquam, vitam, et mortem; elige ergo vi-
 tam, ut tu vivas. Ubi Augustinus de lib. arb. cap. 2 ait
 Apponet tibi ignem, et aquam ad quodcumque volueris ex-
 tendere manum tuam: in conspectu hominis vita, et mors,
 et quodcumque placuerit dabitur ei, Et lib. de gentis con-
 tra Felicem Manich. cap. 4 ait: Habet unusquisque
 in voluntate sua, et eligere, quæ bona sunt; et esse arbor bona;

104
et eligere, quae mala sunt; et esse arbor mala. Cui omnes S. S.
P. P. et Theologi subscribunt, contra vagam peccandi necessi-
tatem

Accedit: quod quamvis invento necessitate
vage, electio inter crimina diversa relinquatur, salvam
non potest libertas adimplendi precepti; sed potius antece-
dens necessitas illud violandi, hoc vel illo peccato, ex hoc vel
alio motivo: quare licet possit homo sub necessitate vaga
constitutus omisere precepti adimplerionem ex hoc vel illo
motivo, nunquam poterit, sine gratia illud observare. Et
iuxta Augustinum, Adamus, etiam si privatus fuisset
gratia, quam habuit, posset peccatum vitare alio peccato,
nihilominus si privatae gratia, quam habuit, utique
non peccaret. Tandem: quia in principio ducum de-
lectationum locum non habet doctrina necessitatis va-
gæ: ergo hoc miserum effugium non prodest adveni-
entibus. Antecedens patet: quia delectatio gradibus superioribus
semper inclinatur, et determinate movet, ad determina-
tam actionem, et ad illud peccatum, quod patitur, ita
ut ab illo abstinere non possit, neque indifferens est ad
plura peccata: ergo si inclinatur, et determinatur ad furtum,
non remanet indifferentia ad homicidium. Nec pro-
tereaunda est ratio, quam vocat Schola, ab absuado. Ut
sileam, posita impotentia vitandi peccatum, hominem
non posse ad Deum converti, nec prudenter sperare
salutem; ex necessitate illa vaga sequeretur, illum dam-
nabitur peccatum in eo quod vitare non posset, qui
fuit error Pauli. In vanum Deum illi preceptum,
quando Deus non datus erat, quod precepit, qui fuit
Jesuelli: Item, preceptum hominem frustra ad Deum
suum levatum manus, oratum, vel invocatum;
quoniam nec credere teneretur in simbolo, pro se, sua-
que salute Christum Deo crucifixum, mortuum, et
sepultum

sepultum, et ob suam salutem descendisse de Caelis. At hęc, qua
ratione non foret Deus author peccati, cum author foret
libertatis illius ad malum determinate? Nonne sanctitas
Divina hoc inducere valet, et efficaciter velle, quod neces-
sario profusus à culpa morali separari nequit? Impium
est asserere, nefas vel solum cogitare. Omnia hęc, et quam-
plurima alia devotanda forent, si homo adstringeretur
necessitate disjunctiva nequiter operandi.

Beati, et Bellelli doctrina impugnata.

Qui gratiam sufficientem ad implendum
divinum preceptum denegant, idem præculōbio inspi-
rant justitię, et bonitatis Dei indignam: nobis enim
Deum representant, tanquam Tyrannum, et crudelē ma-
gnā puniens æterno supplicio homines propterea peccata,
quę vitare non possunt. Scio adversarios clamoribus
obtundentes imperitorum aures, nec semper sine fructu,
affirmantes se talia non docere; sed veram gratiam suf-
ficientem adstruere, et veram potentiam concedere, qua
vere possunt adimpleri omnia precepta. At tamen po-
testates, quę ab ipsis asseuntur, sunt, si bene inspi-
ciantur equivocę, et in se illusoria effugia ad eludendam
S. Patrum, et Conciliorum auctoritatem, quibus hodie,
dum Jansenii Apologię cavillantur, qui vero pro de-
tendendis eorum ambagibus, et subterfugiis catholice la-
borant, nullo non convictorum genere ab illis laceran-
tur.

Syncerę igitur, qui cum Catholicis sentire
vult, fateari tenetur: Neminem peccare in eo, quod vitare
non potest. In hoc posse secundum precepta, quas ha-
beret vias, precepta implere: quia Innocentius X primam

281
Iansenii propositionem expungens, duo statuit. Primum:
Hominem iustum semper habere gratiam, quando uiget
praeceptum, quod sine gratia impleri non potest. Secun-
dum: Ejusmodi gratiam prestare iustis ream potestatem
implendi praeceptum.

Hec cum ita sint: prodeat nunc Mar-
Bellellius aperte negans omnem gratiam sufficientem,
qua possit praeceptum adimpleri. Sic enim scribit: Post
peccatum Adæ, etiam si desint hominibus auxilia sufficientia
ad implendum praeceptum, nihilominus reuera peccare in eius
transgressionem: condidit quippe Deus hominem cum sufficien-
tissimo gratia adiutorio, ut sua posset serbare mandata, ho-
mo autem peccando gratiam illam sufficientem amisit...
Si eidem gratia denegetur, nullo pacto posset se excusa-
re. De stat. creat. nat. cap. 19 lib. 3 oppositum docet Augus-
tinus, dicens: Non utique sua culpa cecidisset, quoniam ad-
juutorium defuisset, sine quo peccare non posset. lib. 1 de
Correp. et grat. cap. 11. Nonius vero contra Augustinum,
Bellelli sententiam confirmat, dicens hominem peccatu-
rum: quia tale adiutorium deest illi in penam peccati.
Nunc autem quibus deest, iam pena peccati est. Non
alio fundamento nititur Calvinus, et Iansenii eadem. Ob-
tat tamen propositio damnata ab Alexandro VIII anno
1690 Ad peccatum formale, et veniale sufficit illa
libertas, qua voluntarium, ac liberum fuit in causa
sua peccato originali voluntate Adam peccantis.
Sunt ergo contra veritatem definitam Bellelli, homi-
nera supplicio eterno puniri ob peccatum, quod vita-
re non potest, eo quod potestas vitandi peccatum fuerit
amissa ob peccatum Adam. Et haec est necessitas illa acci-
dentalis, quam contendit libertati non officere, licet sit
antecedens, eo quod accidentaliter contingat, quod supra re-
jecimus: quam haec longe sint à Catholicis? nemo non videt.

Beati suadere contendit, plurimum ab errore damnato in prima Jansenii propositione distare, qui sufficientis gratiæ auxiliium ad præcepti adimplerionem denegat: quia ne præcepta dicantur impossibilia sufficit, Deum posse præstare auxiliium, et hominem posse accipere à Deo auxiliium sufficientem, quo caret, ad ejus implementum: quia ut homo dicatur posse salvari, sufficit, quod, licet non habeat gratiam dantem posse, possit tamen illam accipere à Deo, et Deum posse illam conferre, quod totum verificatur de homine, dum est in hac vita. Diserat. A. D. 4. cap. 1 pag. 82 citat Gonet; et subdit: Oruntur communiter hac solutione homines, asserentes divina præcepta servari posse: quoniam servari possunt cum divino auxiliò, quod is, qui non habet, potest habere.

Hoc potentatis genus à nullo hæreticorum rejectum: sententia enim omnis, cuncta præcepta servari posse cum divino auxiliò, quod is, qui non habet, potest habere à Deo. Præcepta Dei, ait Jansenius, sunt hominibus possibilis, seu possunt ab homine fieri... nec aliter potest esse verum, Deum non jubere impossibilia, nisi quia quicumque jubet per omnipotentem gratiam fieri possunt, lib. 3 de grat. chari cap. 18, et 19, quod roborat lib. 5 cap. 18 dicens: Illa sententia, qua dicitur Deum non jubere id, quod hominibus impossibile est, nunquam sic intellexit Augustinus, ut Deus non possit hominibus præcipere id, quod propriis viribus implere non potest, sed solum quod ita impossibile est, ut neque propriis, neque alienis viribus, si illas in auxiliium vocaverit, possit implere. Item ad primam Jansenii propositionem sic eandem doctrinam amplectitur. Etiam si præcepta observari non possint sine gratia, neque ignorantia juris naturæ sine gratia depelli possit, non debent tamen hominibus deestitudo omni gratia dici præcepta absolute impossibilia; ut enim absolute possit quis mandata servare, et ignorantiam vincere, sufficit quod potuerit in Adamo, et etiam nunc habet intellectum, et

291
voluntatem non incapacem recipiendi auxilia ubicumque Deo
placuerit ea largiri.

Nec Calvinus denegavit unquam, omnia praecepta
esse possibilis in sensu à Deo tradito; diserte enim asserit, pos-
se hominem, si Dei gratiam accipiat, non solum omnia praecepta
implere, verum etiam ad puritatem Angelicam sublevari. Posse
quidem Dominum (ait Calvinus) si velle hominem mortalem ad pu-
ritatem Angelicam erigere, lib. 2 inquit cap. 7 n. 5 Lanchius sequitur
Semper manet in nobis vis intellectiva, qua licet hic, et tunc absente
gratia, non possit ignorantia depelli, potest tamen depelli, si adve-
niant gratia illustratio, si hac luce ordatua, ex peccato originali venit
in poenam, lib. 1 tract. theol. cap. 12 thesi 1 Accedit Bajus Annot. prop. 15
contra cons. Paris. (Hi quibus huc potentia non datur, quamdiu non da-
tua, nec cadere possunt... sua infidelitate gravissime peccaverunt, qui ca-
dendi potentiam non habuerunt. Quavis ream sit, quod cadere po-
terant, si Deus eorum miserari voluisset.

Nusquam ergo Jansenius denegavit divina praecepta
adimpleri posse per divinam gratiam; si Deus illam conferat, et hoc
tantum concedit Augustinus scripta. Praecepta servari posse per
divinum auxilium, quod is, qui non habet, potest habere. Sicut non
habeat gratiam dantem posse, potest tamen ipsam accipere à Deo,
quod praesens inutile est ad declinandam Jansenii heresim. 1. Quia
controversia non est, num homo possit servare praeceptum per
auxilia divinae gratiae; sed num homo urgente praecepto habeat
auxilia divinae gratiae, quibus possit praeceptum observare? Cuius
insultantis ridiculi, Argumentum est respondere, hominem pos-
se implere praeceptum, si Deus auxilia divinae gratiae conferat.
2 Quia Jansenius suam errorem expressit asserens: Ess
quosdam hominum praecepta secundum statum, et vitae, qui-
buz constitutus est, impossibilia. Non adesse semper gra-
tiam, qua possimus, hoc est, qua illa eadem praecepta implere
sufficiamus, Tom. 3 lib. 3 Cap. 3. Et Innocentius contra Janse-
nium definit, posse iustum implere praecepta, non solum quia

128.

proest a Deo recipere gratiam illis ad implendis, sed quia
re ipsa acceptam habent gratiam, qua illa possunt adim-
plere, ait enim posse secundum praesentia, quae habent
vires praescripta facere, & vanae ac veritates: deesse quo-
que illis gratiam qua possibilis fiat. Et Beati tantum
concedi posse per vires futuras facere mandata. Et quidem
si vix dicitur, Luminem posse facere praescriptum: quia Deus
potest illi praestare vires, quibus praescriptum servet, pari
jure poterit servum enunciare posse Luminem per obsequia vo-
luntate, et id genus alia, quae per Dei omnipotentiam possunt
proculdubio ab lumine parari.

328. Auxilium sibi parat Mag. Beati in Academia Lonanien-
nensi in justificatione censura cap. 12. dicente [Non esse
necessariam gratiam sufficientem, ut praescripta super natura-
lia possibilis dicantur. Haec sunt Lonaniennum verba: Res-
pondemus primo: ut homo possit converxi, non requiri ut
habeat gratiam sufficientem, eo ipso tempore, quo posse
dicitur, sed satis esse, si habere illam possit: quomodo, ^{homo} dicitur,
tunc posse manducare panem, etiam cum panem non habeat,
nec etiam quinquam unde sibi panem comparat et subdit
Beati. Similia leguntur in censura Duacensis Aca-
demiae ad aversionem 15. quae censura Lonanienensi conjuncta
est, ei quae omnino consentit. Hoc mihi satis est, si conce-
datur iuxta inculcata fidei scriptorae divina praescripta,
neque ista dicenda esse absolute impossibilia quibus auxi-
lium sufficiens occulto Dei iudicio denegatur.

329. Non satis mirabitur, qui in his controversiis non
proximus persequitur sed, Non exuberare Beatum in auxili-
um vocare Academicas Lonaniensem, et Duacensem tempore,
quo pro viribus Byana domata propugnabant, ut suo loco
conditi sumus demonstret. Et quomodo Augusti-
niani scriptoris benigne honorandum sit quam vero pro-
rebitur excusationem dum subdit? Cor ex quo quoddam posse
per naturam, omni etiam gratia deservitatem propter libe-
rum arbitrium, duxant haec vita in utramque partem
flexibile; et esse posse per gratiam, quando jam natura li-
beritas quibusdam divinis adminiculis juvatur. quod

101
plane ostendit potentiam de qua loquimur, ad implendum
praeceptum dum adest gratia sufficiens, solummodo esse po-
tentiam naturae, vel absolutam Janenij. Dolendum utique
est Augustinianum scriptorem ad ea allucineri, ut in sua
opinionis praesidium gratia producat, quae a nullo haereticorum
repudivantur. Quid enim pro se adducit, nisi po-
tentiam radicalem et fundamentalem in essentia vo-
luntatis consistentem, quam jurati libertatis horres vix
profitentur? Calvinus, Beza, Parvus, Zanchius, Molin-
us, et ceteri, quorum verba referre importunum arbitror
in re notissima. Quare si Beza nullam aliam
deiderat potentiam, ne praecepta impossibilia dicantur
haereticorum nullus praecepta impossibilia propugnat?
330. Beza doctrina fauet apertè Petrus de Soto, dicens
(Subtractio gratiae non impedit quod voluntas potest
accipere semper auxilium efficax nec impedit volunta-
tem transgredi libere legem: quia necessitas peccandi
non aliunde venit, nisi ex subtractione gratiae, quod est
tantum impedimentum extrinsecum) Epist. anno 1551.
Robortus M. Sylvius Lovaniensis suam doctrinam Bezae,
qui Tom. 2. Edit. Antwerp. pag. 651. et 652. scribit Gratia
sufficiens non semper daret, et tamen homines viatores
possunt servare mandata, ac per consequens, etiam tunc,
quando non habent gratiam sufficientem, quod etiam
Sylvius docet auctoritate D. Thomae dicens. Dicendum,
quod illud, quod possumus cum auxilio divino non est
omnino impossibile: quia quae per amicos possumus ali-
qualiter possumus.

331. Resp. breviter, Petrus de Soto anno 1551. sustinebat
cum Bayo, liberum arbitrium tantum excludere neces-
sitate, a ratione, et consequenter gratia auferens, sub-
tractionem gratiae non impedire voluntatem libere trans-
grediendi praeceptum. Vide Soti errores. Sylvius Lovani-
ensis in illis, quae ante Janenij proscriptionem scripsit
correctione indicat, ut suo loco ostendimus. Div. Thom.
Loquimur de his, qui cum divinis auxiliis possunt prece-
fundare, et rogare amicos. Beza vero contendit suam opinionem

422
salvare per volam capacitatem recipiendi gratiam, aut per puram
voluntatis innatam flexibilitatem. Pallit igitur error chorum
Doxi, emissio, aut rivimulato questionis sensu. Non enim
ambisimus vixē dici posse, de Amine etiam oceleratissimo, atenta
bonitate, et miseriordia divina posse salvari, et posse omnia praecepta
implere, et in hoc sensu dicimus cum D. Thom. posse aliquodlibet sal-
vati, non esse omnino impossibile praecepta implere: quatenus illi poterit
ministrare Dominus divina auxilia, quibus salutem consequatur. Quid
tamen hoc confertur dum Tamenij error controversatur, ubi fateri opus
est, atenta definitione Ecclesiae, posse hominem secundum praesentes
vires exequi mandata, non deesse illi gratiam, qua fiant praecepta
possibilia: hoc quidem non salvatur per capacitatem recipiendi gra-
tiam, si Deus velit illam conferre nec per innatam voluntatis
flexibilitatem ad utrunque, ut perspicuum est

332. Nec quæritur: An semper, vel tantum opportunis temporibus
divina gratia auxilia conferantur? Nam certum est, non
singulis momentis experiri mentes illustrationes, aut
voluntatis impulsus maxime cum seculi curis disensus
homo nihil de pietatem pertinentis cogitat. Nec ad praeceptum,
quod non vixet ad implendum, requiritur auxilium pre-
sens, quod tantum necessarium est, dum de praesenti vixet
obligatio. Itaque eiusmodi aversiones impertinentes indu-
cantur, dum error Tamenij profusatur. Sunt autem Tame-
nii homini secundum statum, et vires quibus consideratus
est impossibilia, nec adeo semper gratia qua praecepta illa
implere sufficimus. Tom. 3. l. 3. cap. 3. Ecclesia contra duonit,
semper dari gratiam sufficientem, qua praecepta possint
adimpleri. An vero detur gratia quando praeceptum non
vixet? An detur semper gratia qua praecepta, complevit
sumpta, possint servari? An semper, vel tantum opportunis
temporibus gratia conferatur? An aliquodlibet dici possit pra-
cepta posse exequi, dum per amicos poterit impetrari? An
sit sufficiens posse, futura poterit quam poterit accipere ho-
mo praecepto Christiano: et alia id genus poterit species qua
imaginari possunt? divexicula, et inventiones sunt ad in-
curandam Tamenij haerem excoiorare.

333. Invisio periculosis Doxi dicens: Adhibere solent

Thomista aliam solutionem videlicet, quod etiam si homini gratia Dei veritatis, nisi habetudo aliqua & impotentia ad implendum precepta, nihilominus hoc dici nequeunt absolute impossibilia, neque ex aliqua causa antecedente eius malam voluntatem, sive actudlem, sive, qua in primo parente peccavit.

334. Hæc tamen solutio gravissima Calvino demonstratur ignorat enim nemo, quod recamus ire ad peccatum Adæ fuit primo excogitatus à Calvino & Tridentini canone labefactaret, quod palam fatetur Theodorus Beza lib. de predest. pag. 415. Chamierus. Tom. 3. lib. 3. Cap. 2. Petrus Molinæus in Clypeo fidei ad art. 9. & ipse Calvinus lib. 2. in vit. cap. 5. & in antidot. trident. cap. 11. ser. 6. Vno asserunt hæretici fatentur, diuina precepta non esse impossibilia ex aliqua causa antecedente cuius malam voluntatem, sed impotentiam, & hebetudinem ortum ducere ex prava hominum voluntate, qua in primo parente peccaverunt, & consequenter docent, quod impossibilia que in presenti dantur preceptis adimplendis, non est vera impotentia antecedens sed consequens malam voluntatem, qua homines in Adamo peccaverunt. Hæc sententia in damnata Adami stitit impossibilitas, atque ad vitiosum peccato languor, & imbecillitas, vera, & propria iustitiam impossibilitatis, aut ad peccandum necessitas dici non debet D. de Witt. 1. part. Aug. Iprenia vindictæ cap. 16.

335. Calvinista nationis proceres plenus, & Capivius id pertractant Zanchius celebris Calvinista, cum statueret homines male fieri, & peccandi necessitate convinci, Catholicis ipsi obijciens inducit Deus esset injustus si precepisset impossibile. Respondet. Nihil simpliciter, & per se impossibile precepisset Deus: Nam vires dantur hominibus quibus omnia Dei mandata servare possunt, si voluerint: Quod igitur fieri impossibile hominibus corruptis, hoc est ex accidenti nominis ex Adami peccato in cuius penam denegatur facultas ad implendum mandata. tract. theol. lib. 1. cap. 6. Id confirmat Beza Quidquid enim Deus, ait, ex natura obligatione obsequendi necessitas manet quod autem e nequi non potest id vitij

Hic accedit Albertus Grauerus magnus apud Calvinistas Formator auctoritatis, et famq; dicens: nullius pili est quod Pontificij vrgent, Deum non precipere impossibilia licet enim Sen homini, iam per lapsum Adā corrupto sit impossibilia, tamen ante corruptionem erat possibile lib. de lib. arb. cap. 18.

336. Gratanter ergo Iansenistæ omnes Beato facebuntur im potentiam ad implendum preceptum non provenire ex aliqua causa antecedente nostram malam voluntatem, sed ex ipsa mala voluntate, que peccantes in Adamo contraximus de bitum carenti auxilio sufficienti, et incidimus in dogmatismum, ac proinde, nobis esse imputabilem transgressionem precepti, quia nostra culpa vitium patimur et defectum potentis ad illud obrevandam. Hoc tamen dicere vetamus postquam Alex. VIII. damnavit dicens: in statu naturæ lapsæ ad peccatum formale et demeritum, sufficit illa libertas, qua voluntarium, et liberum fuit in causa sua peccato originali et libertate Adami peccantis, Libertas ergo in causa non sufficit ut actus subsequens sit capax meriti, et demeriti cuius ratio est.

337. Quando effectus secutus ex priori culpa nullo modo fuit proximus in causa, nec moraliter provideri potuit, non imputabitur ei ad culpam: quia effectus ille nequaquam voluntarius fuit, et in presenti casu carentia auxilij sufficientis, et impotentia inde suborta proxima non fuit maxime in peccato Adami. Quamvis homo culpabiliter inebrietur, dum tunc ebrius est, que tunc operatur peccata non sunt, si insurmountabiliter proxima non fuerunt. imo quamvis proxima fuerint in causa, iam tunc homo libertate carenti non sunt peccata, que ei ad novam culpam impari possunt. Unde si quis providit, se in ebrietate homicidium patraturum revera quando potum nem noxiam sumit, peccat contra iustitiam, et contra veritatem perantiam et cum iam ebrius est, et homicidium committit non contrahit novam malitiam: quid quid sit, an denominati fornice peccata, que est questio de modo loquendi. Hoc est doctrina Augustini contra faurum lib. 2. cap. 11. est que tanta Theodororum sententia, cuius obnoxia ratio est.

338. Quia tam impotentia, quam ignorantia invincibilis
pura legis, sive naturalis, sive positivae, sive sit peccati poena, sive
non, sive fuerit olim praevia in causa, sive non, sive scientia,
quam excludit sit natura debita, sive non; excusat hominem
à malitia formali: quia omnia haec sunt extra conceptum ma-
litiae formalis: evidens quae est, hominem inique puniri ob actio-
nem, aut omissionem, quae non potuit aliter facere, vel cum
nulla obligatio in mentem venisset: quae enim justior excu-
satio, quam non potui, non novi? ideo dixit ipse veritas: Si
non venissem, et locutus fuisset eis peccatum non haberent,
nunc autem excusationem non habent de peccato suo nempe
quam haberent, si non possent, aut si invincibiliter ignorarent?

339. Huius doctrine, summa fundamentum est
Axiom. Ethic. 3. cap. 1. omne obiective volitum est cog-
nitum, et ceterum, qui rem prohibitam facit, peccat, quia
voluntaria est ipsi malitia obiectiva, quam essentialiter
constituit prohibitio: ergo qui prohibitionem non novit, non
novit malitiam obiectivam, ergo nec eam vult, nec virtus
vitae quidem. ideo G. Pius V. Greg. XIII. et Urban. VIII. damnaverunt
hanc Baij propositionem. Ad rationem, et definitionem pecca-
ti non pertinet voluntarium infidelitas pure negativa,
in his quibus Christus non est praedicatus peccatum est.
quid plura? De fide est non stare peccatum formale si-
ne libertate indifferencia: quod Theologi contra Luxe-
rum, Calvinum, et Tamenium, et scripturis, concilij SS.
patribus et orthodoxorum omnium consensu latinissime de-
monstraverunt: et his vatis superque cunctis, quam-
vis per se, recurrem à Calvino contra Tridentini Pa-
tris expositionem ita facile adoprare.

340. Gavit in adversum Iansenius totis lacertis conten-
dens, necessitatem male operandi non excusare hominem
a peccato: quia haec necessitas provenit a culpa inquam libe-
re et sponte incidimus. Unde praecipue ex antiquioribus ait, esse
culpa reos, siue illud facere possint, siue non possint cogitare, et
oblivatione: quia homo in istam impotentiam sua voluntate
re lapsus est. lib. 3. de gra. Chri. cap. 14. de stat. nat. lap. cap. 15

hac tamen haurit a Calvino, qui lib. 2. inst. cap. 5. n. 1. ait Nego 131
peccatum minus imputari debere, quod necessarium est,
sed ex naturæ corruptione, non ex creatione esse, quod
homines peccato participari nihil velle ponunt nisi pec-
catum sequitur Theod. Bero in libell. 99. et resp. dicens Nec
enim necessitas excusat a peccato: Si quis vltro in eius
compedes se injicit, ita vero necessitas non est à natura,
sed à voluntaria lapsu.

3M. Quam inepta, et Deo injuriosa sit hæc doctrina?
demonstratur exemplo vexti, qui sua culpa sibi curia fregit, si vero
miserationis herus huic misero culpam ex animo remisit, et postea
juberet, ut celeriter curreret, et quia recte, et celeriter non currit,
illum severe puniret. Utique diceretur herus vexti culpam fidei con-
cedere, quia miserum senium non currere fractis cruribus, vel
nulla culpa est, vel certe indistincta à culpa, qua sibi curia fregit,
quam quidem Dominum condonare supponimus. Unde sequere-
tur, omnes Christianos, qui nati sunt amentes, et nunquam sui
compedes exciderunt, damnari ob præcepta non servata: sequere-
tur, Cæcum posse puniri, quia non videt, surdum quia non audit, mu-
tum quia non loquitur, quia omnia humane vitæ miseris,
haud secus, ac impotentia observandi præcepta, ex peccato hauri,
et in pœnam peccati poteri patiuntur.

3M. Cum igitur ex proxime concludatis aperte reprehens-
datur, plurimis momentis adherere Bero profligata doctri-
na, mirabitur lector de illius arrogantia, qua in solutis ar-
gumentis jactabundus exeat. Quis affirmare audeat, esse aliqua
præcepta impossibilia juri condantibus, et volentibus, secundum
vires, quas actu habent, quando singuli facerent, non aliqua
tantum sed omnia esse possible, non tantum juri, verum
etiam hominibus sceleratissimis, qui nec volunt, nec conantur? Quo
modo impossibilia dicuntur eadem præcepta juri, qui non deservunt
tun à Deo, subtractione gratiæ actualis, quando nobis facientibus,
nec impossibilia sunt improbis, quando his actualis sed gratiæ
subtrahitur? Dissimus Calvinum, et Janenium ad tenere præcep-
ta possible et in eodem sensu Bero procedere non obicit,
pulchre subdit. Abinvidis traductum fuisse Novitium tanquam
Janeniani erroris fauorem eo quod avertuerit non tempore

instante precepto, adesse juris sufficientem gratiam & po-
tentiam illud adimplendi. Hoc quidem Norisium docet, ha-
ret Calvinus, & Tamenius in quorum sensu admittuntur pre-
cepta possibilis cum Beato Norisium in superioribus osten-
dimus

Aug. Inven. dicit.
A. C. 2. pag. 125. & 126.

313. Maiori forte admiratione dignum iudicabitur post
effugium aliud suscipere a Beato compactum, quali cum stomacho contra
Anonimi vellicationes effugit: satis apparet Anonymum scientia
expertem, Theologorum tamen, atque salubri satyris levitatem: nam im-
petitia se perdit in carpendo superiorum doctrinam re libertate ad ma-
lum etiam sine gratia heverudo inferenda necessitate peccandi: quod
aperte demonstrat. Pace bona dixerim, si non demonstrat, mi Be-
ti, concedat in caput tuum. Adeo ergo, demonstrationem audea-
mus. Itaque, subdit gratiam non esse ad peccandum necessariam,
& absque illa habere hominem libertatem indifferentis; prin-
cipio ratio ipsa, & communis sensus ostendunt: propterea quod
producta ex nihilo rationalis creatura ad malum semetipsa
sufficiat, nec ullius fulcra, & adminiculo indigeat, ut cadat, ac
se se deiciat in precipitium. Per pulchra demonstratio! concedo
libens antecedentis doctrinam, ex qua nullo vel levi ratio-
nio concluditur assumptum: ex antecedenti quippe proxus in-
connexo, & indifferenti male consequens illabitur. Attende
attende aures. Stante gratia adiutorio essentialiter requiritur ut in-
quit Anonymus, in homine operante malum, & gratiam
reiciens, vera est ratio tua, & communis sensus, quod crea-
tura producta ex nihilo ad malum id se sola sufficit, cum
gratia illa reiecta nullatenus influat in nequam operatio-
nem, nec vixit ad malum praestet: & tamen malum provenit
ab homine habente gratiam. Ergo creaturam se sola suffi-
cere ad operandum malum compatitur cum eo, quod gratia
sit necessaria ad potentiam peccandi; perperam igitur infer-
tur, gratiam non esse ad peccandum necessariam ex illo an-
tecedenti, ubinam demonstratio promissa? Apertius Anonymus dicta
tua in te conatque ad rem videret exclamare. Vide modo
in rationando hebetudinem.

314. Pergit in super ad alia Mag. Beati Praeterea inquit
complexum est, Theologos plurimos, ac protestantissimos, quos essent

Cap. 8. pag. 280. recensuimus, de negare obduxatorum plebis,
que auxilium sufficiens: et nihilominus nemo adeo in
sapiens est, ut paret obduxator illor necessario ruere
in peccatum; nemo deo impius ut non exprobetur
blasphemiam hereticorum illam peccandi necessitatem sta-
tutaminum, latissimam! Quid inde? Accipe Noxi-
sianum illud et Plauto. Pango ad alios, venio ad alios,
de inde ad alios.

Tria Res.

Sibi modo aperte demonstrandum incumbit videri,
re precepto quod calide simulas dari posse absque gra-
tia veram libertatis indifferentiam, quod hucusque non
provocari; imo nec provare poteris, obduxatum illum ven-
gente precepto posse sine ulla vera gratia vel proximae
vel remote sufficienti vitare peccatum. inconcussa etenim
est omnium catholicorum sententia et D. Augustino ne-
minem peccare in eo quod cavere nullo modo potest,
atque urgente precepto nullo modo sine gratia ali-
qua cavere potest transgrediens: Ergo nec obduxatus
sine gratia aliqua superna vitare peccatum. Mi-
noxis veritas patet. Nam ut sileam, in eo juxta Augus-
tinum ex parte Pelagium, quod auereret liberum arbitri-
um in natura lapsa se solo sine gratia ad non peccan-
dum sufficere [Quod si ita est, inquit Augustinus nullus] Epist. 186. C. 10.
locus adiutorio gratia, Terentiana, sine qua nos dicimus ad
non peccandum nihil voluntatis arbitrium valere. Evi-
dens est in casu urgentis precepti, non esse vires nati-
vae hominis sufficientes ad obediendum precepto super-
naturali. Qui enim fieri poterit quod actus naturam
superans ab homine suis felices viribus potatur? iam
si actus precepti non ponatur, cum precipitur, quid
erit, quod transgressio aut positiva, aut saltem nega-
tiva non sit? patet igitur obduxatum hominem, dum
urgetur precepto, imbellem esse sine adiutorio gratia ad
transgressionem vitandam.

345. Nec move me danti.

Uum quod favora congerit Danti loco proximo

laudato ubi data opera conueniunt et vincere ex Diono,
zato Journely, et Cleo Gallicano in explicationibus
ad constitutionem vigenitius temere de errore cau-
sari opinionem negantem et dicitur, et obduratis
auxilium sufficiens gratis divina. Perque que letabur-
us in hac verba. Auditis iam Journelium fatentem
Catholicorum plures negare esse necessitatem peccan-
di, se peccata singula possint vitari virtutibus et
si adit solo libertas conuersionis, non conuersionis
tū. Cum itaque hoc duo ante evidentissimum vit in
ea 3^a propositione doceri, quare me non eris Catholi-
cis sed Tamenianis iniquis accusator accernit. Do-
ctorem ex Anonymi ratiocinio illud quare et
ut puto verissime s. Julia est bene Journelium eo loca
obseruat. Potest quidem homo naturali virtute singu-
la vitare peccata, si sermo sit de fuga peccati per
simplicem, ut diuina actus suspensionem, seu negatio-
nem, si nempe nullum viget preceptum ad aliquid
faciendum vel omittendum, et nullus sit error
hominis contra quo vitare peccatum declinare.
At si preceptum viget, vel contra homo fugere
peccatum, sola non sufficit naturalis virtus: Quae
hic à nobis dicta sunt, de verba Journelij vel ipsi scho-
la Thomistica iniquiores Theologi docuerunt post. S.
Thomam nonnullas hic appellabimus. S. Thom. 3.
p. q. 68. ar. 1. in corp. et q. 24. de verit. ar. 11. Bar-
nec. 4. par. q. 23. ar. 3. Aluarez lib. 11. de aux. d. 112
Ledesma Fr. de auxil. q. unica ar. 6. Medina 12^o q. 103.
ar. 10. Hugon Cabozudo 3^a p. q. 86. Lumel. 1. p. q. 23. ar. 3.
Cabrera 3. p. q. 18. ar. 1. Ecce 1^m quare. Anonymus de
se loquitur vigente precepto; quo in cau nemo sat-
Catholicus negat penitus homini vel obduratissimo
gratiam ut possit à peccato recedere. Do quare alie-
rum. Certissimum est, Catholicos per paucos negare
obduratis plerisque sufficientiam gratis, quam ob-
culpam ipsorum praecedentem demeruerunt. Sed
non minus certum est debet nullum Catholicorum

absolue docere; nos pax iustos et iniustos, habere ¶33
liberum arbitrium ad malum sine gratia, eo quod
ad hoc, vel illud malum non sit voluntas determinata,
nata; quod cum de sine exceptione, vel limitatione
aliqua doceatur lib. 18. cap. 8. prout scilicet omnes omnino
homines includit, tam in vigentia precepti, quam
cum conatur vitare peccata: iustissime, et rectissime
extra Catholicas scholas ab Anonymo amandaris au,
de iuris definitio Ecclesia, nunquam illis deene gra-
tiam ad mandata facienda esse obligantur.

Parag. 1.

Potestas remota preceptis adimplendis à
Noisio et Berto tradita
reprobatur.

313. Contra Coisij ingeminata et cla-
rissima documenta probare tentat Berti illum
aperte adituere gratiam vero sufficientem, et in
ea potentiam remotam faciendis mandatis. Nec
remota, ad rem suam intentus quod Nois-
ius, tam fidelibus, quam infidelibus, plene deneget
vigente precepto potentiam proximam orandi, in
qua ab ipsomet Coisio remota potestas convicitur
tux. Neque fidelis habe in singulis momen-
tis vigente precepto, potentiam proximam orandi.
Neque in memoriam recitat gratiam remotam
à Coisio inducam, aliam non esse quam debilem
remotam et certo invalidam ad precepti implemen-
tum, ac propterea insufficientem. His vero improprie
tam sedem missis insurgit gravis difficultas contra
Bertum, et Noisium, quam breviter propono.
Præter, vigente precepto, omnibus ratione potentia
remota illud adimplendi: sed præter potentiam

terrota ad implendum præceptum, est potentia proxima
ad orandum, ergo vigente præcepto omnibus datur
potentia proxima ad orandum. Sed potest potentia
proxima contrahi per gratiam efficacem: ergo
omnibus vigente præcepto datur gratia efficax ad oran-
dum, quod est aperte falsum, sequeretur enim om-
nes, qui præcepto vigente orant, omnes impetrare
gratiam uberiorem, & nullum præceptum
violari.

344. *Gratias modo solvendo tenet vobis*
Bexii. Sic scribit: Mens Emin. Scriptoris, non est,
ad orandum non esse necessariam gratiam in inchoatione
sua efficacem: sententia Nozii est: gratiam illam que non
est proxime sufficiens ad implenda præcepta, esse proxime
sufficiens ad orandum scilicet ad impetrandam uberiorem
gratiam qua possint impleri: in sententia quæse nos-
tra eadem gratia potest esse efficax respectu unius
actus, & sufficiens tantum respectu alterius. Hæc ta-
men nihil conferunt ad argumentum, & subicit difficul-
tas quia stat optime, eandem numero gratiam esse
efficacem respectu unius actus, & tantum sufficiens
respectu alterius: stat etiam quod gratia que tantum
est sufficiens respectu adimplentionis præcepti, sit proxime
sufficiens ad orandum. Sed reddidit argumentum.
Pate omnis gratia proxime sufficiens in natura lapsa
est efficax, ergo qui habent gratiam proxime suffici-
entem ad orandum, habent gratiam efficacem ad
orandum, & consequenter omnes obstricti præcepto
orant, & uberiorem gratiam impetrant ad implen-
dum præceptum.

345. Statim variat Bexii dicens. Requirit delecta-
tionem victricem ad orandum, docuit Augustinus: stat
sine delectatione victrice potentia ad orandum, ac-
non conjuncta cum actu, sed potentia non, potest
nis, seu possibilitatis: hoc est ludere terminis &
verba fundare: quia potentia non positionis, seu

possibilitatem ad orandum, & potentiam non conjunctam cum actu, 134
non est potentia proxima ad orandum, hæc enim juxta Ber-
tum & Noxium est efficax ad orandum, ~~hæc enim quia~~
juxta ipsos nulla datur gratia proxime sufficiens, quæ
efficax non sit: novum ergo genus gratiæ efficaciæ a Ber-
to inventum est huiusque inconspicuum scholis, nempe
gratiæ efficaciæ non conjunctæ cum actu non positionis, &
solummodo possibilitatis.

346. Inixtio: Con negant Augustiniani juris
antequam superbia implicati Deum deserant, sufficiens au-
xilium ad orandum. Ecce jam loquentem, non de gratiæ
proxime sufficiente ad orandum de qua tantum est questio,
de illa nempe, quæ juris non dum superbia implicatis à Deo
illis ministratur, ut possint implere præceptum: agnovit tamen
Domi difficultatem, & virtutem qua potest, quoque modo pro-
vixæ. Sic reperit Quamvis Noxius palam, & aperte
tenetur hominem urgente præcepto posse & debere ora-
re pro impetranda gratiâ ad implendum præceptum,
id intelligendum est, nisi ponat obicem homo, suo que
vitiis, ea potentate proxima ad orandum provixæ. in
calum. subl. 8. 1. col. 30A.

347. Noxius non semel absolute docet
omnibus iuris urgente præcepto dari gratiam proxime
suffICIENTEM ad orandum: nunc eandem potentatem limitat
ad eam qui juris non superbia impedimentum apponant.
Sed ~~non~~ istam restrictionem admittent, si apponit limita-
tio sufficeret, ut se à comminatione exprimeret. Ratio est. Quia in
calum. sublata col. 30A. Rejicit potentatem remotam orandi dicens.
Manifestum est potentiam ad orandum debere esse prox-
imam, sive injuro, sive fideli: Nam si fidelis sit impotentia
remota ad orandum, non habet ei aliam potentiam remotam
pro impetranda oratione, aliam procederet in infinitum. Sic
respondet Noxius quæsitio: Num homo jure urgente præcepto
habeat potentiam proximam ad orandum? cui affirmative respondet,
ut videtur procerus in infinitum, semel admisa potentate remo-
ta ad orandum, hanc tamen manifeste admittit: quia potentia non po-
nendi obicem potentari proxime orandi, est potentia remota ad orandum;

etenim potestas remouendi superius impedimentum est potestas imperandi
di potestatem proximam orandi.

318. Operare laborat frustra tamen ut
has solutio constat. Sic videtur: Ad implendum præceptum tria
ita concurrunt 1. notitia præcepti 2. aliquod desiderium faciendi
præceptum, 3. actus intellectus quo quis iudicat proprii viribus
se non posse, sine. gratia Dei præceptum implere. Ut quis sit,
aut, impotentia ad orandum pro impetranda gratia efficaci
ad implendum præceptum debet prius credere, illud sibi præ-
cipi à Deo. Hæc est prima conditio. Præter hunc actum fidei,
quo creditur Deo iubenti requiritur actus dilectionis in volun-
tate quo homo desiderat præceptum eseguire. Hæc est secunda
conditio. 3. Conditio: præter hos duos actus requiritur ~~etiam~~
actus intellectus, quo homo cognoscit se non habere vires ad
exequendum mandatum, suamque infirmitatem edocuit, ut duo-
rum præcedentium contraxerit impotentiam proximam ad oran-
dum. Si vero homo iudicat, se posse sine oblationi auxilio Dei
mandatum implere, penit obicem orationi, nec est impotentia
proxima ad orandum.

319. Hæc quidem structura prolatoria est &
pluribus aduenit ipsa motu Noxiis. in primis illud iudicium,
vbi quo credit homo, se posse sine oblationi auxilio mandatum
implere, locum non habet in sententia Noxiij auerentis ibi-
dem: Actus quo homo infirmitatem suam cognoscit est
naturalis, et experientia cognoscimus... actus quo nostram
infirmitatem, id est privationem potentis proximæ expe-
riente cognoscimus faciendi præcepti, experientia, et euidencia
naturali absque ulla speciali auxilio cognoscitur à nobis. In
Noxiis suam machinam auerentem. Nam si expe-
riencia, et euidencia cognoscit homo se non posse implere
præceptum. quomodo stat iudicium de proprii viribus ad im-
plendum præceptum? quo pacto distinguit se habere vires
ad faciendum mandatum, et simul euidencia cognoscit
suam infirmitatem, et vitiis defectum?

320. Præterea et utroque latere Machina vis
ponere vacilat: auerit enim: Tunc primum accipere

hominem gratiam ad orandum, cum iudicium illud erroneum 435
deponit. Hoc propositio, si noxio credimus aperte fal-
sa est. Nam prima conditio est iustitia precepti. Secunda
est desiderium faciendi mandatum: in hoc desiderio con-
stituit Noxius gratiam proximè sufficientem ad oran-
andum. Contra et Dezmannus XIV. ubi de hoc desiderio ait: per
illam met gratiam habere hominem potentiam proximam
orandi: et rationem exhibet dicens. Profecto gratia illa (de-
siderium) quæ est sufficiens ad amandum, est proximè
sufficiens ad orandum, cum facilius sit petere quam ama-
re. Et quo sic arguit. Petere, desiderium faciendi mandatum
est gratia proximè sufficiens ad orandum; sed petere desi-
derium presupponitur ad iudicium erroneum de proprii viciis
bus: Ergo falsum est, tunc primum accipere ius gratiam
ad orandum, quando iudicium illud deponit: minor est Noxi-
sij dicentis Ni duorum actuum precedentium, nimirum ne-
ritis precepti et desiderij illud faciendi adjuncta cognitione
proprie infirmitatis tunc primum accipere ius orandi
potentiam; quomodo Ergo in desiderio precedenti accepit
proximam orandi potentiam?

351. Argumentum 2. Ius petere
acquirit potentiam proximam orandi, si libere superbi-
am vitat: nisi ponat obicem suo que vicio ea potentia
proxima privetur. Ergo non habebit orandi proximam
potentiam nisi prius habuerit gratiam efficacem
ad vitandam superbiam. hoc notum est: quia sine
gratia efficaci non vitatur superbia et sine vitat-
tione superbis, non datur d. Noxium potestas proxima
orandi: Et quo manifeste recidit difficultas. Quia
homo certe non habuit proximam potesta-
tem orandi, pro impetranda proxima suffi-
cientia ad vitandam superbiam: ergo libere
apposuit obicem illi gratiæ: in hoc ergo impedimen-
to libere apposuit vitari queritur: Nunc proximè
potentia libere vitare illud, et sic processus in ins-
firmum quem ac vitare amica statuit. Manifestum
est gratiam ad orandum debere esse

proximam, ut videtur processu in infinitum. Huius
argumenti vis et ratio roboratur, quod sine gra-
tia non potest dici actus, qui sit positiva dispositio
ad obtinendam gratiam sufficientem, sive ad
orandum; sive ad implendum preceptum, sive ad
vitandum superbia impedimentum.

352. Ab errore Jansenij damnato in
Annaldi propositione recedere contendit dicens
Annaldum fuisse damnatum, quia cum Jansenio do-
cebat: Petrum presumpsisse, quia deservit fuit à gra-
tia efficaci sine qua non potuit orare, cum sine
adjutorio quo nemo orare possit; Noxi vero, e con-
tra ait: Petrus deservit fuit à Deo, quia presump-
sit, quia deservit fuit de suis viribus; non vero presump-
sit quia deservit fuit. Deus Petrum de suis viri-
bus presumptentem deservit; non vero presumpsit
quia deservit fuit.

353. Contra tamen ait: quia Annaldi
propositio damnata fuit in Jansenio dicente: Hoc
enim D. Petri exemplo et alijs multis mani-
festum est, qui tentantur supra id quod sustineri
possunt. lib. 3. de grat. Chri. cap. 13. unde intulit
Annaldus. Deservit Petrus tentatio gratia, sine
qua nihil poterat: quare si Annaldus enun-
ciavit cum Jansenio asserens D. Petrum nihil potuisse
se sine gratia efficaci potius corrigendi sunt,
qui asserunt D. Petrum oratum non saltem gratia
efficaci ad vincendam tentationem, sed etiam gra-
tia proxime sufficienti ad petendam gratiam, quod
vinceretur, imo et gratia proxime sufficiente
ad removendum superbia impedimentum, sine
quibus verisimile est D. Petrum privatum fuisse
potestate etiam tentata et fortissimè vincenda
tentationi.

354. Dicitur verum et D. Petrum non habuisse gratiam proximè sufficientem vincendæ temptationi, neque proximè sufficientem ad orandum, hæc tamen oratus fuit, sua culpa quia præsumpsit: optime: Peccat D. Petrus oratus fuit gratia proximè sufficiente ad orandum vincendam temptationem, et etiam gratia proximè sufficiente ad orandum et simul privatus fuit gratia proximè sufficiente vitandæ presumptioni: Quia non oravit privatus fuit gratia proximè sufficiente vincendæ temptationi: quia præsumpsit privatus fuit gratia proximè sufficiente ad orandum: nunc ergo: ob quam culpam privatus fuit gratia proximè sufficiente vitandæ presumptioni? ob quam culpam oratus fuit gratia proximè sufficiente ad vitandum irremediabilem superbia, ea fuit gratia proximè sufficiente ad orandum pro impetranda gratia proximè sufficiente ad vitandum irremediabilem? insuper quaero: An gratia requisita ad vitandam presumptionem, sit dependens ab omissione alterius actus, qui foret, si existeret, omninè conferreretur gratia proximè sufficiente presumptioni vitandæ, vel non? Si non requiritur, cur eam requirit ad potentiam proximam orandi? Si requiritur eadem sit interrogatio de gratia requisita ad omittendum prædictum actum et sic ibimus in infinitum. Quanta in hæc inconsequencia libet Notariis? Satis superque demonstratum est.

355. Insuper aliena difficultas, a qua Petrus non se solvit et sperat sic eam ipse Notarius exponit Cap. 2. fol. 283. In sententia Notarii iurium potentate proximè et sperat iuratur, non propter ullam procedentem culpam, sed propter solum peccatum originale et quid ergo, si gratiam accepit non privatus potentate proxima implendi præceptum propter culpam omissionis orationis? ac quid requirit ad peccatum Ad?

modo Catholicis tam esse? Respondet suo
more Cominus, arguente operas et insi-
tactam difficultatem relinquens sic enim loquitur.
Via simplex et bonus simulat se nonne quod
est Augustino et SS. Patribus omnibus innoveris:
Nam nullus ignorat, ex peccato originali humanam
naturam duo vitia contraxisse, ignorantia videlicet
et infirmitate ex quibus veluti fontibus om-
nia peccata derivantur... hoc penalis infirmitas
nihil aliud est quam privatio virtutum, quas ha-
buit humana natura ante peccatum ad servan-
dam legem: cum igitur certum sit homines infirmi-
tate, atque hanc penalem vitiositatem ex origi-
nali peccato fuisse derivatam. Nunc Novitius
scripsit: Reprobos etiam justificatos, habere hanc po-
tentiam proximam privationem ad perseverandum,
que privatio non est pena personae, sed penalis,
ut loquuntur Theologi, toti humanae naturae in-
flicta; verum reprobos justificatos habere potesta-
tem proximam ad orandum, cum orat præcep-
tum est anathematis Novitii demonstravit. Sic
Novitius verbis que ad rem non conferunt pro-
fuit argumentum declinare conatus.

356. In primis cum questio sit de potesta-
te requisita ad implendum præceptum in-
ducit reprobos justificatos, quasi de ipsi singulari-
tim controversia veretur. 2^o Reprobos justifi-
catis concessit potestatem proximam expeditam
tam ad orandum absque ulla limitatione,
ad implendum præceptum cum respectu jus-
torum induxerit limitationem proximam agi-
tatum. 3^o Concessit præterea reprobis justifi-
catis

absolute, cum præceptum vigeat, gratiam efficacem ad omnes 137
sum, quæ quidem iuxta ipsum efficax est. A. Inducta
distinctione incedit penam et penalitatem, et incedit
penam personæ, et penam toti naturæ infligendam,
animos alio auocare, et lectorem illudere tentat,
ne rerum varietate interjecta inopiam solutionis
percipiant.

357. Cuiquam arguens ignorare po-
tuit esse originali peccato humanam naturam
ignorantiam, et infirmitatem vitia contrahere: nec
ignorat Noxium, cum aserit esse his duobus fonti-
bus derivari omnia peccata, quæ in natura lap-
sa perpetrantur, viam Iansenianis ostendere, ut
immutantur in aseritione supra rejecta; nimirum:
Augustinum in sua definitione peccati tantum com-
prehendere individuum peccati Adami, non vero ca-
teræ humanæ naturæ peccata; quia sunt pena pecca-
ti, et juxta Noxium, peccatum simul et pena pec-
cati, consequenterque Augustini dictum: Homo pec-
cat in eo quod vitare non poterit, tantum habere lo-
cum in natura integra, non vero in natura lap-
sa, quæ est status penalitatis: Status igitur, aut Ians-
senius in quo non libertate faciendi boni, sed ne-
cessitate faciendi mali, peccata perpetrantur est
penalis de supplicio libertatis peccati impositum... quia
sunt voluntatis libere in causa sua, quæ ponam illam
cecitatis, et imbecillitatis accersit lib. 4. de lib. arb. cap. 22. Ex
eo etiam iuxta Iansenium ignorantia, et infirmitas est
proprie pena peccati originalis et ex his fontibus
omnia peccata personalia suboriuntur.

358. Distinctio igitur penalitatis a pena
parum aptè inducitur a Noxio: Natura
quippe humana, prout primitus a Deo interta

in sua prima conditione non fuit penalitibus
obnoxia: unde cunctæ quæ patiuntur penalitates, quæ
quidem etiam essent penalitates in pura natura,
et non pœnæ: quia pœna statim talis culpam supponit
nunc in natura lapsa, quamvis sint in ipsa natu-
ra residuas, vere vocantur pœnæ; Neque obistere
potest Nozius, qui pœnam absolute pronuntiat in
firmittatem naturæ humanæ consistere in priva-
tione gratiæ proximæ sufficientis, hanc quæ privati-
onem pati homines, pœcepto urgente, in pœnam
peccati: quo ergo pure contendit nunc Nozius,
non esse pœnam sed penalitatem, hanc quæ non
esse propriam personæ, sed naturæ? Dum vero
Nozius ait, infirmittatem esse Adami peccato
contractam, nil aliud esse quam privationem vi-
rium, quibus humana natura favebatur ante
lapsum ad observandas leges: Loquitur ut aseret
in glo. Certum est, inter vires Adami callen-
tas ante lapsum, numerari adiutorium sine quo
non. Rogo. An velit Nozius, cum calbino et
Sanenio cuiusmodi vires denegari hominibus lapsis
in pœnam peccati? id certo persuadere videntur omnia
hæc tenus producta documenta: nunc vero resolvendo argu-
mento, quo pœnitentia inutilis esse, quæ ob ipso imperantur
ostendamus

359. Argumentum ergo viri sim-
plicis (non venati, ricatis aut dolore) clarissimum est,
nimirum: Homo, dum pœceptum viget, habens
potestatem proximam orandi, in sua manu habet
acquiescere per orationem, potestatem, proximam im-
plendi pœceptum, sed in ac privatione consistit in-
firmittas, et defectus virium et peccato sub-
ortus, ex quo in suo arbitrio habuit removere
infirmittatem, et defectum virium quem
non aufert, quia libere omnino orare. Et iam

argumentum. Si homo, propter culpam omissionis orationis
privata sui potentia proxima ad implendum preceptum, ut
quid recurrens ad culpam Adam, à Catoine concilio Tridentini
Canonis excoꝛnatus? Si in causa proxima est actualis culpa, ob
quam homo privata potentia proxima ad implendum manda-
tum, cui recurrens ad peccatum originale iam remissum? In hoc
argumento verba dicit, quæ magis impediunt, quam solvunt
difficultatem, imò quæ novo rubrici locum aperiant.

360. Novimus Sanevitam non aliter insidere, dicitur:
est quædam infirmitas carere potentie proxima ad vincenda
temptationes. Scimus eundem, non venientibus adversarijs, do-
cere, solam gratiam victricem sufficientem esse ad sanandam
infirmitatem ex Adam culpa contractam, cetera quæ adiutoria
proxima esse inutilia, et inutilia, proprieque solam gratiam effi-
caciem vocat medicinalem. Scimus ex Adam peccato amittamur
hinc omnem gratiam supernaturalem, hancque naturæ legem
ex merito Christi ministrari. Scimus omnes libertatis bonos
reperire abnactum, vocari medicinalem, aut sanativam gratiam
illam, quæ victricis nominis; Hoc tamen statutum præ se re-
dicendum est. Quia omni gratia, quæcumque sit, ex Christi
merito derivata vere est, et dici potest sanativa, sive sit pro-
ximè sufficientis, sive proxime sufficientis, et merito excitans, hinc
etiam cooperari possumus in novam salutem. Gratia operari
liberum arbitrium prævenit, et movet, quia Deus illam infun-
dendo voluntatem hominis sanat, et præparat. D. Bonavent.
in 2. dist. 26. q. 6. art. 4.

361. Nec obviare valet consequentia ad sua principia No-
xius. Et enim iuxta opinionem, gratia, quam vocat memoratam
infirmiorem ex Adami vulnere contractam sanat, quia ad-
mat per gratiam remore sufficientem auferri omnibus neces-
sitatem peccandi ex Adami peccato rebortam: auferat ergo in-
firmiorem, qua nulla recedit. Caplogici, qui velut cum ortho-
doxis loqui asserere debet, per gratiam remore sufficientem
hominibus impediti, qua possunt removere infirmiorem, in
privacione potentie proximie ex peditur consentientem. Sed
contra peccato Adami iam remio, ut Noxius contendit, sed
pravæ actuali hominis voluntati, culpabiliter recusanti coope-
rationem gratie sufficienti adscribendus est defectus virtutis
et privatio potentie proximie ad implendum preceptum, hac
vique proxima potestate fueretur homo, si voluisset divinæ
excitati gratie consentire.

362. Bellius plane docet, unquam gratiam vicariam sub-
venire posse infirmitati contractæ ex Adæ peccato, et quæcumque
alia gratia insufficientem ab ipso repulsa. Sic scribit Gratia effi-
caxo salvatori a nobis statimque dicuntur, ut infirmitati
per peccatum relicte succurrat; scilicet ex Adæ peccato Con-
cupiscentia nata est, que nos numero ad peccatum inclinât, ad
illicitum trahit, ad malum compellit, urget, atque ineluctabili
pondere voluntate nostræ, sibi relicta subdegnoni potestate dein-
cit, eiusmodi malo, ut occurreret... talem gratiam nobis
conferre, que efficacissime nos virtute contra rebellem concupi-
scenciam armaret De stat creat. nat lib. 2. Cap. 32. CW

unicam gratiam efficacem a Deo, iuxta Belli, naturae lapsu 439

concessam, et ab ipso, tanquam insufficientem gratiam à Victore
divinam: quod Jansenius præcipue includit verbis dicendo:

Navitatem, qua fiat, ut diligamus Deum esse veram, et unicam
gratiam adiutorij medicinalis Christi tom. 3. lib. 5. de grat.
Christi cap. 4.

363. Petri Bellium excusare conatur dicens: illum
tantum docere cum Tridentino concupiscentiam nos ad ma-
lum inclinare, et plura ad id tradendum ex Augustino ter-
minonia congerit, in quibus S. D. gratia potentiam, et con-
cupiscentia vicia ponderat; at vero Augustinus Tridentinum
neque Augustinus dicunt cum Bellio, quod concupiscentia
voluntate nostra compellit inclinabili pondere ad malum
nec unquam docent, solam gratiam efficacem tribuere potes-
tatem succurrendi infirmitati per Adam peccatum à natura
contracta; hoc Jansenianum absurdum est.

Dixit A. C. 3. p. 175.

364. Insuper Petri Bellium præter gratiam effi-
caciem admittere gratiam sufficientem ad implendum præceptum.
Edixerat, amabo, Petri quomodo gratia ista, ab ipso etiam
admitta, sit gratia vere sufficiens ad implendum præceptum,
et tamen sit inepta, et invalida ad implendum præceptum? Resp
Petri: Bellium admittere in natura lapsa gratias divinas
ab efficaci, quas vocat gratias possibilitatis. sed hæc sunt phrasæ
idem significantes quas pudet toties inculcare, et velle. Di-
cimus ergo gratia possibilitatis nil aliud denotare nisi gratiam
que dat posse, posse vero quod dat, iuxta ad veraxior ad

implendum præceptum, non est minus, quam posse, quod habet
gravi ad videndum. Rogo. An scio dicit Petrus: Hic homo
potest implere præceptum, sicut cæcus potest videre?

365. Respondet: Verum esse, eiusmodi gratiam, non posse con-
cupiscentiam validiorem superare, atque etiam verum esse
non posse implere præceptum, quin prius concupiscentiam vincat
hæc tamen impotentia est tantum relativa, non absoluta, quia
absolute potest voluntas illa inflexione gratia munita præceptum
adimplere: et cum sibi obijciat. Hæc eadem est sententia
Janenij, qui non ait præcepta esse absolute impossibilia, sed esse
impossibilia secundum præsentem quæ habet vires, hoc est
comparativè ad maiorem vires concupiscentiæ Tom. 3. lib. 17. c. 3.
pag. 374. Quod respondet: Si vellet venustatem carnis contra
Janenium definitam sincere profiteri, deberet avertere; Præ-
cepta esse possibilia iusti, etiam relativè ad præsentem concupiscentiæ
vires, quibus iustus utitur præcepto præmittit. Lon-
gè vero ab hoc asserto respondet, se agnoscere in illa gratia pures-
tatem ab operatione sejunctam. Gratiam illam sufficientem
ab operatione sejunctam agnoscimus etiam involuntate parva
et invalida. ibid. non aliter Sprensi.

366. Unam ergo Petrus inter, et Janenium dicimus
in eo utrum sit, quod Janenius gratiam parvam, et invalidam
vocat insufficientem, Petrus vero eandem appellat sufficientem;
ambo tamen in eo conveniunt, quod gratia parva in conspectu
superioris concupiscentiæ est impotens relativè ad implendum
præceptum, nec posse in conspectu validioris concupiscentiæ

mandatum exequi: hanc impossibilitatem relativam vocavit 140

Gravesonus, cum alijs radicem Systematis Janseniani. In hac
impossibilitate relativa totius Janseniani Systematis, quasi medu-
llam, et ultimas veluti fibras, ac radices reconde subinde que
si velis cum Jansenij discipulis instituire conversationem
debes per oculos semper habere capitalem illum Jansenij, cuius
que discipulorum de impossibilitate relativa errorem. Et merito
cum una omnium theologorum vox sit, ab ea relative vic-
tici delectatione totum Systema Jansenianum orti.

Sed vero quamquam ore tenus gratia illa parva. Suf-
ficiens alicuius a Deo, nequam quidem a Jansenio dicitur.
tum quia etiam sufficiens a Jansenio appellatur: non ne in 1.
propositione damnata supponit Jansenus velle, ac conari secun-
dam praesentes vires gratiae? Ergo agnoscit absque gratia effi-
caci alicuius ex parva gratia bene agendi potentiam. Sed
clarius lib. 8. De gratia Christi cap. 8: Sub motione delectatio-
ni vicium agnoscit perfectissimam peccandi potentiam: Ergo
ab opposito sub praesente validiori cupiditate concedere necesse
est bene operandi perfectissimam potentiam. Unde Paulus Stru-
neus Jansenij discipulus, si quis alius, testatur dicens. 2.
an 5. ex mente Jansenij: quod Iustus propter intentionem faul-
tae bene agendi, etiam actuali, si vult et conatur. Cum prae-
cipue. In Jansenio Lib. 3. De gratia Cap. 1. aperte pro-
nuntiat, se solam Molinianam, ut vocant, seu venabilem Ac-
tuali gratiam sufficiens, non vero Thomisticam quam Al-
varez, Turrel, Navarrete &c. admittunt; imò addit

quod Augustinus fontem eadem gratiam non difficile admittet.
Propter hoc idem Paulus Insuper distinctione 6^a non dubitavit
asserere. Ex Jansenio Concedi potest gratiam nonnunquam ca-
nere eo effectu ad quem destinatur voluntate Dei antecedente.
Sed clarius lib. 8. de gratia cap. 20. dicit Jansenius. Item ad
modum, qui sub gratia ad opus bonum determinante Operatur
simul etiam peccare potest, ita quoque e converso, qui sub
gratia destinatur, sive fidelis, sive infidelis, et peccandi temerari-
tatis quatenus potest bene facere. Audin tu Beati? Nonne
etiam a Jansenio parva illa, et invalida gratia potest sufficien-
ter appellari?

Placet Suraum in Jansenium auctorem audire, qui
ne de hoc diutius dubitemus, pravam putam Pelagianam doc-
trinam in aperto tanquam Jansenij genuinam collocabit. Sam-
bovius hic ille est Regius olim Parisiensis Professor, qui a Pau-
lo Insuper via notissimæ excommunicationis, probricari, et syncretismi
nominatus, atque Augustinianæ doctrinæ addictissimus, qui eme-
lentius sensum Augustinianorum aperuit. Latere precor doc-
trinam Beati, si inter huius excommunicationis viros annoveratur.

Tract. de Gratia anno 1651.
editio. sup. 5. art. 6.

Nunc tamen audi oraculum doctrinæ, quam summi. Sic
ignis affatur. Legitima est divisio gratiæ voluntati propriæ
status naturæ lapsæ per Christum D. reparatæ, in gratiam suffi-
cientem, et efficacem, si per gratiam sufficientem intelligatur gra-
tia parva, ea scilicet, quæ cum sit efficax eius effectus ad quem
proximè ordinatur, et quem Deus absoluta voluntate non intendit
non est tamen efficax eius effectus ad quem Deus absoluta

141
voluntate non intendit, et ad quem ordinatur quantum est de se-
tum subdit. Gratia quae parit desideria parva, et imbecillior
dat voluntatem, licet sit efficax ratione huius effectus, est tamen
sufficiens respectu ulterioris effectus, quia quod cum non ponat
non est defectus virtutis, quae de se habet omnia quae requiruntur
ad effectum illum ponendum; sed ratione renitentiae subiecti.

Hic dubio procul Noniana, Belleliana, et Per-
tiniiana cum sint, videant quibus, an satis à Iansenianis disce-
dant, qui Catholicos se sactant, et videri volunt. Num quia
sufficientem gratiam parvam illam adpellant Ianseniani prop-
terea ab errore immunes sunt? Minime. Quare? Quia gratia
haec sufficiens adpellata relative ad superiores concupiscentiae gra-
dus actualis non potest eam vincere, quantumvis, vel minimus gra-
tis gradus absolute sufficientissimus sit: ideoque quantum ad
vnum, et Exercitium boni operis perinde omnino est, ac si nullam
agnoscerent. Dicam porro magis. Augustiniani an aliam
ab ista sufficientem gratiam agnoscant? Quos si non aliam,
immerito quocumque se vertant, à censura theologica
immunes evant: nec tam atrociter conquerantur, quod à
Caeteris theologis inter Iansenij discipulos idemidem ab-
cipios numerentur. Quod ut evidentiis pateat, de gratia
ea parva, et invalida, quam totis viribus praedicti Augusti-
nenses defendunt, paulò sumius dixeremus.

De Gratia parva, et invalida Novisiana
à Belleti, et Betti mordicis adventa.Parag.^s 1.^sIn hac adsttuenda Jansenio, et Quernello
Conformamur. ~~~

368. Anchoxa Sacra, quam ex Augustino ad Calvinum memens interpretato, Jansenij milite, ut se ab Ecclesiz fulminibus evasaret, arripuit, est gratia parva; Nec id abutior præteritis Novisium, huiusque juxtam vindices. Illi vero, qui contra Augustinam, et Tridentini canones, nullam præter victricem in natura lapsa gratiam vere sufficientem agnovimus, alteram gratiæ speciem mediati sunt, quam exilem, remissam, parvam, et invalidam vocant, eaque semel satibiliba superciliosè garriunt, hanc esse veram gratiam sufficientem Augustinianam, verum auxilium remotum, et adiutorium sine quo non. Hoc munus confecto adiutorio inflatis buccis incipere non cessant, quasi per execrandam imposturam velos Augustini discipulos, et Catholicæ gratiæ sufficientis cultores, et Jansenio iniquè denigratos traducere contendamus.

369. Cum veis plane compertum sit, Jansenium, Quernellum, aliosque nationis Calvinianæ proceres, concedere naturæ lapsæ victricem, aliam gratiam parvam, debilem, et invalidam; inde licet non sit vitæ, quod si hoc gratiæ invalidæ inveniam Novisium non profuit, nè ingemmati Ecclesiz fulminibus eorum degnata prohiberentur;

non est eia simili Precentiorum doctrina, quæ non alio præsidio
gaudet, integra, et illata remaneat. Vel si Corinij, Adert
et Bellei amata beneficio gratiæ debili impune propugnanda,
quæ iuxta Sanenij, Guemellii, et Annaldi assertiones, quæ eodem
iuramento præminimus, erroris potantur Quoilani?

370. Gratiã partiam à victrice distinctam admittit vir
primi celeberrimi Calvinista Papuz, qui lib. 1. de orat. et lib.
ar. Cap. 11. ait: Cetam si non detur oracia illa sufficienti
virtia, non sequitur, nullam dari gratiam nisi Efficacem, datam
etiam gratiã interna illuminationis, cui propter dolorem à multis
remittitur. Si verò dicas, Calvinistam tantummodo admittere
gratiã illuminationis, quæ ad intellectum spectat, non verò
gratiã inspirationis, quæ pertinet ad voluntatem. Cavet
Villettus Calvini brevior dictu, qui in Synopsi Papuz
quæst. 2. de orat. tradit gratiam debilem ad voluntatem spec-
tante, quam auerit tam iustis, quam peccatoribus: In illis
spiritum dei inuicem operari aliquos salutis suæ desiderium
debilem conatum, seu imperfectum motum, quamvis perfectum
voluntatis motum et consentium non exprimat. Sane cum
Corinio, ut infra apparet, loquitur Villettus.

371. Guemellus in explicatione apologetica pag. 81. inquit:
se toto celo distare ab errore in prima Sanenij propositione
destruato, cum ipse fateatur, absente gratiã victrice dari alte-
ram gratiam, quæ verum ponne tribuat. Iustum, qui non habet
gratiã omnes accidentales satis fortes, ut res ipsa præcepit
ad implet, omni alia gratiã carere, ante nunquam dicuntur

est... iustum remotione pulsatum, et gratis validis deservitum
habere aliam gratiam ad vitandam occasionem, aut ad orandum
quamvis non oret, pro ut oportet, ut exaudiatum. Id repetit
in eius apologia, et protestatione pag. 135. Inse auctor exaplo-
rum dixit: Guernellus admittit gratias parvas, et debiles, ini-
tia gratia, que non semper conversionem efficiunt.

372. Ex quibus sic conficitur. Vel gratia debilis, et parva
est vere sufficiens, vel non? Si vere sufficiens est. Ergo Parvus,
Pelletus, Jansenius, Guernellus, qui istam gratiam victricem
admittunt gratiam debilem, et parvam immerito damnantur: Si
non est vere sufficiens? Ergo Novissus, Dexti, Pelleti, qui non
illam admittunt gratiam in natura lapsa, nisi victricem, et debi-
lem parvam cum illis vellicandi sunt. Jansenius, qui passim effu-
dit gratiam sufficientem esse monstrum ecclesie, et Augustino
infensum, crebriter gratiam debilem, et parvam inducit: Ergo
huc non est vere, et catholice sufficiens. Berti censet, eandem
gratiam esse vere sufficientem. Verum verius? Jansenio credendum
qui pro se habet ecclesie iudicium deferens, Jansenium dese-
rare naturae lapsae omnem gratiam sufficientem ab efficaci dis-
tinctionem.

373. Si ergo iure optimo Jansenium suffragamur, qui in natura
lapsa duas tantum gratia species agnoscunt, videlicet victricem
et parvam: profecto in hoc conveniunt cum Jansenio Novissus,
Berti, et Pelletus. Jansenius sic scribit: Duas interque gratia
species distinguit Augustinus, quas sic Novissus explicat
Cum tamen dicit Augustinus, movere indeclinabilem in

superabilitate invidiosissime, efficacissimi viribus, occultissima, effica-
 cissima voluntate vicinici gratie, energiam exprimit, & con-
 grua, et efficaci accipiendus est; et cum debili, incongrua, remore
 sufficienti renitere exordit, de altera gratie specie debili, incon-
 grua, et remore sufficienti loquitur. Ne quidem sum duae gra-
 tie species, quas Iansenius inquit, et commendat, tanquam
 solidum exortu sui fundamentum. Ex quibus arguo. Cetera
 uerata contra percellit auctores, non dant in natura lapsa, et
 debili non aliam in natura lapsa admittunt, nisi debilem
 et vicinicom. Ergo eodem sermone percussit reputandi sunt.

374. Hinc argumento non aliam speciem gratie potest ab ad-
 versariis, nisi auctore, gratiam debilem a Noxiis, et eius alum-
 ni admittam a Ianseniana esse divexam. Eandem tamen
 notionem habere, eandem virtutem, eandemque munera prestare,
 eandemque identice gratiam esse a Noxiis et Iansenio
 adoptatam, videtur impossibile. Invenia fidam a nobis Noxi-
 siam mentis expositionem tradidit faceret d'Orsi, dicens: Stor
poterat Card. amplissimus sententiam novam, ac uiam
expressius exponere, quam admitendo gratiam, et voluntatem
bonam, sed parvam, et invalidam, que gratia est auxilium ab
Augustino appellatum sine quonon, et Scholas sui auxilium
sufficientem, et rursus admitendo gratiam qua motu invalido
robentur, et inspirata voluntas qua proxime et absque alia
gratia sufficit ad implenda mandata, quam gratiam Augusti-
nus vocat auxilium quo Scholastici autem appellant auxi-
lium efficax Dicitur. l. c. v. fol. 28. n. 17. conveniunt Ergo

Augustiniani scriptores, cum quibus de gradibus, in noua lapsa
tantum reperiri gratiam debilem, et uicicem, quae non dicitur gra-
tia, species memorat à Iameno. Tunc in muneribus discrepant.

375. At quàm conuicina, inò et idem apparet gra-
tia debili Thomam, et Iamemam notio, eo eorum uerbo-
nis, quibus uicicem, et illius muneribus reperitur peripatet erui-
citur. sic loquitur Iamemus. Considerandum, est multiplices
diuinae gratiae effectus esse, quem admodum uoluntatis. Est uelle
perfectum, quod Augustinus uocat, et est imperfectum, quod
uoluntatem appellare uolet, et hoc ipsum uelle diuino gradu
habet, donec ad ipsam primam tenuissimam boni complacem-
tiam deueniat. Hic ergo primus est celestis illius notio
effectus, quem ut minimum in nobis operatur, quibus eam in-
fundit Deus. Nam quem admodum inundatio diuinae gratiae
totam hominis uoluntatem inuicta impetuosi torquentis rapit,
sic ut humani cordis omnia recinacula diuinae gratiae, sicut
ille uellut aures, tenuis affectus complacemtam quandam uo-
luntatis tenuissimam, nei tam pulchra, quae simul obiectum
contemplanda, contemperatam suauiter impetiat, et celestis quan-
tum per se rapit uideri quaedam, non uoluntate, sed uellit-
tate, uel complacemtam. Admittit igitur Iamemus gratiam par-
uam ab efficaci diuina, quae dumtaxat mouet actus debiles
et imperfectos, quos omnes uoluntate appellat, quia non agnoscit
uoluntate, nisi illos actus, qui a gratia uicicem conficiuntur.

376. Conuicta Thomam gratiam paruam describit. No-
tatio illius, qui non sequitur, fit per auxilium, ita debile, et

Lib. 2. de Grat. Cap. 7.

remotion, quo intellectus transeuntem tantum, quaedam bonas
 cogitationes elicit, sed a deo debiles, ut nec voluntatem ad bonum
 trahant, sed tantum leviter excitent, et cito citius intellectus alio
 avolet, et in malum voluntas longo scelerum usu obduracy feratur.
 Job. pag^a. Committit ergo gratia debilis effectus, X. Morimum in
 levissima voluntatis excitatione, quae viro animam pulsat, et ce-
 leriter alio avolat, quod Sansenius explicat dicens: leni ille
 velut aurum remissis afflatus complacentiam quandam tenuissimam
 impetrat, et celeriter, quasi puerum rapit, quos etiam ex-
 primis lib. 2. De grat. Chri cap. 27. ubi de effectu gratia debili
 ait: Cum levior sit, ubi effectum suum est consecuta, et im-
perfectum consensum, ad quem solum sufficiebat, exprimit, vo-
luntas concupiscentiae pondere oppressa relabuntur et Storrinus
ait, voluntatem leviter excitatam debili gratia afflatu vir-
malum longo scelerum usu obduracy ferri. Profecio, qui
 Storrinij, et Sansenij verba ingenia meae conferre veli, nihil
 proxius de gratia debili, eiusdemque effectibus exprimere Sto-
 rrinum, quod antea non edocuerit Sansenius, aliisque eiusdem
 fluxuariae doctores, conperiet.

lago. f. m. m. c.
 21. 11. 22. 164

377. Comparant enim Augustiniani cum Sansenio, in eo
 quod ex gratia parva tantum prodire possunt voluntates parvae
 remissae, tenues, infirmae, imperfectae, invalidae, inefficae, inchoatae,
 quae velleuaciter vocant, et eiusmodi voluntates sunt iuxta
 ipsos conatus infirmi, volitiones imperfectae, motus inchoati
 inclinationes tenues, consensus debiles, impulsus remissi, exci-
 tationes leves, et orationes minus fervidae. An liberi sint

Desent. 4. Cap. 7
fol. 29. n. 18. }

memorati actus imperfecti? non sibi constant, frequenter va-
riant, et obicure loquuntur. Deati vult memoratos actus im-
perfectos esse inchoata desideria. Ad huiusmodi actus imper-
fectos, qui sunt inchoata desideria boni in iusti, et peccatoribus
vult adiutorium et auxilium, et invenitur, quod illos tantum
operatur eosque aperte conitat gratiam debilem, non habere vir-
tutem, nisi ad eliciendos aut remissos, et imperfectos in quo conve-
niunt. Augustinus cum Janenio, de gratia pauca pauca af-
ferente, quod si contingat alteram diligentiam esse in vobis in
efficacibus desiderii habebit animus lib. 2. de orat. Chri. cap. 7
quod celeberrimus Calvinista Villeus confirmat dicens: Spiritus
Dei inveniē operari in nobis, aliquod salutis desiderium, debi-
lem conatum, et imperfectum motum sup. cit. Quam parum
succū habeam? quamque sint clumbe insinuat a Deo
rationes, ut a Janenistis discedat, modo dicendum est,
adductis in medium presentis dicimini allegationibus.

Discrimina à Berto inducta repelluntur.

378. Argumentis proximè accessit Respondet Berto
 Inquis foras; At nec Janenius parvam voluntatem, et
 gratiam parvam velleitatis excitantem illi negat, sed
 eam aperte tradit: Responsum accipias: quid ad me, si Janie-
 nis aliquando Sapiens? quid ad me ignorantia conterpit?

Hic aperte denotat Augustiniani scriptor, Janenium
 Sapiemem induxisse gratiam parvam, cuiusque auxilio opti-
 me salvati doctrinam Apostolicis constitutionibus confisam,
 quod cum parvam catholicè dicam sit; Janenianam inter
 et Corisianam debilem gratiam, nonnulla, aerea quidem
 discrimina assignare molitur.

379. At, Corisium longè à Janenio diidere in acci-
 pienda gratia parva. t. Quia Corisius faceret gratiam par-
 vam, esse gratiam supernaturalem ex meritis Christi pro-
 fluentem; secus Janenius. Contra est: Quia theologorum
 nemo hucusquè dubitavit, Janenium constantè asserere
 præter gratiam victricem dari ex Christi meritis homini-
 bus lapsi veram supernaturalem gratiam, hoc evidentè
 constat in Janenij testimonij hæc tènus productis, Gratiam
 parvam esse supernaturalem sentit pariter Guenellus
 et Villetus Calvinista, ut videre est in eorum offatè pro-
 sime ponderatè. Dum vero Janenius negat, gratiam parvam
 esse gratiam Christi, minime negat esse supernaturalem

et ex Chariti, merito proficiente, sed tantum negat, esse
efficacem, medicinalem, et virtutem, quam solum denotat no-
mine gratiæ Chariti; Sicut Bellus solam gratiam virtutem
appellat gratiam Salvatoris, et gratiam parvam vocat gratiam Crea-
toris, quin propterea negat, gratiam parvam esse Supernatura-
lem, et ex merito Salvatoris promanamem.

380. 2^m Dissertationem. Morinus docet, gratiam parvam ha-
bere veram virtutem intrinsecam activam absolutam imperata
exequendi, secus Sameniis. Contra est. Quia Sameniis ean-
dem virtutem attribuit gratiæ parvæ, docet enim, Sicut et
Morinus, et Bellus, quod si gratia parva conferatur homini
inferiori concupiscentia affecto, aut si sola existeret, sua virgine
virtute intrinseca bonum operaretur, et præceptum adimple-
ret. Quare Samenij error non stat in eo, quod in gratia par-
va non agnoscat veram virtutem activam Supernaturalem
absolutam operandi bonum, hoc enim cum vel Calvinus face-
antur, qui tenet Sameniis? Inic ergo vitii est Samenij error
in eo, quod in gratia parva inferiori concupiscentia non agnos-
cat virtutem relativam, nimirum potentiam ad implendum præ-
ceptum, in congressu concupiscentiæ superioris reluctantis. Nec
Sameniis, ut minus instructi putant, alieni præcepta esse
absolute impossibilia relative ad presentes vires, quia defectus
habet homo nobilitati concupiscentia oppressi. Dum vo-
luntas concupiscentiæ pondere oppressa relativa ut ait Samen-
ius quando voluntas est longo scelerum usu obdurata, ut
explorat Morinus; ergo ex potentia absoluta quam tenet

datagii à Roxio statuam, non recessus à Janenio: sed 146
potius erroris confirmatio supererit.

381. Tertium Discrimen. Janenius asserit, gratiam par-
vam non plus valere, quam valeat lex, et doctrina, quod longe
abluat à Roxii mente. Hoc tamen discrimen in verbis
tantum sitit: Quia Janenius asserit, gratiam parvam esse
veram gratiam internam Supernaturalem, eam distinguat essen-
tialiter à lege, et doctrina, et diu asserit non plus valere, quam
lex et doctrina; tantum denotat, nullam præstare potentiam
relatiuam ad implendum præceptum, quod plane Roxius
Benni, et Belli affirmant, ac proinde omnes conveniunt
in ordine ad effectum ad impletionem præcepti, non plus valere
gratiam parvam, quam valeat lex et doctrina.

382. Quartum Discrimen. Janenius docet, gratiam parvam
si comparatur ad ipsam voluntatem parvam, quam efficit,
esse gratiam Christi, seu si comparatur ad effectum ad quem
inclinat, et ad quem dat potentiam saltem remote sufficien-
tem; At Roxius fatetur, esse gratiam Christi, etiam illam, quæ
tenuissimum velle inspirat. Resp. Janenium, qui omnem
gratiam efficacem appellat gratiam Christi, cum gratia debili effi-
cax sit respectu parvæ voluntatis, quam inspirat, eandem vocare
respectu huius actus debilis, gratiam Christi, et cum nullam
gratiam efficacem agnoscit, nisi gratiam Christi, non vocat
Christi gratiam respectu illius operationis ad quam tantum in-
clinat: quare non discedit Roxius à Janenio: Quia
Roxius, dum ait, gratiam parvam esse gratiam Christi,

Disquis. 6. art. 6. cap. 2.

non vult esse efficacem respectu ad impletionem precepti: id
ipsum asserit Jansenius; sed tantum significat Scotus,
esse veram gratiam supernaturalem ex meritis Christi
profluentem, et hoc etiam Jansenius, ut probatum nuper
est, palam affirmat. Preterea fallit solutio. Nam ut ait
Paulus Jansenus, Jansenius variis in locis asseruit gratias
non nunquam dissentiri, gratias quaedam (uniquae per Chris-
tum) inefficaces esse &c.

383. Quintum Discrimen: Jansenius tenetur fateri, non
veniri inferiori gratia in natura lapsa: quia non veniunt gra-
tia victricis; neque gratia parva, quia haec etiam efficax est
respectu actuum ad quos sufficit. Respondeo: hoc inconueniens
patet Scotium, et Beatum praemis: Et enim ambo do-
cent, gratiam parvam esse efficacem respectu actuum, quos im-
plet, et ad quos sufficiens est: sic Beatus loquitur. Subtra-
mus unquam nos, gratiam illam impotentem infirmam, ac
debiles voluntates, quae suomodo sufficiens est, ad peragendum
opus ad quos inclinatur, atque ad illud operaretur etiam efficax
nisi illi obstitere humana voluntas; esse efficacem respectu
causarum voluntatum debiliorem, et infirmitatem et subdit hanc
sufficiens, et efficacis gratia rationem cohaerere communi Scho-
lae thominae: hoc facile dictum: verius est, si tenet dis-
crimen ab ipso inductum, se cum Jansenio in eadem secunda
propositione convenire.

384. Secundum Discrimen ex Gen. XIV. accessivum.
Jansenius solum agnoscit velleitatem a gratia parva procedentem;

nec propria velleitates posse producere gratiam debilem operationis; 447

Corinius vero edocet, a gratia parva procedere veram voluntatem, quamvis debilem, et imperfectam. Hoc nullius armaturæ discremen foret Calumnia sublata cap. 4. fol. 1103. lit. D. ubi ait:

Iuxta Corinium Deus auxilijs remotis humanas voluntates ad bonum faciendum movet, nempe ad actus tenues, et minus perfectos: s. p. Conatus ad implenda præcepta, et orationes ad impetrandas vices, ut supra exposui, qui profectio actus non tantum paræ velleitates, ut cenet Januennius, sed voluntates: licet sine vitiosiori auxilio inefficaces ad implendum præceptum: Germanus eigo in Corinij verbi Januennius cubat?

385. Respondes. Cubat Januennius in Corinij verbis, dum demonstratur in appropria assertionem, et sermone, et verbis, Corinium adhaerere Januennio. In primis, si Januennius adscribendus est, quia gratia parva velleitates tantummodo promanare defendit, profectio Gregorius Atacedo, quem passim pro se citat, et encomijs Corinius crebro Cuehit Januennianus est, quippe qui X. Corinium Germanus dicit. col. 1122 ait: Quicumque gratia leviter pulsat voluntatem infra illos terminos actuum inefficacium, quos velleitates dicimus Et in sermone cap. 7. scribit: Constat in nobis, quaedam parvas et infirmas voluntates bonas, quæ conatus, et impetus ad virtutem sunt, quæ in peccatoribus, præsertim vitijs deditis, in veteribus que uni peccandi obitinationi invenimus, ac eorum pulsant, excitantque voluntatem, sed non movent Efficacem actantium actus inchoant, et imperfectos efficiunt, qui

Velleitates dicuntur. Strinascari Morinum hęc itacēdi testimo-
nia prore advocare, qui in presentiarum pugnat de Jansenismo su-
gillandum, qui caveat à gratiā debili velleitate tantum promanare.
386. Falsum igitur, et omninō confectum est discrimen Jan-
senium inter, et Morinum supra ponderatum. Verquē enim ean-
dem voluntates imperfectas à gratiā parva profuente agnoscit,
et unmodique gratiā effectum parum explicant per conatus debiles,
et imperfectos, per actus remissos, et infirmos, per tenues motus, et
impetū invalidos, per desideria inchoata, et remissa. Quis imō
ipsem Jansenium, de quo aut Morinus, velleitates solummodo
adtribuere gratiā parvę validiorē effectum adscribit eidem
gratiā, ac ipse met Morinus: ait enim ille. Videmus plu-
rimos, qui nondū ab immundicijs carnis abstinere possunt,
vehementē optare continentiam: eumodi vota divini gratiā
sunt munera, et ulteriori gratiā provocativa. Exō cum Mo-
rinus, et alij tantum concedant gratiā parvę desideria in-
choata et remissa Jansenius illi vehementia desideria adscribit
proculdubio conitat, gratiā enuntiare ad velleitatem
tantum concedere Jansenium virtuti gratiā debili. Præterea
si sciti est ad declinandū errorem asserere à gratiā parva
profuente voluntate, Quemellus scripiendus à censura venit;
quippe qui in sua proteratione scribit. Profecto si justus ille
servare præcepta, et tentationes vincere cupiat, et conetur,
quamvis voluntate non ita fortis ad pugnandum, nec animō
sati magno, ut mandata impleat, volitiones vites, et conami-
na infirma demonstrant hominem gratiarum excitantium

auxilio, ad quantum potentati gradum esse proventum. Cui dolumus 148
novationem agnoscantem eundem cum Stoicis effectum, et in iisdem
imperfectis volitionibus remotam potentiam adituentem.

387. Iam nunc vero, si cui et Stoicis, nomine Velleitatis com-
prehendit omnes illos actus, qui à gratia recte non promanant
quales sunt, conatus, desideria, et volitiones imperfecte à Stoicis
memorate, quas quidem partim Iam nunc sub nomine volitionis
imperfecte includit: Multipliciter, sunt, aut, divine gratie effec-
tus, quemadmodum voluntatis: est autem velle perfectam quod
Augustinus posse vocat, et est imperfectum, quod Velleitatem appellare
solet, et hoc ipsum diversos gradus habet, donec ad primum, tenuissi-
mamque boni complacentiam deveniat. Capo nomine Velleitatis
non excludit Iam nunc voluntates, quas Stoicis admittit, sed tantum
includit omnes illos actus supra recensitos, qui à gratia fori, et
recte non derivantur.

388. Docet igitur Iam nunc, gratiam partem diversos gradus
comprehendere, quorum primus est tenuissima complacentia: in secundo
includit conatus remissos, et actus omnes imperfectos, desideria, et
debiles impulsus inefficaces. Involuntariis desiderijs hæret
animus lib. 8. de grat. Cap. 2. in tertio gradu regionis operationis re-
missas. Cum plerumque non petant, vel non petant ita, ut ad impe-
trandam necesse est lib. 3. de grat. Cap. 12. inde apparet, nihil
de gratie debilis notatione, et attribuiti, de eisdemque effectibus à Sto-
icis eiusque affectis enuntiari, quod Iam nunc, Lucianus, imo
et Calvinus identidem non faciunt.

389. Dicit tandem, Stoicis adituere libertatem indifferentem,

Sanienius totis artibus eliminare molebat: Sic enim loquitur
Rosinus. [Unde non patiuntur necessitatem peccandi, quam licet
humanum genus ex peccato primi parentis contraxerit, beneficio
Christi sublata est. Genm. IX. Col. 1433. et 1350. Hoc tamen
mihi probat: Et enim, si sat est dicere, Libertatem indifferentem in
natura lapsa permanere; Sanienius id ipsum sepius affirmat, et
ingemmat; homines non peccare necessario, sed gaudere indifferen-
tia libertatis. [Iusti, ait, suo vitio cadunt, si enim voluntatem (pre-
ceptum implere) defectus est voluntarii, non potestatis.... Itaque
etiam fit, ut quemadmodum ea peccata vitare possunt, ita quoque
non committant necessario lib. 3. de grat. Chri. Cap. 15. ait
ergo Sanienius, iustos non obstringi peccandi necessitate, sed plena
libertate indifferentia potiri, dum peccant. [Ceteras humane vitæ
actiones, non solum sine violentia, sed cum quadam indifferentia
contradictionis, imo et contrarietatis fieri credimus. Ibid. Cap. 3. tra-
dit etiam, vitæ delectationem consistere posse cum humane
arbitrii libertate, quæ paucim in Scholiis tradit solet.... Eodem mo-
do libertas iam dicta voluntatis sub illo Christi adiutorio in-
columis manet, quo sub physica prædeterminatione thomistarum
Sabatia lib. 8. de grat. Cap. 4. et subdit: [Hominem vitio-
sem non solum coactionis expertem esse libertatem.... etiam
indifferentem esse cum Aug. Patribus, scripturis, et Catholica fide
fatemur.

390. Non ergo verborum sonitus, sed sensus expendendus
est, nec satis est ad ejucandam hæresim verba Catholica proferre
quæ non semper verba sequuntur fidem; Nec Sanienius

prohibita solum, quia dicit, non dari in natura lapsa libertatem indifferentem; hoc enim, haeticorum more, et negat, et affirmat. Prohibita certe, quia eius doctrina reversa talis est, quae eiusmodi libertatis indifferentiam non patitur, aliter dicendum exit Janenij doctrinam vere orthodoxam esse, tanquam aberrare in praesidio, quo fatis exstimavit, suam doctrinam non bene conciliari cum libertate indifferentem; quod confirmari potest sub hac forma. Janenius, absente gratia victrice, adituit gratiam parvam, et invalidam cuius beneficio, iuxta Concilium libertas indifferentem salvatur. Ergo Janenius libertatem indifferentem statuit; cum aliunde conset, eandem virtutem activam, et eadem munera iuxta utriusque traditam expositionem, ponderare.

391. Afferit Janenius, iusti, qui gratia debili sunt praediti, esse imperabilem transgressionem praescripti, quia conantur, et desiderant remissè, debilitè, et imperfectè praescriptum facere, cum debeant id fortiter conari, et velle. Notant, et Peni, et alique gratia debili assertores dicunt, iusti, qui gratia debili gaudent, conari, et velle remissè, debilitè, et imperfectè praescriptum adimplere.

Rogandi tamen sunt: Num iusti, qui gratia debili ornantur, possunt, urgente praescripto, velle, et conari fortiter praescriptum facere? Neutiquam, Respondent: Quia, ut velint fortiter, necessaria est gratia victrice. Iterum ab illis querendum: Num saltem iusti praediti gratia parva fortiter orare, aut fortiter velle orare possunt pro impetranda gratia victrice ad faciendum mandatum? Ne id quidem respondent: quia necessaria etiam est gratia victrice, ut possint fortiter velle, aut fortiter orare

pro impetranda gratia vixit ad implendum preceptum. Veri-
sciscitandum est: Num saltem, qui gratia debili decorantur,
possint elicere aliquem actum liberum, qui sit positiva dispositio,
ad impetrandum gratiam proximè sufficientem ad orandum?
minimè respondent, quia ad omnem actum liberum superna-
turalem requiritur abs dubio gratia efficax. Nulpe capra: Ergo
Cavillationis consilium est, intrudere gratiæ debili speciem, et
conspicere auxilium voce tenui sufficientem, cuius subsidio possint
Catholicæ propositiones in sensu Janseniano impudè proferri.
tali quidem est gratia parva, et invalida, nunquam verè suffi-
ciens, et semper remote potens usque ad lacubras infiniti.

Parag. 3^o

Uterior gratia debilis impugnatio ex fidei sanc-
tionibus

302. Tria sunt iuxta notionem ab adversarij traditam,
gratiæ debilis signa. Primum est: Levissimè tantum movere
voluntatem, et celeritè transire. Secundum: gratiam parvam
actu non trahere voluntatem ad bonum. Tertium; postea gra-
tia parva voluntatem nostram semper ad malum declinare: Itæ
exprimè Morinus. Contra istam gratiæ debilis notionem tria
breviter ostendam: 1. Itam gratiæ debilis notionem scriptura-
rum, ac Patrum consensus aperte refragari. 2. Etiam contraia-
rii ipse Morinus. 3. Ene Augustinæ menti infernam.

393. Primum, quod duplicet en, quod velut *Novius* ex 150
pudice conceptum gratiæ sufficientis, suam in gratia debili per
respectum ad voluntatem longo scelerum sui obduratam. Quia
theologi notissimum en, gratiam sufficientem inveniri, quoties
culpabiliter violatur aliquod præceptum, quod non potest impleri
sine gratia; Evidentissimum est, præceptum non semper violari
voluntate longo scelerum sui obdurata; imò in transgressionem
primo præcepti nullo scelerum sui supponitur infecta voluntas
et tamen non deus transgressioni gratia veni sufficienti, qua po-
tuit libere præceptum observare, aliter non libere, sed necessario
violaret præceptum.

394. Secundo: Scire vellem, unde hauserit *Novius*
omnem omnino gratiam, quam voluntas non sequitur a deo
debilem esse, ut levissime tantum, sicut *Sybilis*, aut tenuis
animum pulset, et citò citius transeat seu alio citissime auolet?
Incredibile quidem, et proxius voluntarium videtur asserere, om-
nes, qui a deo vocantur, et vocationi tenentur, hac levissima,
cellerumina, et non alia vocatione pulsari. Scimus penè infinitas
esse in divinis vocationibus varietates, ut *Augustinus*, et *Proper*
sæpe sæpius ponderant; alij maiora, minora alij, alij vivi-
diora, et inveniunt, alij minus insensia; et deinde est eumodi
auxilia elargiri ab una dei misericordia, qui ubi vult spirat
et cuius vult miseretur. Quæ cum ita se habeant, quo jure in
omnibus auxilijs, quibus omnes, qui non consentiunt, vo-
cantur, *Aqualitatis Legem* statuere *Novius* cogitavit?
quo vè in sacris literis, et Patribus documento asperis

omnem gratiam, cui humana voluntas resistit, adeo imbecillam,
et remissam esse, ut viro animam celleximè pulset, et citò citius
evanescat? id tamen ex Augustini mente tanquam notissimam
veritatem proponit, ubi duplicem gratiæ speciem, minimum vic-
torem, et debilem statuit.

395. Scripturæ testimonijs, et ss. Patrum testimonijs eiusmodi
gratiæ notionem adaptare, arduum adveniens videbitur. Ne-
tiguam hinc levissimæ gratiæ, convenire potest illud Prov. 1. 20.
Despexisti omne consilium meum, et omnes increpationes meas
neglexisti. Ipsi enim sibi persuadent, omnes Dei inspirationes
veriores, miras, blanditias, ab omnibus peccatoribus ab initio
mundi preteritis, levissimè tantum eorum corda, tanquam Sybi-
lum auro venis pulsat, et celleximè extinctas fuisse? Quæ
nam inveniri propterea potest in gratia celleximè tangente
et citò citius transeunte, cum gratia, quæ toto die expectat? Ex-
pandi manus meas tota die, ad populum non credentem, et
contradicentem. Isai 65. 2. Cecce sto ad ostium, et pulso, si
quis aperuerit mihi, intrabo ad eum Certe non expectat, qui
summis digitis ostium tangit, et celleximè trahit. Itaque
quidem, et fluxima, cuiusque obvia Scripturarum testimonia
quæ præterito, notioni gratiæ debili manifestè refragantur.

396. Quis, ut fluxima exempla præteritam cogitans, itaque
num Augustinum in tam diuturno non divina gratia con-
flicti levissime tantum, et penè imperceptibili inspirationi resistisse?
Oppositum quidem constat ex ejusdem Augustini Confessione.
lib. 8. ubi plane humiliter fateatur, se validiori gratiæ impulsu

obstruere aures, et restitine. Non faciebam aut, quod incom- 151
parabili affectu mihi magis placebat.

397. Quis tandem credit, perfidum Judam renuissimum
tantum punit, et leuissima cellerissima inspiratione fuisse à be-
nignissimo Domino tacitum, nè ad eò execrandum scelus perse-
craret? aliud utique opinatur Clem. Alex. dicens: Quod
si proditor & qualiter alij discipulis saluatoris auxilium
non habuisset, si uia hz à nobis dicerentur, si autem non
minis, ac ceteri diuina gratia reprobatur, suo profundo per-
ditionis iudicio lapsus est, in 17. Ioan. Lib. 11. Cap. 21.

398. Notio ad ueram esse gratiæ debiti notionem
ab ipso meditatam, facile ostenditur: Scribit enim, gratiam
parvam, in qua adiutorium sine quo non constituit, non tra-
here uoluntatem ad bonum: Nec uoluntatem ad bonum
trahit, in malum uoluntas longo scelerum uia obducat
ferua: aliunde ait: gratiam parvam trahere uoluntatem
ad actus bonos intellectu, et uoluntatis, et ad orationes minus
feruidas, et alia id genus inter que legitur: Auxilium remo-
tum est adiutorium sine quo non... ad eliciendos actus bonos,
debiles, et minus perfectos. Calum. Sublata fol. 9. et 317. Rur-
sus colligit, dolorem, quo ad eò tepidè orare dolemus, et ipsam
tepidam orationem fieri à nobis, cum adiutorio sine quo non
Dicit. S. Col. 4. prop. Col. 309. Iuxta Notitium Deus
humanae uoluntate mouet auxiliij remoti ad bonum facien-
dum, nempe ad actus tenues, et minus perfectos. 80. Conatus
ad implenda precepta, et orationes ad impetranda uices

Calumniam. Cap. 14. f. 1103. l. D. et in vindictis dicitur Cap. 23. §. 1.
ex Augustino demonstrari eiusmodi accus bono adiutorio sine
quonon; Ergo Scorsini sui in membra affecti, gratiam parvam
non trahere voluntatem ad bonum; imò ea adhaere semper ferri
voluntatem in malum.

399. Secundo apparet Noxiij mobilium: docet enim, ex una
parte gratiam parvam levissime tantum movere voluntatem
et eue proxiu remissam, et invalidam; ex alia parte, eandem
gratiam esse pluraquam validam ad orandum: quia sufficit ad
conandum, quod est plus, quam orare. Propter gratia illa,
quæ est sufficiens ad conandum est proxime sufficiens ad oran-
dum, cum facilius sit peccare, quam conari. Gen. 27. col. 1468

Pertinet gratia debili iuxta Scors. est proxime sufficiens ad
orandum, et cum iuxta ipsum omni gratia proxime sufficiens
sit efficax requiritur, eandem nec gratiam esse simul efficacem
et debilem, parvam, et remissam parvam, et magnam adiutorium
quo, et adiutorium sine medio non, quod est inobediens vocam divi-
nae gratiae economiam, et veritatem.

400. Quid punit? iuxta Scorsinum gratia parva, est remote
sufficiens ad implendum preceptum, et nequit denominari
sufficiens respectu alicuius actus remoti quin sit proxime suffi-
cienti respectu alicuius actus, qui sit quasi via, et dispositio ad
illum actum, respectu cuius denominatur remote sufficiens. Ex
quo quæro; vel actus ille, ad quem proxime sufficit gratia parva,
est actus deliberatus, vel non? Si primum? Ergo voluntas
potuit illum omittere, et habet hostem Scorsinum contra gratiam

venibilem eam vel invitum amplexi. Si non est liber? xiii
 libertas indifferentiæ. Tandem vult Roxinus gratiam debilem con-
 sultare potentiam proximam orandi. Co adiuvatio, aut, fieri
 actus minus perfecti convenienter potentiam proximam orandi
 Calum. S. l. f. 304. Unde fit per effectum gratiæ corruptivi cuiusdam
 gratiæ virtutem ad eundem effectum. Si gratia parva prout a
 Deo infunditur, secum asert potentiam proximam orandi, quo
 pacto virtus, et potentia eiusdem gratiæ corruptivi per eius exer-
 citium?

Sol. eo Augustino perperam interpretato aniam stabilicende
 gratiæ parvæ adversarij ratione arripuerunt: sic scribit Au-
 gustinus. Cum qui vult observare præceptum, et non potest, habere
 voluntatem parvam, cum vero, qui vult et potest, habere volun-
 tatem magnam, et robustam de lib. arb. Cap. 17. Docetia Au-
 gustini, ut communiter docent, anuente etiam a Deo, theo-
 logi, non loquuntur de sola virtute Charitatis theologicæ, sed
 universim de omni bona voluntate: quia gratia, ut notissimum
 est, non solum requiritur ad Charitatem, sed ad omne pieta-
 tis opus, ut testatur Augustinus dicens: Quid aliud est Charitas,
 quam voluntas: Charitas dicitur voluntas boni loquitur
 ergo S. D. de illa voluntate, quæ in initio Capiti appellat vo-
 luntatem faciendi divinum mandatum, et subdem exemplum
 in Charitate statim dicit: Quis vitam, et si parvam dare
 ceperat Charitatem, nisi ille, qui præparat voluntatem, et
 cooperando perficit, quod operando incipit? quia ipse, ut
 velimus operari incipere, quod volentibus cooperantur

perfectam.

Do2. Per voluntatem parvam intelligit Augustinus imperfectionem
affectum, seu actum non liberum, quem Deus operatur in nobis
sine nobis: Ita parva voluntas dicitur imperfecta, non ut humanam
adversarij quia debilis remissa, et invalida sit, sed quia non est
libera: actus enim liber dicitur perfectus, et quia liber est perfectus
in ratione actus humani, ad distinctionem actus indeliberati,
et imperfectionis non libere: Nec aliter intelligi patet distinc-
tio voluntatis magnae, et parvae ab Augustino tradita; cum
perparvam sit, respectu eiusdem Obiecti, saepe dari voluntatem
magnam, et parvam. Non negamus, gratiam parvam, seu
indeliberatam producere interdum actus debiles, et remissos
tenuesque sensus iuxta Scotij placitum: hoc vero summatim
et non alio, posse producere gratiam exultantem, non ex Aug,
neque ex prudenti alio testimonio probare poterunt adve-
sarij, qui nunquam suadere sufficient, actum liberum super-
naturalem, quantumvis debilem, et remissum, orationem ve
quantumvis tenuem, et minus fervidam elici sine subsidio
efficaci auxilij.

Do3. Neque in his immorari licet, cum ipsemet August.
adversariorum sensum aperte explodat. Ipsi enim tra-
cere contendunt, Augustinum nomine gratiae parvae, et parvae
voluntatis significare semper gratiam exilem, remissam, et
tenuissimam, idoneam tantum ad producendum actus debiles,
remissos, et imbecillos. Augustinus vero e contra docet gratiam
parvam interdum producere voluntatem fervidam, magnam

et robustam: ait enim D. Petrum habuisse voluntatem parvam 153.

quandis dicit: Animam meam ponam pro te; et credibile non est, existimasse Augustinum eiusmodi actum promanasse ex gratia debili, et invalida, prout ab adversarij signatur, imò nec fieri absque gratia victrice, qua volumus. Unde fit, Augustinum per gratiam parvam intelligere, non voluntatem debilem, sed non perseverantem, eorum nempe, qui recte proponunt, et postea promissa non perficiunt, de quibus dicitur Et ad tempus credunt, et tempore tentationis recedunt.

1604. Pura potens ad rem ex Augustino monstrari. Sufficienti ostendere, gratiam parvam nunquam, ut vult Scotus, sine proxima potestate ad orandum in seculo inveniri: nunquam sufficientiam proximam ad orandum, non conferre. Sic Aug. lib. de Gratia, et libero arbitrio. Cap. 16. N. 32. Non jubet Deus quod sciret, non posse ab homine fieri. Qui hoc nesciat? Sed ideo jubet aliqua que non possumus, ut noverimus, quid ab illo petere debeamus. Cuius semper fieri potest, eo quod quando non possumus immediate, semper potest à Deo impetrari, quod immediate possumus. Unde vero, nisi à gratia parva? hec igitur semper à potestate saltem orandi proxima non separatur. Unde subdit S. D. Ipsa est enim fides, que orando impetrat quod lens impetrat. Et post pauca concludit. Certum est, nos mandata servare, si volumus; quare? Respondet xiv. d. 10. Sed quia voluntas preparatur à domino, ab illo petendum est, ut tantum selimus, quantum sufficit, ut volendo faciamus. Nique sine proxima sufficientia ad orandum hec inania, et

221
inutilia forent. Quod? quod ipsissimum aperte docet his verbis
cap. 18. n. 37. eiusdem libri. Precepto, inquit, admonitionum
est liberum arbitrium, ut quaereret Dei donum; quod quidem sine
suo fructu admoneretur, nisi prius acciperet aliquid dilectionis.
(En proxima gratiam) ut addi sibi quaereret (en proximam
ad orandum sufficientiam) unde quod subebatur impleteret;
tandem lib. de corrept. et gratia cap. 5. ait: Dolor quo quis-
que sibi displicet, excitat eum ad maiorem orationis affectum, ut
Deo miserante, incrementis charitatis aduersus demerit agere
prudenda, et dolenda, et agat laudanda, atque probanda. Quae
plerumque proxima sufficientia sine effectu esse valet.

Caput 5.
2. Propositio Jansenij.

Interiori gratia in statu naturae lapsae nunquam resistitur

Parag. 1.
8

De huius damnationis sensu.

Damnata ab Innocentio Papa X. propositio haec tanquam
haeretica, et haereticis; cum eo diametro pugnet cum fidei veritate
à tridentino tradita; qua firmiter credere debemus volunta-
tem nostram abicere posse gratiam Christi superfluum, qua
vocatur, et excitatur ad meritum; quod utique constat ubertim
ex scripturae sacrae Veteris, et Novi Testamenti; ubi Deus
totiens conuenienter de abiectione ista à peccatoribus facta.

Uavi vos, et tenuisti, expandi tota die manus meas ad populum
non credentem, et contradicentem mihi. Nunc autem iudicabo
interme, et vincam meam. Quid ultra debui facere, et non feci?
expetivi ut faceret vbi? Et tibi Bethsaida, vq tibi Chera-
ram! Quia in tyro, et sidone &c. Nec aliis docet script.
ad Corinthios dum dicit. Notamus vos, ne in vacuum Dei
gratiam recipiatis. Videndum modo, quinam sit sensus
Sanenij, in quo damnatur? et quinam e censatur? Catho-
lice tenendus?

Et ad hoc duplici nodo paucis me expediam, scire
 prius oportet hac super re affirmatione ipsi Sanenij. Prin-
 cipio uagie sui operis lib. 2. nimirum de gratia Christi, cum
 cap. 4. dicamur Tradidimus gratia sanitati, et medicinali
 per hec verba. Gratia sanq voluntati in eius relinquebatur
arbitrio: gratia vero legē equoqque voluntati nullo modo
in eius relinquitur arbitrio, ut eam deserat, aut arripiat, si
voluerit: prorsusmodum cap. 27. eiusdem libri duo ponit. Non
dari in natura lapsa aliam gratiam actualem, quam effica-
cem. Nullam, inquit, Augustinus agnovit actualem Christi
gratiam (quam efficacem) nec agnoscere potuit, nisi regular
omnes fundamentali, quibus uniusus nauisam gratia medici-
nali tradidit, velis inuicemere. 2^m est de qua loquatur
gratia conditione palam exponere per hęc verba. Quisquis
iam alia Divinę gratia adiutoria infirmis hominibus affere-
ritur, quę deserant, si velint: cum quibus tanquam suffi-
cientibus operentur, si velint, nihil aliud imprudens facit

nisi ut originalis peccati virus evaneret, illegas liberi arbitrii vires
esse, Chastitatem frustra venisse, et gratis mortuum esse perinde

Per quod sedulo adnotandum Jansenius intendit, non ut aliqui
falso existimarent omnem gratiam medicinale[m] esse a concu-
piscencia opposita insuperabilem, non ita est, cum gratia parva,
et invalida admittat ad vincendam ex adverso concupiscentiam
rebellem; sed omnem omnino Christi gratiam, seu parvam
sive validam, quae infirmis voluntatibus ministratur, ita effi-
cacem esse, ut liberum non sit ipsi eam desedere, cum velit.

Et patet hoc dubio procul oppositum sibi Jansenium
ipsum cap. Multos divinitus mente colluctari, imo vero
in ipsa[m] voluntate[m] modis divinae gratiae percelli; qui
tamen ab eius interna suavitate, et inclinatione dissonant.

Cui argumentum respondet, quod quamvis plures gratiae gra-
dus sint, sunt etiam plures illius, atque diversissimi effectus
unde fit non omnem gradum eundem effectum obtinere, obti-
nere vero semper suum, scilicet, gradui correspondentem. Con-
siderandum est inquit, multiplice[m] esse divinae gratiae effectum
quem admodum et voluntatis. Est enim velle perfectum, quod
Augustinus posse vocat: Est et imperfectum, quod velleitatem
appellare solemus. Et hoc ipsum diversos gradus habet, donec
ad ipsam patriam, tenuissimamque boni complacentiam
veniat. Itaque ergo est primus effectus illius boni effectus
(nota) quem ut minimum in omnibus operantibus quibus
eum infundit Deus. Unde concludit, quod primum inculcat
Neque ad finem libri decimi Cap. 7. ubi ait: In universis

operibus eius (D. Augustini scilicet) non est venioium, quod 455.
Christi gratia cuiquam sit incongrua; sed omnis congrua est,
omnis operatur, ac perficit effectum suum. Omnis enim delectat
voluntatem, et omnis hoc ipso ad operandum effectum illum, ad
quem datus trahit.

Ex quibus emittitur proprius et germanus sensus in quo Jan-
senius docuit hanc 2^m propositionem, et in quo ab Apostolica
Sede damnatur. Semper, gratia medicinalis Christi aut Vic-
tialis est, et illi non resistit; aut est non vitialis, et licet
concupiscentiam non vincat; eo quod huius effectus capacitas
non est relative; tamen voluntas proprie illam non abicit, neque
illi resistit, quia ad hunc effectum non ordinatur a Deo, ut sci-
licet vincat superiorem concupiscentiam; sed potius effectum im-
perfectum ad quem ordinatur, consequitur, et illius est efficax. Pro-
de omni gratia in statu naturae lapsae, semper effectum consequi-
tur, cuius est capacitas relative, et proxime; atque a Deo, interiori
gratiae in statu naturae lapsae nunquam resistit. Stulti, haud
levisque momenti curacionem hanc eo ante dictis possum
evinicare; compendio tamen evincam. 1^o Confessione discipulorum
Jansenii; deinde ratione theologica Paulus Jansenus diquino
1^a art. 5. sic loquitur de gratia debili. Quamvis; sita gratia
sit inefficax respectu boni operis, ad quod ex natura sua tendit,
et ad quod implendum voluntatem coartat, et roborat; alio tamen
sensu est efficax secundum quid, quia semper actus illos imper-
fectos producit, ad quos ex decreto absoluto divinae voluntatis
ordinatur. Atque ita generatim omnis Christi gratia efficax

224
dici potest, quia tempore id efficit, quod Deus absolute prexi decrevit
Vides ne, omnem gratiam iuxta mentem Janenij eo sensu dici
efficacem, quatenus suum proximum effectum, cuius est capax rela-
tive, hoc est, ad quem ex Divino ordinatur decreto? Sambovius
tract. de gratia sup. S.^{ca} ar. 6. clarius adhuc rem explicat. Gra-
tia parva, ait, est efficax eius effectus ad quem proxime ordina-
tur, et quem Deus absoluta voluntate intendit; non est tamen
efficax eius effectus, quem Deus absoluta voluntate non intendit,
et ad quem ordinatur quantum est de se, sed non habita ra-
tione subiecti resistentis per materiam concupiscentiam. Unde
Janeniam in scripto tuum columnarum pro Janenij defen-
sione allegato hunc esse mentis Stagirij proferunt. Gratia Christi
inquunt, ad singulos peccati actus proxime necessarios nunquam
resistitur hoc est, nunquam illa frustratur eo effectus, ad quem
a Deo proxime datur. Ergo caremus gratia parva non resistitur
quatenus non privatur effectus proximo, cuius est capax, et ad
quem ordinatur. Sed hic est effectus, cuius est capax proxime
et relative; Ergo sensus Janenij est recte a nobis assignatus.
Qui alium querit sensum, et isti ad repellendum proponit, cum
laxo, et umbra, pugnat.

Ratio vero theologica, qua firmata assertio, hec
est. Ille dubio procul est sensus Janenij, quem damnat Ecclesia
qui pugnat cum veritate averta à Tridentino; nempe voluntatem
nostram posse abicere gratiam a se, illi non obtemperando. Pa-
tet; nam propterea damnatur propositio, tanquam heretica.
Sed huic veritati aliter non contradicit Janenius, neque

alius sensus, propositionis 2.^e pugnat iuxta Janenium cum
 dicta veritate, nisi quatenus, docet sensum à nobis traditum:
 Ergo non alius est proprius, et germanus dicitur 2.^e propositionis
 ab Ecclesia damnatus. Probatur minor. Sensus Janenianus
 non pugnat cum præci doctrina à Tridentino tradita, quatenus
 significat Janenium negare inefficaciam gratiæ absolutam, aut non
 resisti à fortiori concupiscentiæ virtuti gratiæ; est evidens: cum
 hoc à Janenio nunquam in mentem venerit negare. Patet
 patet, fortiori concupiscentiam superare vires, gratiæ infirmæ
 quod est, illi concupiscentiam resistere: aliunde inefficaces gratias
 absolute concedit hoc est, non semper effectum sortiri, ad quem
 ordinantur eo se, et non proxime, neque eo decreto Divino.
 Ergo solum pugnat, eo quod neget gratiæ resisti à voluntate
 privando illam eo effectum ad quem proxime ordinatur à Deo
 et cuius est capax relative. Tenet illatio. Nam præter has duas
 resistentiæ classes nulla valet inveniri.

Explicatur. Iuxta Janenium lib. 2. cap. 27. Non
 quævis gratia ad quosvis effectus inferendos sufficit, sed potentæ
 operationum difficultati accommo-
datæ sunt. Ergo gratia par-
 va solum difficultati parvæ potens est adversari. non cupiditati
 fortiori. Ergo ex mente Janenij non est proxime capax nisi
 effectus imperfecti, quem semper obtinet. Ergo voluntas catenus
 illi parvæ gratiæ non potest resistere, quatenus nequit ordinare
 gratiam ab effectu imperfecto, cuius solum est capax relative. Patet
 consequentia. Quia iuxta Janenium gratia capax non obti-
 net effectum perfectum, sicut gratia victrix eo solum quod ad

illum non est capax proxime; ad proxime gratia, non resistit, q.
solum privata eo effectu cuius est incapax relative, et si absolu-
te potest dici sufficiens sic explicam Discipuli Stagiritum in
hac re sentientem Dionysius Raymundus l. 2. c. 3. ar. 5. Nulla
gratia effectu caret nimis proximo illo ad quem destinatur
non remoto ad quem excitat. Ergo eadem iustitia Iansenium
numquam gratia resistit, quia numquam a voluntate pri-
vata effectu proximo ad quem ordinatur. Et clarum. Sed
effectus proximus gratia ille unicus est, cuius est capax relative.
Ergo ideo iustitia Iansenium gratia numquam resistit, quia
non privata eo effectu cuius est capax relative. Aliter subimp-
ta innegabilis est. Ex supra dictis. Audiat tandem Lucretius
Crisp. ad Decanum Stechlini, pro defensione Iansenium. Gra-
tia, inquit, inefficaces non dantur a Deo eo voluntate antecedente
ad aliquos particulares effectus, s. g. Conversionem, perseveran-
tiam salutem; quia nempe voluntati huiusmodi in genere tan-
tum, sui absolute tendit ad illos effectus. Addeoque gratias illas
ad circò tantum sufficientes appellari respectu alicuius effectus
quem defacto consequerentur, nisi superior cupiditas primo Dei
consilio in illis gratiis decernendis obviaret. Audiat auctorem
scripti famosi, In nomine Dni, pag. 11. Targat animadver-
tere, nos non docere, Divine gratia simpliciter, et posse num-
quam resisti; quin imò eidem novimus modo resisti, modo
non resisti. Comparatione scilicet cupiditatis, cum pia gratia
ut altera vicinim resistat alteri. Sit nec inde fit, ut omni
proximo effectu careat, aut careat unquam divina gratia;

quando quidem ipsa, quatenus superior, aut inferior est ad ver- 157
tatis cupiditatem, desiderium efficax, aut inefficax in humana vo-
luntate perperis gignit. Et cum à Deo non sonent saltè im-
mediate, nisi ob effectum illum, quem nata est peragere, et respici
peragis; negamus eam proprietatem cuius effectus, ad quem à Deo im-
mediate, et proxime destinata est, aut aliquando vacuum fuisse
aut perire unquam posse. Cui apertissime sensum damnatum
in 2.^a propositione, qui à nobis tamquam germanus Jansenii
descriptus est.

Parag. 2.^o

Sensus Catholice Tenendus

Per oppositum ad Jansenianum catholicus sensus facile sig-
noscitur; nempe, in statu naturæ lapsæ quamlibet gratiam non
semper habere cum effectu, cuius est capax relative ad opposi-
tam concupiscentiam, sed plerumque eo effectu à voluntate hu-
mana privari; et consequenter nonnumquam voluntatem in
hoc statu remittere interiori gratiæ, per omissionem actus, ad quem
proxime, et relative tribuit veram sufficientem potentiam.

Probatur. Sensus Catholicus est, voluntatem in statu naturæ
lapsæ nonnumquam abicere à se influxum gratiæ interioris
modo, quo Jansenius hoc negat. Est Evidens. Sed Jansenius
non negat voluntatem in statu hoc abicere plerumque in-
fluxum gratiæ absolutum, et remotum; sed solum proximum
et relativum, ut supra manet probatum. Ergo sensus Catholicus
est, voluntatem in statu naturæ lapsæ nonnumquam abicere
influxum gratiæ interioris, proximum scilicet, et relativum;

atque adeo interiori gratiæ remittere illam privando eo effectu, cuius
est capacitas proximè et relative. Explicatur. Negat medicus
Iprenius gratiam medicinalem Christi posse relative effectum illum
unquam habere, quem defacto non habet: quia nante concupiscentia
fortiori implicat ille effectus, cuius gratia capacitas non est: Et ad quem
non datur. Cum facile concedat, posse eandem illam gratiam ab-
solute; quia quod effectum non causet, pendet unice à remissione
fortiori concupiscentiæ; non pendet eo effectu virtutis gratiæ. Ergo
per oppositum catholice sciendum; posse gratiam aliquando, nedum
absolute, sed etiam relative, effectum consequi, quem modo non habet.
Sed propter 1.^m negat Janen.^s in hoc statu gratiæ interiori un-
quam remitti: ergo propter 2.^m sensus catholici alius non est,
quam augustinus inconclusione.

Unde deduces ad depellendum sensum erroneum Jan-
senij non sufficere, si dicas; 1.^o Interiori gratiæ aliquando remitti;
sic heresim vitabis, aut non sensum. Nec si 2.^o aseras, gratiam
quandòque sumptaxi eo effectu, quem potest absolute, et remote,
nec 3.^o gratiam non semper cum effectu reciprocari, aut aliquan-
do inefficacem esse. Hæc omnia, quorum unus, eisdem sensus
est, vltio ad mentem Iprenius factentis Janeniani, Quærit in
Epist.^a Apologetica. D. Nicole, Arnaldus, D. Girard. Samborij
Auctoz libelli in nomine Domini, locis supra citatis. Sed et enim
aliud his verbis significatum volunt; nisi quod gratiæ interiori
spectatq; in se ipsa, et absolute remittatur, quatenus vicinias semper
non est. Verum illud apud ipsos fixum semper manet; gratiam
relative ad oppositam cupiditatem eum effectum semper habere,

cuius est capax proxime, et ad quem proxime à Deo conceditur, 158.
et ordinatur: proinde sub eo respectu nunquam gratia resistit,
cum proprie loquendo gratia non resistit, dum privata effectu
quem in his circumstantiis nequit habere: neque hoc est libe-
rum voluntati, quæ gratiam, quo ad hoc abicere nequaquam
potest.

Responsum ad dicta opposita 1.^o Omnis gratia interior semper
illuminat, et movet voluntatem. Ergo quo ad hunc effectum pro-
ximum semper est efficax, et si quoad alium vicium non sit: Ali-
unde, gratia vicium nunquam resistit; Ergo gratia interiori
quoad effectum proximum nunquam resistit. Nunc sic.
Sed gratia quoad effectum remotum nequit resisti. Ergo de 1.^o ad
ultimum gratia interiori in statu naturæ lapsæ nunquam resi-
stet. Norma patet subsumpta. Quia ad effectum remotum gra-
tia parva capax non est relative, hoc est, aucta fortiori incon-
tinuum resistente cupiditate, quæ gradibus gratiam superat
et si absolute minima gratia sufficiat, tunc quando minor
est resistentia, tunc quando coniungitur cum nova gratia vic-
turi.

Resp. facile. Nego prius suppositum consequentiam 1.^o eo
quod motus, et illuminatio gratia excitantis apud theologos nec
infimi subtilij non causentur à gratia, sed proxime formaliter.
Nego deinde subsumptam, cum probatione; fatendum namque
est ab omni non suspecto theologo cum D. thoma minimam
gratiam posse se sola vincere quamlibet resistentiam concupis-
centiæ, etiam magis inersæ, et gradibus superioris: et quod

Dissect. 4^a. c. 1. §. 5.
pag. 49.

inde fit, quoniam posse relative habere quandoque Effectum, quem
in his, non obstat circumstantiis. Neque ad vitandam suspicio-
nem exactis est satis, quod video usurpatum à Stag. Dei acinte.
Si in hoc statu datur gratia remota sufficiens, quæ scilicet in
nobis producit pacem, remissam, infirmamque voluntatem, cui
obstitit concupiscentiæ rebellio, consequens est, dari in statu naturæ
lapæ interiorem gratiam cui ab humana voluntate resistitur.
Non ita est Augustiniane Stagiteæ. Vide quid dicant Januaria-
ni? Auctor libelli in nomine Dni. pag. 11. Praeparat animas.
venere, non docere nos, divinæ gratiæ simplicitate, et per se num-
quam resisti; quin imò eidem novimus modo resisti, modo non;
comparatione scilicet cupiditatis cum ipsa gratia, ut altera vicis-
sim resistat alteri. Hoc ipsum est quod tu asseris, cui obstitit
concupiscentiæ rebellio num hoc est resistere voluntatem? Pat!
malè assumum signum! Nec verò, exprobrare R. Saver
docuit Quid ite, ait de Januaria ibidem, divinæ gratiæ simplicitatem
aut absolute nunquam resisti; sed respectu solummodo cupidita-
tis, prout hæc gratiæ cum qua dimicat, prægravat, vel succumbit.
Cuius ut longè à Januariano discedas sciendum est, quoniam om-
nem esse relative, et proximè à voluntate resistibilem, et non tam-
tùm quoad Effectum remotum, dum opposita prægravat delectatis.
2^o Oppones Quilibet gratia actualis interior, quæ à Deo
conferitur per voluntatem consequentem, cum omnem sortitur Effectum,
quem Deus ea voluntate intendit. Latet. Nam voluntas Dei
consequens semper impletur. Sed quilibet gratia quæ à Deo datur atten-
tè subiecti circumstantiis, et relative ad ipsius dispositionem,

159
a Deo concessa per voluntatem vixit consequentem: Ergo quilibet
gratia interior, quae a Deo datur relative ad dispositionem subiecti
cum omnem effectum obtinet, quem D. intendit, ac proinde illi
numquam renititur. Debili argumentatio, tum quia virtute vo-
luntatis antecedenti concessum a Deo plures gratias relative suf-
ficientes ad vincendam oppositam cupiditatem, ut ea antecedens
voluntas stertilis non sit, sed purgans media relative, et proxi-
me sufficientia ad salutem. Ex quo patet, minorem syllogismi
esse falsam. tum praerea: quia gratia solum obtinet cum om-
nem effectum, quem Deus efficaciter intendit, secus cum quem inten-
dit pure inefficaciter; idem enim est inefficaciter velle Deum effectum.
A, ac efficaciter velle permittere omissionem, et carentiam eius.
Unde voluntas Dei semper impetrat: quin ex hoc liceat inferre,
quamlibet gratiam obtinere semper effectum, cuius est capax, et
sufficienti relative.

Sed iurant Janseniani. Gratia sufficienti thomistica est
quae conceptis verbis attribuitur a Jansenio: haec vero, cum ad posse
tantum concedatur a Deo, semper dat posse voluntati; Ergo semper
numquam obtinet effectum, nec unquam illi renititur. Claudicat ins-
tantia utroque pede. 1.º Nam verbo tenus convenit gratia Jansenij
cum thomistica sufficienti, quidquid Jactabundi vocitent Jansenia-
ni. Itaque enim sufficienti est relative, et vere; secus illa. 2.º Quia
falsum est ad posse tantum illam dari: aliud namque est, illam
constituere posse tantum, et hoc est certum; aliud vero ad hoc
unice a Deo dari, cum ex verum patet frustraneum fore
posse illud, si ad actum, et operationem non ordinaverit.

Qualiter autem à Jansenio discedant Augustiniani illi, qui non
concedentes gratiam relativè et proximè sufficientem negant gratiam
parvam ad operationem ordinatam, nisi remote? modo discu-
tendum venit.

Caput 6^m

Circa 2^m Propositionem

Inveni gratia in statu naturæ lapsæ nunquam resistit.

Quis sentiant Augustiniani Moderni?

Parag. 1^s

Quam periculose labantur in hac Resistencia?

404. Inquæ de Janseniano errore perulaci Norisium, cœcæ
dixerit, eo quod Emin. Scripsi Scripsi auerat, dæxi in natura lapsæ
gratiam supernaturalem internam, cui voluntas nostra resistat. Vide-
ris, ait, quam dixerunt à Jansenij errore Norisij sententia vulgari
perat. ... Saltem sit, quosdam vocanti Deo resistere Genm. 27. Ho-
bat in impet, Norisium affectum sibi calumniam à se repellere, eo
quod cum illacido adstruat, in natura lapsæ gratiæ debiles, quibus
credens resistit humana voluntas. [Tradit Augustinus gra-
tiæ parvæ, et remotæ, non efficaci, et vehementes, quæ in nobis
efficiunt voluntates parvas, et infirmas, non validas, et robustas
quibus præcepta non implentur. Ex quibus insultat Norisianus
videtur, quasi notum faceret Norisium aperte tradidisse gratiam
Christi internam, cui voluntas resistit, et consequenter effusi per
invidiam Scripsit Emin. de Jansenio infamari.

405. Dona d'Peri videtur commendabilis esse. Et enim

si cuius argumentum aliquis probat, Janenium una cum Quenello, et 160

Calvini sectarijs ab omni censura optime jure eximentur. Ibi enim omnes uno ore fatentur, dari in nuda lapsa gratiam merentem, cui voluntas nulla frequenter obliuiscitur; Ergo infirmum, imò et contemptibile est argumentum, quo Scoticum tenet exipere a censura.

Videmus celeberrimam Calvinicam Patrum assertionem dari in nuda lapsa merentem gratiam, cui voluntas resistit. Naque se-

quitur, ait, nullam dari gratiam, cui voluntas resistat: datur enim

gratia, quae à multis, prohi dolor! resistitur. Corvus, Quenellum in

querella contra William Vintonium exclamare: Falso mihi im-

ponitur, non admittere inefficaces gratias, quibus resistitur, eo quod

ea voluntati resistentia, non habent eorum effectum, quem haberent

Janenium eiusmodi gratias passim tradit, lib. 2. de Grat. Christi c. 27

scribit. Ne vero moveat quemquam, multos diuinitus mente col-

luntari, imò vero in ipsa voluntate moribus diuinae gratiae percelli,

quod tamen ab eius suasione inexterna, et inclinatione diuinitus:

Ergo si heretici fatentur, dari in nuda lapsa gratiam merentem,

cui voluntas resistit, ex eo, quod Scoticum dicat palam fit quod

dari vocant Deo resistere, non diuinitus vultum gerit ab errore

Janenij. Et quidem, si ad removendam heresi suspicionem suf-

fraxerit catholici verbi vi, qui unquam de errore convincerentur?

Atediosius inimicis parer, recentia heresi frequenter verba Catho-

lica à novatoribus usurpant; nec mihi consilium est Perium

aut Scoticum de Janenismo arguere: sed tantum ostendere in-

efficaciam argumenti, quo Perius displacuit.

406. Quaestio, et difficultas est: Num hæc resistentia, quam

Novissus admittit, sit Catholica, an Januaria? An sit vera
 remittentia, quam Catholici profitemi tenentur, an sit illa, quam natio
 Januaria ultero fecerit, ut cum Orthodoxis videantur effici? Cum
 ergo conveniant Novissus, Doris, Belleli, Januarius, et Turnellus
 in eo, quod in natura lapsa tantum remittentia gratia parva, debili
 et invalida gradibus inferiori concupiscentia: Terminus. Num
 remittentia gratia parva sit remittentia Januaria? pro cuius fa-
 ciliiori intelligentia advertendum est Augustinenses adnotationes con-
 venire cum Januio in eo quod gratia parva est efficax ad eum de-
 bilitatum, quos producit: Adnotationes requie nos, ait Doris, gratiam
 illam infirmam infirmas, debilesque voluntates... esse remittentiam
 eandem voluntatum debilitatum, et infirmatum, efficacem eorumque
 descendit, nunquam remittit gratia, in natura lapsa: quia gratia victoria
 nunquam remittit, et cum gratia parva sit efficax, et victoria res-
 pectum naturam ad eum sequitur voluntatem nunquam illi remittit.

407. Ex principio duarum delectationum fit simile argumentum
 Quia voluntas semper obtemperat validiori delectationi, si ve celesti
 si ve terrenae; et minus plus opposita remittentia, quam perpetua obe-
 dientia. 2. Vel gratia est superior concupiscentia, vel inferior? Si
 superior est? nunquam ei remittit voluntas. Si inferior est? non
 est voluntas, que remittit, sed concupiscentia validior gratia; illa enim
 inquit, sic gratia producat effectum ad quem inclinatur, et quem vo-
 luntas, sufficiens inferiori gratia, et vult, et concupit. Id significare
 videtur Doris, dum ait: concupiscentiam remittit. Intendimus
 illam non esse efficacem, cui remittit validior concupiscentia tom. 3.
 lib. 17. cap. 3. pag. 304 et Belleli Parva intendimus gratia, quatenus

Dicitur 4. c. 1. pag. 87
 n. 5.

ad bonum exerceat stimuletque, a fornicatione concupiscentia vincitur, 161
et superflua lib. 4. de modo repar. tom. 1. cap. 1.

408. Penitentia igitur, iuxta Augustinianum scriptorem, in
eo sita est, quod gratia parva praevenit effectum, ad quem movet, et
membriam: quæ summam ipsissima ratio notata est. Sic
respondet in Systemate vindicato diu. A. cap. 1. pag.
100. Ceterum qui aiunt semi-Pelagianos admisisse gratiam
à libero arbitrio pendulam, quæcumque ea gratia sit,
nullatenus frivolis hinc Anonymi notationibus re-
fellimus. Nam ad 1.^m respondebunt, non esse paucissimos
illos theologos, sed per multos, ac præclarissimos, ut constat
ex num. præcedenti et ex tom. 3. de Theolog. Discipuli-
nis pag. 161. Potest autem utraque nota hæreticos, et
falsitatis convenire uni, eidemque parti, ut constat
ex quinta propositione, in cuius censura nota falsitas
eis minime omittitur. Hucusque modestissime utas-
set hic auctor. Cuius responso nullo negotio evanescit.
Falsum quippe est, ut omnes notam, censuram falsita-
tis in quinta propositione cadere supra id quod hæ-
reticum damnatum: tunc que penitus languida solutio.

Itaque Innocentius cum præscripsisset tanquam
falsam, temerariam, et scandalam propositionem istam,
semi-Pelagianum est dicere Christum pro om-
nibus omnino hominibus mortuum fuisse, aut sanguinem
fudisse, quatenus notam hæresis inuicem communi
Catholicorum sententiæ, iam in videntino tanquam

Catholicę declarare; postea quatenus ex mente Jan. 209
senij vocare vult, Christum mortuum pro solis pre-
destinatis, eam hereticam, impiam, blasphemam, contu-
meliosam, et divine pietati derogantem declaravit, unde
in ea due sunt partes, una reflexa, nempe nota semi-
Pelagianismi vane attributa doctrinę, supra quam ca-
dit censura falsitatis, temeritatis et scandali: alia vero
directa, qua adiecitur Christus mortuus pro predesti-
natis duntaxat, et super hanc fulminatur censura
heresis et alię multę. Hoc constat absurdis ex ipsa
Pontificis Bulla ubi dicitur. Quintam falsam, temera-
riam, et scandalosam; et intellectam eo sensu, ut Chris-
tus pro salute duntaxat predestinatorum mortuus sit
impiam, blasphemam contumeliosam divine pietati
derogantem, et hereticam declaramus, et rei valen-
damnamus ut videlicet qua fronte dixerit Bexii no-
tam falsitatis et hereseos convenire uni eidemque
parti, et quo fundamento nitatur arrogantia respon-
sionis, quę nec leviter tangit pondus rationis factę hactenus indi-
solute.

Ut cetera diluamus audire rursus iuvat Bexium pag. 99.
laudato loco sic differentem. Ne non latet, Honoratam Tourne-
lij in prop. A. Janensij vehementer optare, ut Franciscus Mac-
cedo suam retractasset sententiam, sicuti retractasse dici-
tur Fonetus in editione Lugdunensi anni 1681. sed nunquid
propterea Fonet sententiam priorē in Janensio damnatam
anexuit? Nunquid ab ea recesserunt alij hactenus recensiti?
Huic duplici interrogationi non aliud responsum dabimus q̄.
verba Mag. Natalis Alexandri ad sceculum 5. c. 3. ar. 8. in
hist. eccles. sic mature, et graviter responderis, sed de isto semi-
Pelagianorum hereseos cap. in dissertationibus Iberiū agam con-
tra Janensium Franciscum Macedo Minorum Fonetum nostrum,
et alios qui nulla habita ratione propositionis A. in contri-
tutione Innocentij X. damnatę, temere anexunt, semi-Pela-
gianos gratiam aliquam internam ad initium fidei ad mi-
sere Audiri mi Bexii, Fonetum Macedo et alios (atque
signatos) temere contra datam Innocentij constitutionem

una cum Iameno Calcarare? Hi porro sunt præclarissimi
mi illi Theologi bene multè quos in diè subsidium induc-
tor contra Anonymum declamaveras. De teroque au-
tem quid meditatus est cum ibidem pergit dicens. Pri-
orem sententiam utique Ionetu Tetradactane videtur in
manuali, prout animadvertit Fournellius; sed simul cum
manuali eodem anno ipsdenique Lugdunenibus Typis cura-
vit ut iterum imprimeretur Clypeus 4^{to} ibiq. tom. 4. pag.
18. num. item 18. aueritur, Semi Pelagianos non quidem omnes
sed tamen aliquos reuera ad initium fidei admisisse interio-
rem gratiam illuminantem & moraliter excitantem &
quæ nutum, & determinationem Dionysij Petavij.

Tateo Ionetu Clypeum tom. 4. tam in edit. Lugdu-
neni, quam in ultiorie Bruxellensi hæc quidem conti-
nere, quæ non sine admiratione, & stupore vidi. Quid hoc
hominis est? Ionetus ut luna mutatur; primo docet semi-
Pelagianos admisisse ad initium fidei veram interio-
rem gratiam cum Macedo, & Iameno; postea in recitatione hæc afir-
mar. Re tamen attentius, & maturius considerata, dico breviter, Semi-
Pelagianos omnes gratia interiori prævenientis necessitatem
constantissime, negare hoc in manuali tract. de gratia Cap. 2.
Rursum in Clypeo redit ad vicium. ubi illa maturitas considera-
tionis? ubi consequentia doctrine? iuxta hunc quippe vicisorem
hæc duo verba vix in eiu scriptis contradictoria formalia.
Semi Pelagiani omnes gratia interiori prævenientis necessita-
tem ad initium fidei constantissime negabant. Semi Pela-
giani aliqui gratia interiori prævenientis necessitatem ad ini-
tium fidei admittabant. Tam manifesta contradictio non
mihi levem ingenii vagationem, aut typographorum incuriam
aut aliorum malicia. hæc in Clypeo præter authoris men-
tem posita permanere se te exit parum subsidij Beato
accidere poterit ex contradictione doctrine Ionetu: quam qui-
dem, simul ac eiusdem sententiam mox ex professo discu-
tiendam relinquo. Ad Petavium quod attinet pura pura
calumnia est, quod à Beato pronuntiatur, ut siam
non videbitur.

Nunc ad fundamentum nostræ anæctoris cum mihi repone-

proterea dicta, invicem contra maiorem discimus fieri proportionem. 2^o
Minor ut stet similiter probatione non indiget, cum ex tenu-
minis nota appareat nisi forsam necesse sit quod una,
alterare conationum evasio precludatur. Quod statim f. 6.
Catenus amere semi Pelagianos admisisse etiam ad in-
itium fidei gratiam interiorem indifferentem, vel gratiam
sanctae inspirationis et illuminationis, non esse cum Jansenio
affirmare semi Pelagianos admisisse necessitatem gratiae in-
terioris prevenientis etiam ad initium fidei; quatenus vel
illa interior gratia indifferens non foret preveniens, quae
fuit Teneci, et Jansenianorum fluxum evasio; vel quia illa
gratia interior sanctae inspirationis non foret vera gratia,
quae est evasio Destina. Sed nullum et aperte falsum est
effugium utrunque: ergo id est cum Jansenio affirmare semi-
Pelagianos admisisse etiam ad initium fidei necessitatem gratiae
interioris prevenientis; quae ut prima pars ab Innocentio
damnata quartae propositionis. Minoris veritas pariter
sequenti demonstratur.

S. 3.

Sententia Berti, et Joveti Jansenismum redolent.

Joannes Bapt. Jovet in Cypres Tom. 4. tr. de gratia agens de semi
Pelagianis adeo minere lapsus est, vis ut sine retracta-
tione, de qua mentio fuit facta, ponit Toleram. At enim
pag. 11. semi Pelagianos etiam ad initium fidei gratiam
veram interiorem admisisse necessariam; cum que sibi ob-
iicit propositionem hanc in Jansenio proscriptam, ab Innocentio
X. Respondet 1. cum concedo. Primam huius propositionis par-
tem totam esse defectu, et ad illud credendum nulla lege adigere
nos Ecclesiam posse: huic tamen responsioni opponimus Joveti retrac-
tationem sui suam ipse dicit solutionem dicens. Quod licet priora hu-
ius propositionis pars sit questio facti, quae proprie fidem non spec-
tet; quia tamen altera pars propositionis eiusdem, quae iuris est, et
cum priora ita connexa est ut eam necessario praesupponat, po-
tuit et debuit Pontifex primam, ut falsam proscribere, ut sub-
inde alteram damnaret tanquam hereticam: operandum sane foret;

ut pro tamen honore Magistri, et bona fama hæc ipsa ma-
xima retractatio in Clypei editionibus ad questionem de Semi-
Pelagianis adiungatur; tum maxime ne discipuli reproba-
tam addicerent à Magistro valde periculosam doctrinam.

Respondet 2.^o Propositionem hanc Tamenij merito fuisse
damnataam ut falsam, cum indefinite loquatur, hoc est, de
omnibus sine discrimine Semi-Pelagianis, cum tamen cons-
tet, Semi-Pelagianos aliquos gratiæ interioris necessitatem ad
initium fidei non admittere. Sed Porro Gonet debilitatem hu-
ius solutionis, propterea non quiescent in ea aliam excog-
itavit nihilo meliorem. Quod verò 2.^a solutio nulla sit,
ex eo constat abidubio; quod cum dicta propositio in rem
damnetur Tamenij, et admentem illius hoc solum quod
iprennis, asseruit, nempe aliquos, non omnes Semi-Pelagianos
gratiæ interioris admittere necessitatem ad initium fidei, damna-
re certum est. Preterea, cum sensus patris 2.ⁱ sine dubio sit,
nullos Semi-Pelagianos hæreticos fuisse in eo quod vellent,
gratiam illam esse talem, cui ponit humana voluntas resistere,
vel obtemperare; sequitur necessario, sensum patris
non alium posse esse, quam nullos Semi-Pelagianos eam gra-
tiæ necessitatem ad initium fidei admittere. Unde per res-
ponsum dictam non cavetur damnatio cum omnino
eadem sit ac propositio Tamenij. Veniamus ad 3.^m quæ in ipsa
principali conclusione Gonetii continetur, et in qua vim ponit,
et nexum huius assertionis.

Conclusio itaque Gonetii hæc est. Semi-Pelagianis
etiam ad initium fidei admittunt necessitatem gratiæ
interioris indifferentis, quæque ab humana expectat volunta-
re determinationem. Pace illius dixerim, hæc propterea captio-
sam equivocationem in nullo differt ab assertionem Tamenij.
Nam dum intendit, gratiæ indifferentis adventum cum Se-
mi-Pelagianis involvere, ipse factus est Tamenista; et incidit
in foveam quam fecit. Ratio est luce clarior. Ideo juxta
Gonet hæc assertio differt a Tameniana, quia hæc advertebat
gratiæ interioris prævenientis necessitatem; et gratia de
qua Gonet loquitur non est præveniens. Sed hoc apertum
mendacium est, ex quo differentia ab Tamenio nulla. Minor

probatum. Gratia indifferens apud Senitas omnes est verissime 211
preveniens; imo quod talis sit a nullo Thomista negari valet. Nam
iuxta omnes est Angelico D. 1.2. q. 11. ar. 3. Gratia secundum
quod causat in nobis primum effectum (hoc est, ut bonum velit)
vocatur preveniens respectu secundi effectus; et prout causat
in nobis secundum, vocatur subsequens, respectu primi. Et sicut
unus effectus est posterior uno effectui, et prior alio; ita gratia
potest dici preveniens, et subsequens secundum eundem effectum
respectu diversorum. Item est Divo Augustino in Enchiridionio
cap. 32. Misericordia eius, preveniet me, et misericordia
eius subsequetur me. Volentem prevenit ut velit; volentem
subsequitur ne frustra velit. Ea est vera gratia preveniens,
quae volentem prevenit ut velit; et quae causat in voluntate sine
voluntatis electione primum effectum sanctae delectationis; media
qua Deus in nobis, sine nobis operatur; sed omnes gratiae in-
differens amplexiones, docent eorum hoc de auxilii indifferenti-
bus supernaturalibus; ut Thomista nullum inficiare possit. Ta-
lium igitur est, non esse prevenientem gratiam, quae ab-
inimico indifferens est.

Itaque non nisi per summum nefas vocari valet gratia
indifferens persequens naturae, eo quod ita indifferenter cum
voluntate operetur, ut eam non impellat necessitas ad opus bo-
num. Aliud namque est, libertatem relinquere voluntati suam
determinationem quam cum voluntate operatur ipsa gratia,
et sine illa voluntas operari nequit. Et hoc facit auxilium
indifferens. Aliud longe distans, gratiam esse voluntatis
persequens; quod nil est aliud quam voluntatem se sola posse
prius, quam gratia cum illa operetur: seu ut loquitur S. Prosper
in ep. ad Augustinum cum deo sine, quae humanam operentur
salutem, Dei scilicet gratia, et hominis obedientia; priorem volun-
tatem quam gratiam, ut initium salutis est eo qui salvatur,
non eo eo credendum sit stare, qui salvat. Et hoc nullus, qui
dicit gratiam inchoationem esse necessariam ad initium salutis
admittere valet, sine implicancia manifesta multo minus gratiae
indifferens amplexiones, qui nullum opus bonum sine gra-
tia, nesum effici, sed nec ullo modo posse concitari, modo
autem ut Tenebris laxata conclusio detegatur, sic arguat.

112 Dum dicit, Semi-Pelagianos gratia inerioris indiffe-
rentis admittit necessitatem ad initium fidei, et non admittit
gratia prevenientis necessitatem; implicanti docet. Ergo acen-
sura Tameniana nequit evadere per iram solutionem. Probo
evidenter assumptum. Vel loqueris de gratia indifferente ut a
Catholica Senitaxum docetur schola, vel ut docebatur a Semi-
Pelagianis? Si 1^m Jam te docuit Senitaxum schola gratiam
illam esse prevenientem; quin habeas quod misites ergo impli-
catis quærens non esse prevenientem illam eandem gratiam.
Si 2^m eligas? implicaris pariter. Nam ut in Prospero constat,
ideo non erat preveniens gratia Semi-Pelagianorum quia
initium salutis in eo qui salvatur, non in eo creditur sta-
re qui salvat. Sed quia ad initium salutis gratiam esse ne-
cessariam adiret, non potest sine contradictione dicere, in eo
qui salvatur, initium stare salutis, et non in eo qui salvat,
cum initium salutis sine salvantis gratia foret impossibile;
ergo repugnat adiret gratiam eam non futuram fore
prevenientem. 2^o Stante necessitate gratia supernaturalis
indifferentis, quæcumque ea sit, ad initium salutis, repugnat
non esse prevenientem: Ergo Goneti effugium repugnat.
Probo antea. Stante necessitate gratia inerioris supernæ re-
pugnat, quod prior sit obedientia quam gratia, quia sine
gratia impossibile foret obedientia. Patet autem, A. non
esse priorem quam B. quando sine B. requiritur A.
A. Atqui in eo solum dicebatur non esse prevenientem gra-
tia semi Pelagianorum iuxta Prosperum: Ergo repugnat ab
opposito eam non esse prevenientem. Patet illatio. Quia
tunc prior est gratia quam obedientia, quando initium
non potest habere obedientia sine gratia.

At inquit Gonet. Gratia venialis, et que de
se non est efficax, expectat consensum voluntatis servi-
entis ac subiecta voluntati; ergo ipsam sequitur potestatem,
non prevenit prior. Propterea gratia indifferens inelli-
gentia, et terminorum abusus. Forum negatur. Gratia
quippe indifferens, et que valde abusive vocatur a Goneto
et alijs eisdem furfuris venialis non expectat volun-
tatis consensum, cum ipsa consensum operetur cum

212
voluntate; neque subita est determinationi voluntatis cum
ipsa vera sit causa talis determinationis. Porro si gratia dicitur
indifferentem, quod formaliter non determinat consensum, cuius
determinatio voluntatis est vice: tamen voluntas non deter-
minat gratiam, proinde gratia non subditur voluntati:
neque gratia determinat consensum simul cum voluntate,
aut potest voluntatis nutum. Hoc enim abhorrent gratia
indifferentis amentiores, imo docent, voluntatem gratia
preventam non solum sed cum gratia adiutoris efficere,
et causare consensum, iuxta illud Apostoli; non ego solus,
sed gratia Dei mecum: quod est gratiam efficere volun-
tatis determinationem; non vero determinare, quia hoc est
proprium dominij elective, quod in gratia non reperitur sed
solum in voluntate. Ideo pulchre dixit D. Thomas. Sola
voluntas determinat ibi quod tenet, neque aliquid, sit vi
necessitatis, ubi sola operatur electio voluntatis.

Opponit Gonet 2.^o eam solum respuebant gratiam Semi-
Pelagiani ad initium fidei, ex qua putabant consequi initium
libertatis; atqui nil tale timere poterant ex gratia indiffe-
renti: cum ut patet integra libertas maneat: non ergo gra-
tiam indifferentem ad initium fidei recusabant. Praeterea. Ta-
lem gratiam esse comitem humanorum actuum non est esse
perviam illorum: ergo etiam gratiam admittentem indifferentem
non ideo pervenientem veram admitterent ad initium fidei
necessariam. Utrunque patet ex Prospero in Ep. ad Augusti-
num aente. Gratiam Dei quam comitem, non perviam esse
volum humanorum actuum etiam illis voluntatibus subdere,
quas ab ea recusatam suam Phantasiam non negant esse per-
venias. Vbi etiam S. D.^o conratur, tum quod etiam si Semi-Pela-
giani secundum suam phantasiam dicerent, gratiam veritati-
lem esse pervenientem, et tamen vera, eam subderent volunta-
ti. Tum etiam, quod eam comitem, non perviam esse vole-
bant humanorum actuum. Quid clarius pro assertionem posita?
nimium, Semi-Pelagiani ad initium fidei gratiam indiffe-
rentem admittentem pervenientem vero nequaquam?

Et haec quidem levisima sunt. Ad 1.^m negatur falsa
minor. Non enim aliunde timebant initium libertatis,

242
nisi ex gratia necessaria ad initium fidei, quaeunque ea foret,
de quo nullo modo disputabant. Dicebant enim, quod cum gra-
tia daretur ad omne opus faciendum propter meritum prece-
dens, libertatis naturalis, rectam, & incolumem servabant hominis
libertatem, & incuriam in negotio salutis, ut pote qui ex se
ipso inciperet esse bonus. Hoc vero deficiente, nulla incuriam,
nulla libertas homini remanebat, ut pote qui a Deo acciperet,
& non a se ipso initium salutis cuius electioni & viribus to-
tum subtraheretur. Patet hoc ex ipsa Prosperii Ep. Quantum
ad Deum pertinet, dicunt; omnibus esse paratam vitam eter-
nam; quantum autem ad arbitrij libertatem ab his eam aper-
hendi, qui Deo sponte crediderint, & auxilium gratis merito
credulitatis acciperent. Tota ergo arbitrij libertas in eo vni-
ce stabat, quod sponte sua crederet & merito precedente natu-
rae auxilium gratis, subsequens adiuvarer. Haec erat veritas,
Pelagianorum erronea & iustitiam de libertate; non quod gra-
tia foret inevitabilis, de quo nec verbum apud semi Pelagianos
Ad^{2m}. antecedem in sensu reali falsissimum est propter dicta
licet in sensu precinivo aliud sit gratiam comitari, & praeverni-
re. Unde consequens non inferitur, ad cuius probationem verba,
S. Prosperii contra rem adducuntur, quae longe alium sensum
habent. Dicebant quippe semi Pelagiani merita conditionata pure,
quae scilicet mixtura nunquam erant, esse causam cur in par-
vulis unus decederet baptizatus, secus alter: commixtus meri-
tis, ac san. Prosper in eadem Ep. electionem Dei subiciunt, ut
quia praeterita non erant, futura, quae non sine futura con-
firmant. Itaque quia gratia baptismi praeveriebat iuxta illos
in executione merita parvulorum nunquam futura; ideo
dixit optime S. Prosper, quod secundum suam phantasiam
non negabant semi Pelagiani praeveriri gratia Dei humanis vo-
luntates, quando in rei veritate fatebantur gratiam non esse
previa accursum humanorum. Vbi notandum, nihil in hac
authoritate dici de initio fidei, sed de humanis actibus; ea pro-
pter errora rem a Toneto trahi.

Quod ut evidentiarius pateat. Replica
vis. S. Hilarius in Ep. ad Augustinum affirmat, docere semi-
Pelagianos hoc, scilicet, ad nullum opus etiam incipiendum,

nedum perficiendum quamquam sibi sufficere posse. Unde 213
dixit S. Augustinus respondens lib. de Prædest. 55.º cap. 1. Pebe-
riatione isti etiam, ut preveniri voluntates hominum Dei
gratia faceamus, atque ut ad nullum opus vel incipiendum,
vel perficiendum, sibi quemquam sibi sufficere posse consentiant.
Atqui initium fidei bonum Opus est: ergo ad illud Semi-
Pelagiani necessariam esse gratiam admixebant. Ad hanc
objectionem Jamenij respondet Catholicus distinguendo minu-
rem. Initium fidei bonum Opus in se veritate est, concedo;
in sensu, et acceptione Semi Pelagianorum, nego. Contra
hæc veritas ex S. Hilario in eadem Ep. Neque enim (in-
quit) alicui operi curationis en bona opera, et actus humanos,
eorum annumerandum putavit, en territa, et supplici volun-
tate unumquemque regorum velle sanari quæ verba continua
ponit Hilarius supra positæ, ut constet, cum dicunt Semi Pela-
giani ad singulos actus vel eliciendos, vel perficiendos gratiam
Dei requiri, extra initium fidei loquuntur. Qui hæc de se plura
velit, adeat P. Sivinum Mejeræ tom. 1. hist. de Auxilijs ad fi-
nem disput. 1. ubi de erroribus Semi Pelagianorum. Honoratum
Journely tom. 3. d. de gratia pag. 111.

Hæc quoniam indicurando Toneto plus solito immorari su-
mus ad Bextum veniamus. Itaque tom. 3. pag. 161. cum scripseret,
etiam ad initium fidei gratiam intereque illuminationis admi-
sisse Semi Pelagianos iterum eam recudit in System. vindicato
sive 1.º d. cap. 1. pag. 99. per hæc verba. Sententia nostra est
Semi Pelagianos ad initium fidei admisisse gratiam illu-
minationis etiam intereque; ac non gratiam quæ ad illu-
minationem mentis addit inspirationem dilectionis per sub-
ministrationem Sp. Sancti. Et hanc sententiam nos demon-
strasse arbitramur invicissimis monumentis, et vero prius
quam visus huius palliatæ adhesionis aperiamus dissimulari
da non sunt invicissimæ monumenta, quibus sententiam
hanc demonstrare superis placeat, arbitramur. Ea fidelissime re-
ferre iubet, et ni multum fallor esse nequidquam in vicia, sed
labentia potius, et nullius roboris posse facere. Audiatur itaq. Lib. 35. c. 5. n. 6. pag. 164
loco citato. Præterea in arbitramur est, Semi Pelagianos omnes etiam
ad initium fidei admisisse gratiam illuminationis etiam interioris?

en conclusionem; in qua forte magis aliquid quam
Tamenius ipse Beati meditatus est. Nam Tamenius
de aliquibus Beati de omnibus semi Pelagianis: cum de cetero
eo utique ipsissima utatur phrasi; Certum, & indubi-
tatum esse debere sentio, ait Tamenius cap. 6. lib. 8. de her. Pe-
lag. Indubitatum est, dicit Beati affectum etiam Periodo Tamenius
nari. Doleo quidem huius scriptoris vicem, qui vel scaturiginem
unde viciator hauserit ribulos, non dissimulavit. Monumenta
vero invictissima hæc sunt

Primo, quia S. Proxer in Ep. ad Augustinum ait
quod hæc ipsorum definitio, et profectio est omnem ho-
minem ad credendum, et operandum Divinis institutioni-
bus admoneri. Qui ergo evangelium non audierunt admo-
neri debent oculata alia Revelatione: hæc invictissima de-
monstratio mi Beati? Do tibi pro nunc bonam tuam con-
sequutionem, eos nempe, qui evangelium non audierunt admo-
neri debere oculata Revelatione. Quantum distat oculatam inter-
et internam Revelationem? Preterea sic ita, quod oculata Re-
velatio non alia sit quam internam: Unde probas necessita-
tem huius gratiæ interioris ad initium fidei? Cum solum, ad
credendum, non ad initium credendi hanc institutionem Re-
quixerent semi Pelagiani? Sic porro vel hospes, tyro semi
Pelagianos omnes necessitatem gratiæ interioris admisisse ad cre-
dendum. Nunquid preterea quisquam sane mentis intulit;
ergo etiam ad initium fidei. Vide quantum tuam valeat
demonstratio, dato et non concedo quod inveniis modo vero quo-
niam consequitio evidenter est falsam, alia via tibi demon-
stranda falsitas est; vide penimam illationem. Omnis homo
debet admoneri institutionibus. Ergo qui obicem ponit evange-
lice prædicationi debet oculata Revelatione admoneri. Concedere
hanc? Nihil melior est tua. Ex eo enim quod confiterentur
semi Pelagiani, omnem hominem ad credendum admoneri
Divinis institutionibus, nunquam deduci valet, illos ad quos
culpa sua evangelium non pervenit, oculata fidei Revelatione
fore instituendos: imo solum valet inferri, omnem ho-
minem ut credat, aliqua, hæc, vel illa, externa, vel inter-
na Revelatione instituendum fore. Quod quam longe sit à

necessitate gratie internae illuminationis? nemo non videt.

214

Vix inter leuissimas coniecturas numerari valet ratio 2.^a
Ad haec, inquit, etiam Augustinus cum similiter ante Episcopatum
exaret, profertur etiam tunc existimasse neminem
posse credere, si non precederet praeconium veritatis. Concedo.
Quid inde? Etne praeconium veritatis idem, ac interna Revelatio?
Apagè. Praeconium veritatis est praedicatio praeconium veri-
tatis est lex evangelica scripto tradita, vel verbo magistra
docentis: imò interna Revelatio, utque externus non so-
nat, nisi valde abusive praeconium dici non potest. Cuius cre-
deret, hominem ratione et sensu praeditum hanc potuisse
existimare demonstrationem? Bone Deus, quantum est
in rebus inane! Porremo tandem conclusis monumenta
sua sic Insupex ut argumentatur Petavius de H. P. C. 3. n. 23.
si gratiam internae illuminationis Semi Pelagiani denegassent, essent
deteriores Pelagiani, qui tandem gratiam hanc agnovissent. Tan-
dem etiam Theophylus Raymanus in Prologo ad Valerianum
ait, quosdam affinis Semi Pelagiani, quod internae Revelatio-
nis ademerint auxilia. Legatur loco citato Petavius. Legatur porro,
et nil faveri Berto invenitur. Dicit ergo sic. Neque vero
ita loqui Augustinum mirabitur, ut internam legis Revelatio-
nem ad forinsecus insonantem gratiam revocet, qui Pros-
perum meminisset idem et de Semi Pelagianorum gratia scrip-
sisse. Nam et si Semi Pelagiani gratiam non in sola exter-
na legis propositione sed in interna voluntatis Excitatione
verum metaphorica et morali potivam putarent, ut exu-
siones Theologi facerentur praeter paucos illos qui consensu
maioris partis exploduntur: nihilominus eos Prosper que-
ritur in Carm. de Ingratis, nullas alias gratie Christi man-
dare partes, quam Doctoris monitoris ac forinsecus insonan-
tes, ut superius vidimus. Multo magis hoc Pelagianis im-
pingere potuit Augustinus. Nunciusque Cl. Petavius ubi
nec verbum de initio fidei neque de gratia interna ad
intellectum sperant.

Sua propter ad Berti responsum fit satis
ostentia fallaciter mediis assumpti. Nam ut constat
in laudato loco nil tale invenitur in Petavio nimis
rum

si gratiam internae illuminationis Semi Pelagiani dener-
gauerit, essent derogationes Pelagianis. Vidimus verba, recita-
vimus, nec pilum habent talis adiecti. Sua vero fran-
te potuerit Berti id pronuntiare?

vidi apparet. Facilitatem hominis huius in affirmandis
rebus pro suo nutu, libito, et voluntate nemo credit, qui
videt quam rotunde, sine remouu, dubitatione ne Au-
thores et eorum placita pro se citando passim adoptet.
Igitur ostendo iam loco, et falsa Berti allegatione, plura
sunt pro P. Petavio animaduertenda 1.º. Quod hic auctor non
de gratia illuminationis de qua Berti in sua conclusione,
sed de interna voluntatis motione loquitur; ut constat
ex illius verbis, dum agit de Semi Pelagianis. Quod vero ex-
tra rem magis potuit adduci pro gratia internae illumina-
tionis a Semi Pelagianis admitti? 2.º. Quod nulla de ini-
tio fidei fiat mentio, de quo Berti debuit agere. 3.º. Quod
licet interna legis revelatio pertineat ad gratiam et ex-
trinsecus sonantem; illustratio tamen Spiritus sancti non ita.
De hoc est diuidium de quam Berti vult semi Pelagia-
nos ad initium fidei docuisse et admisisse necessariam; non
de interna Legis revelatione. Unde et extra rem omnino
adducitur Theophylus Raynard.

Exploratis nullo negotio inco-
nibus monumentis pro adiectione Bertiina audiamus
quod regeret emendationis ad cenuram quartae proportio-
nis Tamenij vitandam. Subdit itaque pag. 100. dicitur. A.
sequentiis. Diximus, inquit, sententia nostra Semi Pelagia-
nos omnes admisisse ad initium fidei gratiam duntaxat
superioris illuminationis, que sola cum non sit vera illa gra-
tia, quam Augustinus aduersus Pelagianos propugnauit, con-
sequens est semi Pelagianis ad initium fidei veram Christi
gratiam non admisisse Capriota, et plena solo emenda-
tio; idem Tamenius dicem ponet hac laxa adammatione
liberari. Quod ut potest. En pro Tamenio ipsissimam
rationationem ~~liberari~~ Dicit Tamenius, semi Pelagia-
nos admisisse (licet non omnes) ad initium fidei gratiam
duntaxat, cuius vni ab humano penderet arbitrio. Sed

per te, et iuxta Tamenium hoc sola non fuit vera illa, 215
quam Augustinus propugnavit, gratia contra Pelagianos; cum
plane diversa sit a Sancta Nicene delectatione torrens sum-
ta non ab Augustino tradita: ergo consequens erit, Tamenium
um non dimittere, semi Pelagianos ad initium fidei admisisse
veram internam Christi gratiam. Unde sicut similis
excusatio frigida omnino Tamenio sufficere non valet, qui
fieri potest, quod Berxo possit sufficere? Quid vult Berxi?
Iam pando; nec lacum linguam à Tamenio discedit.

Quod paucis demonstro. Error Tamenij in hac prima
parte propositionis, quæ Berxo annuente damnatus ab
Innocentio P. X. tanquam falsa, in eo præcipue situs est, quod
assereret; semi Pelagianos ad initium fidei admisisse neces-
sitate illius interni adiutorij sine quo non prime, et liber-
tatis Adami, cuius usus, vel abusus relicus esset in universis,
iusque potestate, non secus ac in primo homine fuit?
Hoc nulli dubium: constat que ex Tamenio lib. 8. de here-
si Pelag. Cap. 6. Atqui iuxta Berxum gratia primi ho-
minis, et adiutorium sine quo non nil erat aliud,
quam gratia internæ illuminationis sine delectatione
voluntatis, cuius usus, vel abusus ab illius pensebat arbitrij
potestate: Ergo concedere, semi Pelagianos ad initium fidei
admisisse gratiam internæ illuminationis, est concedere
id ipsum, quod asseruit Tamenius de semi Pelagianis.
Consequutio tenet, et premise sunt innegabiles. Do verba
Tamenij daturus post ipsissima Berxi. At ex eo loco ci-
tatis sic. Error Manilienium in eo proprie situs est,
quod aliquid Primæque libertatis reliquum putant, quo si-
cet Adam, si voluisset, poterat perseveranter operari bo-
num ita lapsus homo saltem credere posset, si vellet; neu-
ter tamen absque internæ gratiæ adiutorio, cuius usus,
vel abusus, relicus esset in omniumque arbitrio, et
potestate. Et post pauca subdit. Ex quo relinquendum
quancumque Maniliense naturalem illam liber-
tatem, et potestatem ex Adami integritate reli-
quam predicant, et ei saltem fidem tribuunt, nunquam
eos illam Adami gratiam excludere. Nec pro veritate

maiori, ad minorem probandam hæc inquit Berti. tom. 3. Theo.
log. disp. cap. lib. 11. cap. 8. pag. 103. Hoc adiutorium, sicut Au-
gustinus docet, et nos non uno in loco demonstravimus, dabit
pone, non velle, scilicet non erat inspiratio sanctæ dilectio-
nis determinare trahentis voluntatem ad hoc, vel illud
bonum; cum ponet liberum arbitrium cum sola gratia
versatili potentia proxime impedita ad perseverandum
determinare se ipsum. Adam ergo, quia non erat
terrena cupiditas flectem liberum arbitrium ad ma-
lum, necessaria non erat inspiratio sanctæ dilectionis.
Patet igitur mens Berti, et veritas minoris propo-
sitæ. Unde fit quod cum Berti tentat in assertionem
posita exadere damnationem, nil aliud quam spren-
sis adfirmat: quod amplius et dicendis contabit.

S. A.

Sensus secundæ partis damnatæ Thesios
aperitur.

Cum certum sit, ut aiebat Mallexius in dia-
rio pag. 285. hic non attingi questionem de gratia effi-
caci aere, aut cum conventu, quia utriusque gratiæ asser-
tores fatentur, quod gratiam Dei ponimus abicere iux-
ta Concilium tridentinum ses. 6. can. 5. Error in
hac 2.^a parte contentus, vel potius heresis Tamenij con-
sistit in eo quod velit, non dari in statu nature sap-
se gratiam, cum ab arbitrio sit dependens talis nature
sit, ut voluntas possit prohibere resistere, vel obtempera-
re. Atque hinc descendit sensum germanum, et propri-
um huius damnatæ Thesios non alium fore, quam adfir-
mare, verum Pelagianos fuisse hæreticos in admittendo
pro hoc oratu ad initium fidei gratiam ab arbitrio
pendentem, cui voluntas possit obtemperare, vel resis-
tere pro suo nutu, et electione. Hunc Tamenij sen-
sum approbavit eius discipuli in scripto sequens citato

in nomine Domini. Ubi hæc posuerunt. Quis queo dubitet, 216
semi Pelagianos hereticos haberi fuisse materialiter solu-
tem quod ad fidei initium gratiam admittent, cui posse
humana voluntas resistere, vel obtemperare proxime, et
immediate. Ubi observandi sunt termini proxime, et im-
mediate propter ea quæ docuit Nozinus, et cum eo Belle-
li, et Beati de quibus postea. Hunc errorem protegunt Pon-
tifices definientes, posse voluntatem nostram resistere
in hoc infirmis statu nedum gratiæ, cui resista resisti-
tur, sed etiam cui non resistitur, sed obtemperatur. Nam
cum ex definitione Tridentini constet, auxilium gratiæ,
quo voluntas movetur ad bonum, tale esse, ut possit prohi-
bito abici a voluntate; de fide est omnem gratiam, sive
quæ effectu caret, sive quæ sortitur effectum non ita
dirigere voluntatem ad bonum, ut irresistibilis sit. Quare
constat esse damnatum, semi Pelagianos in hac gratiæ
admittenda errore posuisse, et fuisse hereticos.

Ex his 1.º deducitur. Dum statum Innocentij X. damna-
tione. Ecclesia docet contra Iansenium, non posse gratiæ
sufficienti, sed de efficaci. Alius Ecclesia nil aliud defini-
it, nisi posse resisti gratiam, cui semper resistitur, quo
quid absurdius? Est ergo indubitatum de fide, gratiam
efficacem non esse in hoc statu irresistibilem. Ea prop-
ter Bellium, et qui cum eo avertunt, Tridentinum
tantum definire, voluntatem nostram posse resistere
dumtaxat gratiæ sufficienti; præter fatuitatem quam
tridentino affingunt, (quid enim magis fatuum quam
definire quod posuimus id quod semper facimus?) Etiam
a Censura Pontificia non sunt liberi 2.º consequitur;
heresim, de qua propositio damnata loquitur ad sen-
sum Iansenij non in eo sistere quod negaret esse
omnem omnino gratiam præter efficacem et vici-
cem; aperte namque gratias alius et si revera insuffi-
cientes concessisse, nemo valet dubitare. Quare Theologi et
si aliunde Catholici, qui præter efficacem gratiam in sta-
tu nature lapsæ solum gratias parvas admittunt, quæ
non valent sine ultiori gratia voluntatem efficere

proxime, et impedita potentem obsequare mandata
aut quemlibet actum supernaturallem elicere; ut profes-
to sunt Noisiani, cum suo systemate delectationis vic-
tricis; non procul a Tamenio conuensi sunt. Tum quia
Tamenius ut supra uisimus, potentatem illi qualibuscumque
gratijs remotam describit, solum que proximam ademit;
ut Noisiani. Tum maxime, quia uel tales parue admo-
dum gratiæ uere sufficientes dicendæ sunt, uel non? Si
hoc? Relinquitur in hoc statu nullam uere gratiam
esse resistibilem cum efficaci et irresistibili, ut aiunt;
resisti nequeat. Imò præterquam quod eodem ipssimo
iure posset Tamenius eas uocare sufficientes, cum reuera
non sint; dicere debent Theologi præfati, cur Tameniane,
non sufficiant, cum sue dicuntur sufficientes? aut quid ma-
gis præstant gratiæ parue Noisij, quam Tamenij; cum
utæque posse remotum et impeditum præsent; proximum
et expeditum minime?

Huius igitur quæque propositionis error ad sub-
iio in eo stat quod uelit Tamenius, semi-Pelagianis affini-
scæ; a fide quam Augustinus proponabat defecisse in eo
quod gratiam in sancta uirtute delectatione consisten-
tem, cum ubique respuerent, contenti exant sola gratia
interiori, cuius onus, uel abusus liberis relinqueretur ar-
bitris quamque remote, non proxime sufficientem
Tamenius existimat. Patet ex ipso: tum lib. 2. de gratia
Christi Cap. 12. ubi ait. Semi-Pelagiani admittebant
libentissime adiutorium Dei, cum quo possent credere
et orare, si uellent, ita ut et adiutorium et ipsam
uelle, et nolle, quemadmodum Homini. Præmo in
eorum liberis relinqueretur arbitris; horrebant
uero illud capitaliter, quo secundum Augus-
tinum fiebat ut uellent. Vide qualiter semi-
Pelagianorum errorem causabat, in eo quod
horrentes adiutorium efficax tribuent posse
proximum, et faciem uelle, admirarent aliud
pro ueræ uoluntatis determinabile, quale
in Adamo non est existimari. Et uel hinc

patet quid de doctrina sentiendum sit illorum, in. 217
lex quos sionare referendus Beati, qui cum ex una
parte doceant, Adami adiutorium in sola inspiratio-
ne sanctae spiritus, ut pote qui carere concupiscentia re-
velli alio sanctae delectationis non indigebat auxiliis, ex
alia dicunt; Semi Pelagianos admissis initium fidei gra-
tiam inextinguibilem illuminationis supernae, et non sanctae
delectationis. Quid amabo distat hoc à mente quam
vidimus Iamensis? Ego faveo immutiam meam, si
certare non valeo. Nisi forte dicere velino, in
eo esse discrimen quod Iprensis in hoc heresim
statuant Semi Pelagianorum; secus illi. Quod tamen
a vero procul est. Nam cum illi praesumptio-
to sit, Semi Pelagianos fuisse hereticos neque unquam
sanctae delectationis gratiam hoc nomine aduersum
efficaciam Augustinianam vocitant admissis; cum
aliunde venarilis aduersus gratiam concesserint in su-
perna illuminatione mentis iuxta ipsos statum; con-
sequitur plene, Semi Pelagianos in uno aut altero ex
duobus illis errare; atque ut notum est, Theologiam vel
à semine salutaribus, unum alterum comitantem
et ex altero inferunt; ita ut imprenabile
sit, hereticos fuisse in non admitendo adiutorio
sanctae delectationis quod vocant Augustiniano;
ac in admitenda solum sanctae inspirationis
gratia ad nudum voluntatis venarile erro-
rem steterit. Ergo discrepancia posita nulla
est.

Oportet vero Beatum audire, ne vel
in minimo fidem debeamus. Sic ait sup. l. 1. Cap-
tematis cap. 1. pag. In hoc infirmitatis statu,
etiam si sic adiutorium sive quo non, non tamen
haberent plena illa libertas quae erat in Paradiso,
nec equa in bonum, malumque potestas; sed cogi-
mus et reclamare: Vides aliam legem H. Definiente
Juliano apud Augustinam liberum arbitrium in tali libramento

constitutum ubi quae veritate dici valeat, Julianum & Pelagianum definire libertatem consistere in equa potestate ad bonum, et ad malum constituta per adiutorium sine quo non, nunquam ab illo Pelagiano, imo nec semel Pelagiano admissum vultem ad initium fidei? nemo non mirabitur. Habemus tamen ex dictis duobus; primam, cura solo adiutorio sine quo non non dari pro hoc infirmitatis statu plenam indifferentiam, hoc est equam potestatem ad bonum et ad malum. 2.^m Hoc utique Pelagianorum admissum, cum Julianus ita liberum constitueret arbitrium. Addit insuper ibique sequuntur. Voluntas etiam post Ade peccationem nullo adminiculo indiget ad peccandum (quasi diceret, peccare potest in malo quod cavere non potest) cum ad malum se ipsa sufficiat; et ad non peccandum eget Dei gratia, et quidem potentiore, quam fuerit illa, quae collata fuit primo homini; cum ad bonum non sufficiat, nisi adhibetur ab omnipotenti. Bono, et in hoc infirmitatis statu gratia non tantum posse sed etiam velle inspirat, ac tribuat. Bono Deus quam subdola verba, et venenum exultantia! Hoc ut notissimum fiat, sequimur singula perpendamus: atque exinde patebit quam similia Iamario in hac quarta damnata Thesi R. Dexter pronuntiet.

Et quisem, quod in hoc infirmitatis statu voluntas hominis se sola potens ad malum sit; libenter Bexto concederent Catholici Theologi; nisi sub hac specie, verbi, falsum adiungeret; innuendo; solum ad malum, neutiquam ad bonum quod penitus refolet. Sed quia supra iam satis de hoc egimus et illius falsitatem demonstrabimus; hoc praetermissis rogatum vellim sapientissimum Augustinianum, an haec gratia potentior quae nunc indigemus ad non peccandum, sit talis cui voluntas humana possit resistere, vel obtemperare? An sic adiutorium quo, non adiutorio sine quo non? An denique talis ea sit, cuius usus, vel abusus nostro relinquatur arbitrio? Quod si concesserit ab Augustiniano Systemate recedere venibitur, quod tanopere affectat pro virili defensione. Nam

ut plura dissimulem, in eo non alia conceditur gratia. 218
 præter parvum quoddam remore sufficientem, et proxime in-
 validum, nisi delectatio victoris relativa effectibus robustifican-
 tia, prædeterminatis, et inexorabiliter operanti; ut totiens
 patienter à Beato sustinuerimus. Et verò gratia hæc effi-
 cacissima, nisi pugnant, et chymice adseruatur, non est
 adiutorium sine quo, sed quo; non talis est, cuius usus,
 vel abusus nonno arbitrio relinquitur, cum venustis
 iuxta vos esse non possit; neque nemum huic unquam
 resistitur, neque ab illo duro corde respicitur, agnoscis
 credo verba tua. Restat ergo, si potes est, atque de sys-
 tema tuendum pro vobis paratur, ut cum de gratia par-
 va nil tale prædices, quantum requiritur, ut Adami gra-
 tia nimirum adiutorio superans, sine quo, sit potentior,
 robustiorque; de vicinice delectatione loquaris, atque de
 illa palam toti Ecclesie prædices; esse necessariam pro hoc
 infirmitatis statu ad non peccandum cumque nullam
 aliam vere sufficientem gratiam agnoveris præter eam,
 que necessaria omnino est ad non peccandum: mulabit
 per te omnis gratia sufficiens ab efficaci distincta, et
 sanata manebit heresis Tamenij.

Nihil saniora dicis in sequentibus. Nam ut si-
 leam phrasim illam; cum ad bonum non sufficiat, nisi
adiubetur ab omnipotenti Bono quæi verò gratia Beata
 nihil aliud sit, quam voluntas omnipotens, que potius dicenda
 foret Tuemelliana; ruxum quam nobis ingeminas explica-
 tionem aliam, ne diuiciis demente tua liceat dubitare. His-
 enim. Et in hoc infirmitatis statu gratia non tantum poi-
se, sed etiam velle impinet, ac tribuat. Clarissime iam ergo
 non nisi de una tantum gratia loquaris, de eaque aperte
 pronuntias, esse talem ut non det posse tantum, sed etiam
 tribuat velle: quod aliud non est, quam diuente adfirmare
 pro hoc infirmitatis statu nullam profecto dari gra-
 tiam sufficientem distinctam ab efficaci. Si namque suffi-
 cientem pure est, que dat posse, et velle non tribuit; cum dicis,
 in hoc status gratiam omnem præter posse velle inuiper
 dare quid aliud adfirmas, quam non dari gratiam pure

218
sufficientem pro hoc infirmitatis statu? At illationibus
opra non est, cum verba sua interpretationem minime
patiantur. Siquidem pag. 10. proxime antecedenti docuisti nos, qualis sit gratia necessaria omnino ad facien-
dum bonum in hoc statu per hec verba, Notata
omniumque Theologorum quos laudavi 6.2. n. 3. & seq. sen-
tentia; ubi non est gratia effectrix, non est in homine
potentia proxime expedita, ea nempe potentia, que
nullam aliam ad efficiendum opus gratiam requirit.
Ignorare precor si non parcam dicere, in his parum
Augustinianum videri, cum idem omnino dicat
his, et aliis verbis; idem enim est gratia effectrix, ni-
velis ludere, quam que ad efficiendum opus nullam
gratiam aliam requirit. Quid vero proinde illa toties
inculcata verba, potentia proxime expedita? modo vi-
derimus.

P
tergo iam vaticinè docens. Requirit enim (homo
silicet in hoc statu) efficacem, ac prædeterminan-
tem. At nulla alia potentate indiget, ut libere
gratiam abiciat, & Deo vocanti dissentiat. exigat
R. Patet? Ubi est alia gratia præter efficacem, &
prædeterminantem, quam homo libere ponit adicere.
Nunc in hoc infirmitatis statu ista omnino necessa-
ria non est, quam efficacem, & prædeterminantem
vocas, ut homo ponit vitare malum, & facere bo-
num? Ii ergo poterit abicere, quod nondum habet,
immo nec habere poterit? At subdit immediate. En
ergo in voluntate potestas expeditissima ad malum
scio non dari efficacem in isto homine; ac nullam
aliam ac gratiam in isto dari, siam scio. Quid modo?
sine tali, subdit, potestate ad bonum. Bellissime. &
quam iste gratiam habet abiciendam? Dices, Deo uti,
que vocandi dissentiet. Quo pacto? Aut enim vo-
cat Deus, per gratiam in hoc statu necessariam ad
faciendum bonum, vel non? Si hoc? Favura, vocabit,
cum vocationi respondere nequeat. Si non? Ignorantia

gratia ea effectrix prædeterminans, quæ dat non 219
solum posse, sed etiam velle tribuit; necessaria om-
nino non est pro hoc infirmitatis statu ad faci-
endum bonum, quod tantere affirmari, ut pos-
tea neget.

Hæc quid sibi vellent, agnoscimus nimis
cum verbis itumque emendicatis obtempere, nullam
dari pro hoc statu gratiam, cuius usus, vel abusus
ab humano dependeat arbitrio. Et cum ex alia
parte firma conclusio sit Semi Pelagianos veram
interioris illustrationis gratiam agnovisse, et admitti-
se etiam ad initium fidei; demum pro Iansenisti-
stare conveniendo in eo scilicet errare, et hereti-
cos fuisse quod gratiam non adminerint effec-
tricem, prædeterminantem, tantem utrumque velle,
et posse; quam Augustinus necessariam pro hoc
infirmitatis statu defendit; sed unam utique cui
voluntas possit pro suo nutu resistere et obtemp-
erare. Eruta et discooperta fallacia verbis omnino
eisdem in scriptis reperitur, Cap. 4. lib. de Gratia 2.
Quid clarius, inquit ita dici potest, quod gratia sane
voluntatis in ejus libero arbitrio relinquatur: hoc
vult Benci dum dicit; pro hoc infirmitatis statu, vo-
luntatem indigere gratia potentiori quam quæ in
Adamo: ita ut eam si vellet, desereret aut si vellet
uteretur; gratia vero lapsæ, eoque que voluntatis nullo
modo in eius relinquatur arbitrio: sed ipsa potius
sit illa potentissima gratia, quæ invictissime facit ut vel-
lit. Hoc clare docetur a Benci: testat ultimum,
ut in quo nucleus apparet doctrine. Tante necessita-
tis est ut sine illa non possit effectus fieri: est
effectricem necessariam pro hoc statu tantæ que
efficacis concludit Iansenius, ut hoc ipso quo datur,
continuo fiat, dat enim simul et posse, et sperari. De Gratia Xpi.
His adiungere poteram quæ graviter dixit Hono- pag. 325.
ratus Jounelius. Ca potius omnia ad fraudem, et
fucum faciendum a Iansenio prolata sunt: et quo

118
sensu sint intelligenda, maxime et ipsius prin-
cipij circa delectationem supra exposuimus. Ver-
xum quidni suspicari liceat, à defensoribus eius-
dem Systematis, eadem mente, eodem consilio quo
à Tamenis eorundem aut similibus emollicor loquendi mo-
dos mixtari? Docetioribus iudicandum de murena
doctrina relinquo.

Paxa. 5.
16

Solutiones M. Berti Convelluntur, et exadi-
cantur.

Multa congerit R. Berti
omnem et labem Tamenismi à suis adhesionibus
depellat, que nec videtur pretereunda, nec levi ca-
lamo perstruenda sunt. At presens quod attinet,
conqueritur 1.º nec sine pipere ab Anonymo Tamenis-
mi Redivivi autore perperam de Tamenismo tradu-
ci, atque in hunc modum respondet. Vide modo in
ratiocinando hebetusinem cum ex doctrina inferri
putat, hominem necessario peccare, et non posse eter-
nam evadere damnationem. Audisti iam Tourneli-
um fatentem, Catholicorum fluxus negare, esse neces-
sitate peccandi, si peccata singula possint evitari dis-
tribuire, et si adsit sola libertas contradictionis, non con-
trarietatis. Cum itaque evidentissimum sit, hæc duo
parre in ea propositione 3.ª doceri, quare me non Catholi-
cis hinc sed Tamenianis iniquus accusator accense?
Rubore suffusus propter audaciam, molliter, et pacifice res-
pondeo. Quia Tamenianum est et non Catholicum, libe-
rum hominis arbitrium ita fuisse attenuatum per
primi Parentis culpam, ut sine gratia non possit nisi pec-
care: teste Puchano Tuernello, cujus hæc est damnatio
38. adversus fuit: Peccator no est liber nisi ad malum

Dicere A. Cap. 2.º fol.
126. n. 8.

sine gratia Liberatoris. Item Tamenius cum Bayo idem 220
docuit. liberum arbitrium sine gratia Dei adiutorio, non
nisi ad peccandum valet; que 25. est damnata a SS. Pio, & Gre-
gorio. Hoc cum arte sepius proferatur, quid quereris? Non
damnatur illi quod dixerent, hominem necessitari ad pec-
candum, & si non effugere possent hanc consequentiam. Dam-
nantur porro, quia libertatem ad malum traxerunt, sine Dei
gratia adorabatur. Nec dicas, illos damnari, quia de effica-
ci hoc asserabant gratia, arte vero nunquam hoc pronuntia-
verunt. Non inquam hoc sufficit tibi, ut Tameniusi lucis suspitio-
nem, propter duo maxime; 1. quia ut in P. Fontana viscere
potest, vitium doctrine in utroque laet, nimirum & quod
praecidendo a gratia efficaci, non licet ita loqui, & quod
insuper, hoc Juvenellus de gratia loquebatur Redemp-
toris efficaci. 2. & praecipue, quia in systemate tuo, ubi
praeter gratiam victricis relectationis solum alia parva,
& invalida adstruitur; per inde valet, ac nulla, ad bonum
faciendum parva illa, si non associatur victrice, atque
cum efficaci conjungatur.

Nec tibi, ut ebadas, illorum quos laudas Theolo-
gorum doctrina suffragari poterit. Scias velle, longe circa
se haec duo; nullam dari necessitatem peccandi, ubi
singula possunt vitari peccata; quod est verum, maxime
si in se, & in equivalenti possunt vitari: & hoc Catholicis
nonnulli docuerunt; & quod sine gratia, non datur liber-
tas nisi ad malum. Quod erroneum plane est, ne dicam he-
reticum. Audi Ennodium Ticinensem tanto ante exo-
rem istum Vellicanem. Invenit est, qui arbitraretur in
una tantum parte, quae deterior est eligendi datam esse
licentiam. O Schismaticam propositionem! quae juxta Apocal-
ypsum scripta habet in fronte blasphemias! Quae ista liber-
tas est ubi hoc solum datur velle, quod jurat? Audi
verbum Angelicum D. cuius sunt verba haec omnem
equivocationem, & solum manifestantia: Natura
humana non est per peccatum totaliter corrupta,
ut scilicet toto bono naturae privetur Sic porro R.
Beati tue doctrinae lapsus est. Subdit Angelicum. Potero

in ep. ad Constanti-
num.

12. q. 109. art. 2.

quidem fiam in statu nature corrupte per virtutem
sue nature (Audis ne? sine gratia) aliquid bonum
particulare agere. Ideo verissime dixit q. 24. de
virtute, que in sui defensionem, sed frustra adducit
ex Joubertio. cum quilibet induratus, possit singula
distributive peccata naturali virtute vitare, necesse est
non esse ipsi gratia, ut sic in excusabili, ac peccata
merito ipsi imputentur. Verissime inquam, quia
non est ad malum sine gratia vice liber, cum
sua naturali virtute bonum aliquid nature operari
valeat, quod peccatum non sit, nec malum.
Quod si videres, ita profecto et tu doceres nullam
Jansenismi suspicionem subijces.

Respondet itaque 2.º ibidem. In
supra eadem prop. 3. pag. 284. non tantum dico gratiam
desertitum habere indifferentem libertatem ad hoc, vel
illud opus noxium, ac prohibitum, propter quod An-
gymus adeo scandere; sed etiam addo communem
Thomistarum, et Lobanienium sententiam, que docet
sufficere, ut homo possit conversari, si possit sufficientem
gratiam habere, atque obtinere; quod nulli mortali-
um deest, quandiu vivit: eamque sententiam a me
propugnari constat ex testimonijs, verbis que meis
producis precedenti parag. 3.º et Cap. 1. parag. A. Cui ita-
que Eximiatum de his silet, ut me ad Jansenianos, non
ad Lobanienos, et ad Thomistas amandem? Cecur me
non istorum, sed episcopi Ipremsis appellat Discipulum?
Cui istud R. Patet, si nosse cupis, in promptu est. Quia
nihil tale docetur à Catholicis Theologis, maxime post
clementinam Bullam Inigenitus verisimiliter, ut tu;
cuius adsertiones prefate, de quibus agimus in solo re-
periuntur Jansenio, et ejus doctis.

Nolo convicia veritatem cupio. Nec
Lobanienis Academia, quam abs te, et violenter
etatis, ut mos constabit; minus vero Thomista ullus
et Catholicis aures esse dicere; quod instando

Et urgente Dei precepto homo Divina prorsus gra- 221
tia destitutus, sit liber ad malum hoc, vel illud pro-
hibitum, et noxium sine ulla potentate faciendi bo-
num; nec malum, quod vitare nequit, ad huc distribui-
bitive, possit esse liberum, et impurabile; hoc prorsum
putum dogma turum nullibi contra Jansenismi castra
ab ullo Theologo defensitum. Et quidem merito exander-
cere debuit Anonymus infulatus Ecclesie, Presumpti-
vum quisque vere Catholicus exhorret doctrinam defi-
nitionibus Ecclesie contrariam. Primum itaque docet, sine
gratia ad huc parva in hoc statu nullam ad bonum
Noxij verba sic exprimit M. Berti. Quod auxilia supernaturalia universis hominibus actu conferantur, expectata voluntate antecedente Dei, et humani generis redemptione scholastico est questio, non fidei decretum. Afferunt se nullibi docuisse auxilia sufficientia non esse singulis que parata, sed de ipsi instituendo questionem, disputasse: Nunc ipsa auxilia sufficientia singulis omnino hominibus non solum parata sine vana dicitur pro qualibet differentia temporis, et preteritam vigente precepto collata et definitisse quod Deus vult omnibus, et singulis hominibus eiusmodi auxilia esse preparata, concludit: Non est de fide quod auxilium gratie omnibus preparatum omnes recte accipiant.

Hoc tamen supervacaneum est ad excusandum Noxium inducere: Arguitur et capitur Noxius, quod cum Portheo calco propugnat nullam dari in Deo voluntatem salvandi omnes omnes. Qui non salvaturus generis non est illius voluntati

ut salventur et declinat huius questionis sensum ad questionis
inter scholasticos agitam, de modo quo generalis ista Dei voluntas
intelligi debet, in quo supponit voluntatem illam, quam Horisius
apertissime negat: concedens tantummodo denegare hominibus
actuale auxiliorum receptionem, pro qualibet temporis differen-
tia, quod utique si verum esset a communi Theologorum sensu
non recederet.

Dum asserit, non esse de fide, quod auxilium gra-
tie omnibus preparatum omnibus recipere recipiant, etiam
dum vixet, preceptum, medio ore significat quod impugna-
tum manet ad primam Tansenij propositionem, et dicere tene-
tur, vel vixente precepto in actu secundo homines habere au-
xilium receptum, quo illud adimplexi possint, vel non peccare
in eius transgressionem. Si vero velit sufficere, ut violatio pre-
cepti ad culpam imputetur, quod auxilium sit prepara-
tum, et non actu receptum, aperte fallitur, quia dum non
habet quis auxilium receptum non habet potestatem actua-
lem, sed tantum ad illi potestatem accipiendi potestatem.
Vide plura ad 1. Tansenij propositionem, que hic repetere non
licet.

Statuit non esse fidei decretum, quod spectata vo-
luntate antecedente Dei, et humani generis redemptione,
universis hominibus conferantur auxilia intrinseca,
asserens tam voluntatem antecedentem Dei, quam redemp-
tionem universalem optime salvari. Si omnibus nullo ex-
cepto parvulo, aut adulto preparata sint salutis remedia,
Eodem modo, quo pharmacopola instituit, et preparat remedia
in salutem corporis universaliter pro omnibus, nihil
cogitam de applicatione particulari huic vel illi corpori
vult igitur Deum, et expresse asserit: ad voluntatem ante-
cedentem spectat sacramenti institutio, et preparatio
remedij, ad voluntatem consequentem sacramenti mi-
nistratio, et remedij applicatio. Ad generalem
illam voluntatem (antecedentem) secundum quam

252
Christus mortuus ea pro omnibus, scilicet est quod Christi
sanguis precaverit ut causa universalis, sive instituerit reme-
dia quibus si applicentur, deleri poterit quaecumque peccatum;
non enim opus est, quod applicetur raptis Tertullianus
Augustinianus scriptor neminem debere censeri Sane-
rianum et eo quod scripserit, Christum necessitate sua
pro totius mundi salute crucifixum. Propter veram
susceptionem naturae humanae, propter communem omnium
in primo Parente peccationem, propter omnem omnium
naturam, et causam in veritate susceptam, quae sunt
verba Prospero ad D. obiect. Vincentianam.

Hoc tamen temperamento et explicatione
indigent. In primis et Prospero apertissimis, et gemi-
natis testimoniis supra relatis constat, Deum ex me-
riti Christi redemptoris universis hominibus evan-
geliis auxiliis caritatis reuera, et immediata consulisse
intercessa divinae gratiae auxilia: quare Prospero phra-
ses inferunt quod advocarij facere recusant: Et eo
enim quod Christus venisset propter communem naturae
humanae peccationem, et naturam humanam assump-
serit, inferunt remedium et salutem intendisse,
quod certo certius est assequi non posse per media
externa a Beato memorata. Imo ipsemet Sane-
rianus postquam Prospero testimonia induxit, in
quibus de his auxiliis tantum externis agebat, me-
rito concludit, inde minime inferunt auxilium suffi-
ciens esse omnibus preparatum.

Tenendum ex hoc est advenit varias interpre-
tationes Inoc. X. contra Sanerianum definientem Chris-
tum D. mortuum esse pro salute aliorum a praedecis-
satis, non tantum definisse Christum ordinasse
Apostolos praedicare Evangelium omnia caritatis.
Nec docuisse tantum omnibus instituisse sacramen-
ta, aut alia media externa; quia haec si desit

gratia interna non reddunt salutem possibilem. Nec
 tantum definiisse mortuum esse pro donis temporarij
 divine gratia reprobis in hac vita conferendis: id enim
 palam concedunt Tanenius, et Calvinus, nec statuere
 tantum Christum Dom. venisse propter communem
 causam naturae humanae, nec pretium sanguinis Chri.
 esse infiniti valoris quod etiam Tanenius proficitur
 dicere: quod ad magnitudinem et potentiam pretij,
 quod pertinet ad omnem causam naturae humanae,
 sanguis Christi Redemptionis est totius mundi lib. 3.
 de grat. Christi. Cap. 12. quod etiam et Calvinus
 testatur. Hoc tamen non sufficere ut Christus
 vere dicatur generis humani Redemptor, et ipse-
 met Tanenius sincere fatetur, et ultra requirit,
 Christum voluisse sua merita applicare pro salute
 hominum. Ipsa phrasis, ait, qua quis dicitur se pro
 aliquo Redemptionem dare, praesertim videtur, Re-
 demptionem, et Redimentis animo in liberationem
 captivorum offerri ac dirigi. Ibid. Cap. 20. Si enim,
 ait Tanenius, sufficeret ad Redemptionem preparasse
 pretium infiniti valoris jure diceretur Christus Demo-
 num Redemptorem. Alioquin pro Dæmonibus
 Redemptionem dici posset, quibus Redimendis sine
 dubio pretium eius sanguinis sufficiens est.

Atque ergo bona fide Opus est: quod
 si Christus D. pro salute aliquorum reproborum mortuus
 est, illis voluisse reddere salutem possibilem, et illis procu-
 rasse gratiam internam, qua etiam relative ad presen-
 tem statum concupiscentiae dominantis potuerint sa-
 lutem impetrare. Sic est ingenius, et literalis sen-
 sus veritatis definitus, contra V. propositionem Tanenij

Quod facile suaderi potest. 1. quia dicere non possumus
Christum voluisse reproborum salutem per media
quae non reddunt salutem possibilem, imo per haec me-
dia extrinseca non potest Christus vere dici Redemp-
tor, nec quoad sufficientiam, quia eiusmodi media
sufficientia non sunt sine gratia interna ad salu-
tem. 2. Iua Coelestis damnavit quintam proportio-
nem Jansenij, et hoc nunquam negavit voluisse Chris-
tum omnibus auxilia generalia extrinseca, et tantum
conari eliminare à reprobis internas gratias sufficientes,
quibus posint impetrare salutem, ut enim ignorat nemo
Scopus Jansenij unica est excludere à natura lapsa gra-
tiam internam sufficientem Monstrum Ecclesiae, et
Augustino in sensum, quia totum eius systema revellit
atque devorat. Ca propter Inoc. in censura V. propositionis
definit Christum D. non nullis reproborum prome-
nisse salutem, et impetrare internam gratiam, qua
possent concupiscentiam vincere, tentationem superare,
praecipua implere, peccata vitare, et tandem obtinere
salutem.

Ratio notissima est: quia Pontifex dic-
tam propositionem proscriptam decidere voluit, quod sub con-
troverfia erat; et quidem questio non erat: Cum Christus
D. mortuus fuerit propter communem causam naturae
humanae? Cum sanguis Christi fuerit infiniti valo-
ris sufficientis et applicabilis omnibus? Verum institue-
rit omnibus sacramenta, absque ullius exceptione?
An iussit Apostoli praedicare evangelium omni-
creature? De hoc enim nulla erat disputatio: Conve-
nientia igitur erat. Cum Christus D. pro solis
praedestinatiis mortuus fuerit? Num solis elec-
tis divinae gratiae auxilia impetravit? Verum Deus
omnes reprobos a Regno exclusit, et consequen-
ter a gratia interna quae possent obtinere salutem,

ita ut omnibus reprobis denegata fuerint interna
auxilia sufficientia, quibus possint saluari?

Jansenius aperte fatetur cum Beato Deum
in merito Christi omnibus hominibus praeparare media generalia, et externa ad salutem; quod
vix negat eis dicitur reprobis praebuisse interna gra-
tia, quibus vere possint salutem operari; cum tamen
Beati proficere teneatur veritatem contra Jansenium
definitam nempe nonnullis reprobis ministrari
interiores gratias, recurrat ad externa media praeparata,
contentus dicere: Deum voluisse omnibus praeparare
media generalia ad salutem: Deum voluisse volun-
tate antecedenti omnium salutem, cum apud ipsum
sit statutum: ad voluntatem antecedentem spectare
tantum praeparare media extrinseca, quae si applicen-
tur, sufficientia ad salutem obtinendam.

Docet ergo Beatus Deum,
velle voluntate antecedente omnes homines salvari
Vult tamen hanc voluntatem antecedentem vix vire-
re in medijs generalibus instructis, seu praeparatis:
ait enim eodem modo velle Deum salutem omnium homi-
num, ac vult salutem parvulorum in utero matrum
decidentium, et juxta ipsum concedendum est tantum
modo pro his parvulis medicinam peccati praeparatam,
et institutam, minime vero voluisse Deum applica-
re parvulis auxilium sufficientem intrinsecum, quo po-
sibili fieret salus, cum haec applicatio ad voluntatem
consequentem vix pertineat.

Non ergo Beatum regillamus de intelligentia

Theol. vicip. tom. 3.
lib. 19, cap. 8. p. 449.

voluntatis antecedentis, quæ iuxta Theologorum placitum
 non sit efficax quoad actualem operationem, sine voluntate
 consequente. Nec censuræ subijcere contendimus illarum
 sententiarum, qui ad salvandam Redemptionem universalem
 recurrunt ad generalem mediocrum preparationem: scimus
 pariter, non esse expresse definitum omnibus
 omnino auxilia inextinseca conferri quod miramur est,
 quod Bezi dum exprimit dogma contra Janenium ab
 Ecclesia definitum in quinta propositione, dicat tantum,
 Deum voluisse voluntate antecedente salutem aliquorum
 et reproborum quæ tantum respicit auxilia generalia et
 externa, quæ quidem etiam iuxta Janenium omni-
 bus reproborum preparantur, cum deberet contra Janenium
 asserere Chazinum mortuum esse pro salute aliquorum
 et reproborum, qui quæ reddere salutem possibilem per paci-
 tatem vincendæ concupiscentiæ, et observandis præcep-
 tis ministratam, nihil aliud docet nisi reproborum inclu-
 di in voluntate antecedente, qua Deus vul omnes ho-
 mines salvi facere, per preparationem mediocrum,
 et remediæ extrinsecam institutionem, quam omnibus
 etiam Janenius concessam proficentibus.

Quod etiam Louaniensibus inducit Bezi narratum:
 Deum esse paratum omnibus conferre auxilium suffici-
 ens, qui per Christum illud expostulaverint, si quod
 probat, est contra Bezum, ait enim omnis qui in-
 vocaverit nomen Domini saluus erit et hoc supponit
 omnes actu habere receptam gratiam extrinsecam suffi-
 cientem ad petendam; quia nemo potest dicere
 Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Ergo non
 solum probat paratam omnibus esse gratiam, sed
 et ipsa eam habere ad orandum, et impetrandum
 per orationem auxiliium proxime sufficiens ad im-
 pletum præceptum, quæ quidem parata est omnibus,
 qui bene utentes auxiliis recepto, eandem, prout optaret
 expostulant.

Reponit ultra partem sibi conformis, se plus
 ribus in locis reprobis concedere gratias interiores: hoc
 tamen nihil prodest, 1. quia Calvinus, et eius discipuli
 cum Tamenio crebro asserunt reprobis ministrari dum
 vita mortali degunt gratias interiores, et temporaria
 dona. 2. Quia gratias interiores quas Norinus, Berti,
 Belletti. adstruunt, a Tamenio et Calvinianis nationes
 proceribus inducuntur, que ut supra ostendimus suffi-
 cientes non sunt; imo et ipsi unanimiter pronuntiant,
 eiusmodi gratias esse imbecillas, ineptas, et prope inu-
 tiles ad implendum preceptum, et vitandum peccatum,
 et consequenter ipsi non posse superari con-
 cupiscentia, quo assero non possunt respectu re-
 proborum reddere possibilem salutem. Denique quia
 iuxta Berti collata eiusmodi gratia est effectus
 voluntatis consequentis, non vero voluntatis antece-
 dentis de qua in presentiarum agitur.

Vult Berti in Synt. vindicare aliquantulum
 fidem suam liberare respondens argumentis Anonymi,
 et palam fatetur; Deum velle salutem omnium homi-
 num, quatenus omnibus deinde beatitudinem, nemini
 occidens viam salutis, sed collocat potius in statu eam
 adipisci possibilem ita ut omnes jus habeant accedendi ad
 sacramenta, et obtinendi gratiam quam hec efficiant.
 Atque ut hanc Dei voluntatem non signi tantum, sed
 beneficii esse confirmet adiungit; effectum illius esse, ho-
 minem ad finem super naturalem ordinem, eamque in via
locare salutis, necnon ei parere, exhibere, conferre quoque,
nisi ea deest, auxilia gratia sufficientia. Hec vero opti-
 me dicta ratio per obicitur Berti duplici revo integram
 doctrinam inficiens: quorum primus est dicorum oppositio
 aut inconsistentia. Nam n. 2. immediate sequenti, hec resolute
 concludit. Ad voluntatem Deo antecedentem, que connotat com-
 mune causam, humanam q. naturam verbo Deo in veritate
receptam, pertinet gratiam, quam Christus sua morte promittit,
omnibus preparate, atq. exhibere; ad voluntatem vero consequentem

Dicere. A. C. 2. parat.
 40. num. 1.

que respicit homines in certis circumstantiis contrarios, spectat
 eandem gratiam secundum Dei beneplacitum actu conferre. Item
 n. 3. sequenti Et ipsa ergo paruulorum causa inferitur; applica-
 tionem auxiliorum non spectare ad illam voluntatem Dei anteca-
 dentem, que ad omnes hęc potestatem universam extenditur. Nec duo te-
 pugnancia sunt nimium, et quod effectus sit illius voluntatis Di-
 vine, antecedentis conferre quoque creature, nisi ea detrectet, auxilia
 gratiæ sufficientia; et quod non spectet, eandem gratiam secundum
 Dei beneplacitum actu conferre, ad illam antecedentem, sed ad con-
 sequentem voluntatem. Hinc intelliget hæc? Applicatio auxilio-
 rum, ut inferat et ipsa paruulorum causa, non spectat ad illam
 voluntatem antecedentem peccati: qua ergo veritate docet esse
 effectum illius voluntatis conferre quoque auxilia gratiæ? An
 conferre auxilia creature, aliud est, quam applicare peccata?
 An voluntas illa generalis Dei monstruosa oppositione contra-
 bit? Superest hanc igitur oppositionem non nihil suspicandum
 venit de veritate doctrine.

Nexus tamen gratiarum alius est, quam subiectio. At enim citato
 parag. 10. n. 2. cum ergo paruuli illi qui sic peccant ad illam universalem
 potestatem de qua dictum est quod Deus vult omnes homines salvos fieri et
 alia similes scrip. Universalis locutiones, ex quibus solet ad aliquibus
 deduci dari omnibus auxilium sufficientem, ut hac ratione tales universales
 locutiones verificentur, satis convincitur et si illarum non inferri dari
 omnibus talia auxilia sufficientia; sed aliquid iuste in penam præ-
 cedentis peccati subtem originalis negari: quod sine ulla dubietate ma-
 nifestatur in prædictis paruulis. Unde subiungit: Quod antea eiusdem
 omnino verbis scrip. Tamenius lib. 3. de Tract. Christi cap. 10. Et ipsa ergo
 paruulorum causa inferitur, applicationem auxiliorum non spectare ad illam
 voluntatem Dei antecedentem, sed vero de bonitate Dei, et diuini misere-
 ricordia eius aliter sentiendum est, quam si hic a Deo statueretur. Nam
 si in penam solius originalis Deus suo decreto negaret paruulis sufficientia
 auxilia ad salutem, quomodo statet deum ipsi preparatis videndo Deo non
 se ipsum non deficere, quo minus applicarentur media praxice possibili-
 tatis edipicende? Iuxta sicut Tenus Christus pœnet rici redemptor illorum, quibus
 nulla meruit auxilia que per culpam originale esse promissa in debita? Cla-
 rius Christus pro paruulis non satisfecit ad equalitatem, cum non meruisset pro
 illis auferri ius diuinum ad negandum omnia omnino auxilia in penam

originalis. Iud quam deroget infinito Christi merito, & eius san-
guini nemo non videt. Audiat interim Bezi Francicum Zureli to-
riem ab ipso nobis oppositam hęc dicentem pag. 384. in disput. varijis. Si
Deus voluit dare Christum ut redemptorem omnium hominum in par-
ticulari, & secundum se necesse est voluisse illi salutem, & media suffici-
cientia ad consequendam eam. Sed Deus voluit dare Christum ut redempto-
rem omnium hominum in particulari & secundum se: Ergo etiam voluit
dare omnibus in particulari, & secundum se gloriam, & media sufficientia
ad eius consecrationem. Ięc conclusio certitudinem habet conclusionis Theo-
logice, quia consequentia est eadem, & minor est de fide apud omnes;
preter Bezum & Nozium: citius oppositum quam in bibat Theologica,
notam Theologi relinquo.

Ultimo tandem cum hęc omnia a Bezo produca, & aser-
ta de voluntate Dei antecedente salutis omnium hominum sine
pura pura effugie & commenta Iuvenelli, ut legitur palam in
opere S. la Fontaine tom. 4. propos. 30. 31. 32. Et damnatis continet:
vrigonius; subiicienda hic est catholica confessio quam laudatus Pa. Iuvenello
posuit ut in illa quid a Bezo vendendum sic videatur. Forcic igitur
tuz, quod credit Iuvenellus; Deum etiam pro preuisum totius humani
generis in primo homine peccatum voluisse omnes, & singulos saluos
fieri, ideo que misit filium suum ut omnes ab eterno exitio
liberaret. Pro saluos igitur omnium prouisum hominum
filius Dei supplicia & mortem subit. Nunc sufficien-
tia ad salutem prouidia adulorum nomini penitus substat
huncuz: Paruli sine baptismo morientes non es prasantuz
et decreto Numinis opposito memorate voluntate sed alie,
nam culpam, aut negligentiam permittente, vel etiam nolente
causarum secundarum ordinem, & curam impedire. Ille si
in scriptis Bezinis apperent, nulla inter nos dubia, doctrina
neq; maneret suspicio, atque a viro sic Catholico omnia doctrinarum,
& assertorum coherencia cum a Catholicis explorarentur,
interim vero fidei pura veritas suber talia ut a nobis in Noxi-
sis, & Bezo huiusque deportantur.

Libex A. de operibus infidelium.

Cap. 1^m Sententia Henrici de Noris plurimis improbat.

Parag. 1^o

Quid doceat Norisus?

Prius quam Norisij hac super controversia placitum exponamus nonnulla pro rei intelligentia de libero arbitrij viribus post peccatum operis pretium premittere duxi. Docuit Pelagius liberum arbitrium solis naturę viribus totam legem posse integre, et perfecte quantum sufficit ad vitam æternam consequendam, adimplere: consequenter asserit ad id non esse absolute necessariam Dei gratiam, sed tantum requiri diuinitę gratię auxilia, ut facilius præcepta diuina exequi valeamus. Tamenius e diametro Pelagio aduersus pugnat, exploratissimam esse Augustini sententiam asserentem: liberum arbitrium, nisi Dei gratia adiuuum, nec ullum opus moraliter bonum operari posse. Hec inter extrema medium tenet vera sententia statuens: Non pone liberum arbitrium solius naturę viribus, sine diuinitę gratię auxiliis operari prout oportet ad salutem: C. Ananias. 11. can. 15. et triden. ses. 6. can. 3. Pone tamen aliquos actus moraliter bonos elicere, et iuxta communem Theologorum etiam actum amoris Dei, licet imperfecti; ut videre est apud Bellarm. lib. 6. de Gratia, et libero arbitrio.

lib. 3. de hoc. nat. sup.
cap. 14. et 15.

Id colligitur et Apost. ad Rom. 1. v. 20. docente: gentes inexcusabiles esse: quia Deum solo lumine naturali per eius opera visibilia cognouerunt, nec tamen ipsum ut Deum glorificauerunt: Quia cognouerunt Deum, non sicut Deum glorificauerunt: Si ergo Deum naturaliter cognouerunt, consequens est, ut illum aliquo actu naturali amare potuerint, ut Creatorem suum et liberalissimum benefactorem: Natura enim ad amandum se tenet, et benefactores inclinat: Clamat inuis innata, non ignota ratione iusticia diligendum esse illum cuius nos vocat

que & cui totum debere non ignoramus. Bern. l. de dili-
gendo Deo propterea Apostolus ait inexcusabiles esse, qui
Deum cognoscentes illum non glorificaverunt.

Deus ratione naturali cognoscitur, ut summum
bonum sine quo homo non potest bene esse; imo nec esse;
ergo cognoscit homo Deum esse bonum proportionatum na-
ture humane, et ipsi naturaliter amabile: nam iuxta Arist.
Amabile bonum cuique proprium, Ergo Deus commune
bonum est omnibus secundum eorum naturam. Si ergo
Deus, ut auctor nature est bonum eiusdem ordinis cum na-
tura, cui amor naturalis non est ipsi proportionatus? ideo
dicit D. Thom. Amorem & cognitionem Dei,
ut videtur in speculo creaturarum esse naturalem, quoad
naturam 2. 2. q. 171. ar. 2. ad 3.

Præterea. Præceptum diligendi Deum natu-
rale est quidem quod ex necesse rationis dictamine emittit,
et convenit etiam homini in statu pura nature;
ergo hoc præceptum est de actu naturali quoad substan-
tiam, consequentia que potest viribus nature adimpleri, præ-
sertim cum in eo adimplendo non semper occurrant di-
ficultates, vel si quando que occurrunt, adeo ingeniter non
sunt, ut non possint sine gratia superari. Nec in me-
rito damnatus fuit, qui hanc duplici amoris distinctio-
nem recusavit Cajus. Prop. 34. Distinctionem dupli-
cis amoris naturalis videlicet quo Deus amatur ut aucto-
r nature, & gratiæ, quo Deus amatur, ut glorifi-
cator esse bonam, et commendatam: & Prop. 36. que
ascribit amorem Dei naturalem elationi nostra, & Phi-
lantia deturparum esse. Amor naturalis Dei
qui ex viribus nature dicitur, est sola Philantia per
electionem presumptionis humane, cum injuria crucis Christi defen-
ditur à nonnullis Theologis.

Hinc facile descendit, posse liberum arbitrium gratia 257
supernaturali orbacum nonnullos actus moraliter bonos
elicere ut sunt diligere Parentes, alienam misericordiam
et commiseratione sublesare, et alios similes: sunt enim
eiusmodi actus de objecto nature proportionato, nec adeo
difficiles ut semper indigeant supernaturali gratia ad remo-
venda impedimenta. Id suadet Apost. dicens: Tenetis quæ
(legem non habent positivam Moralem, aut Evan-
gelicam) naturaliter ea quæ legis sunt faciunt aut naturaliter
id est, solo nature ductu, et solius nature viribus, ut ex-
ponunt Cyrilianus Chrysostomus Hieronymus Theodora,
et alij videndi Cornelium a Lapide. Accedit concilio-
rum auctoritas: Dum enim concilia loquuntur de neces-
sitate gratiæ ad bene operandum Consulto addunt prout
oportet. Sicut oportet ad salutem, ut videre est in Arau-
cano Can. 6. 7. 25. contra Semipelagos. et in eisdem. ser. 6. can. 1.
et 3. quo loquendi modo aperte denotant non esse abso-
lute necessariam Divinam gratiam ad bene operandum,
sed ad bene operandum salutariter consequenterque posse
hominem viribus solius arbitrij bene moraliter operari,
quamvis sine gratia non possit operari prout oportet, sicut
oportet ad salutem.

Nec prætermittere fas est argumentum à
Doctoribus Catholicis contra notatores partem tritum, et
a S. Sacra Congregatione Augustini et Thomæ confirma-
tum, scilicet; liberum arbitrium post Adami peccatum non
adeo extinguitur remanisse, ut nullum opus bonum, etiam
ordinis naturalis possit sine adiutorio divine gratiæ elicere.
Imo S. Pius V. et Greg. XIII. in Bulla contra Bolognum ab Urban.
VIII. confirmata: has illius Theses præcipuisse.

Prop. 27.

Liberaum arbitrium sine gratia Dei adjuvatio non nisi ad peccandum valet.

Prop. 26.

Cum Pelagius sentit, qui boni aliquid naturalis, hoc est, quod solius naturae viribus ortum ducit agnoscat.

Prop. 61.

Non nisi Pelagiano errore admitti potest aliquis ortus liberi arbitrij bonum, sine non malum, et gratia Dei injuriam facit qui ita sentit, et docet.

Prop. 4.

Tuemelli sine gratia nihil amare possumus nisi ad mortem condemnationem.

Prop. 33.

Eiusdem. Voluntas, quam gratia non praevenit, nihil habet luminis, nisi ad aberrandum. Est capax omnis mali, et incapax ad omne bonum.

Eandem continent errorem duas propositiones tanquam hereticas a Sorbona confixas, anno 1560. quarum 1.^a est. Liberaum arbitrium est se non potest nisi peccatum, et omne opus liberi arbitrij sibi dimissi, est peccatum mortale, seu veniale. 2.^a Homo faciens quod est in se, peccat, et non potest non peccare faciens quod est in se. Ex his inferre licet contra Nostrum infideles solo naturae lumine abique fide, et gratia (termini sunt synonymi apud Augustinum in Epistola ad Simplicium in ed. Lovan. col. 818.) posse aliquando elicere deliberatos actus ordinis naturae moraliter bonos, immunes a peccato, quod Nostrus negat dum absolute affirmat omnia opera infidelium esse peccata.

Para. 2.^o

Nostrum propositiones a tribus Pontificibus damnatas proponat.

Hae propositiones: Omnia opera infidelium sunt peccata: desumpta est a Calvino, qui pluribus in locis

eam docet omnia opera extra fidem facta, ut 258
maxime in speciem 5^{ta} videantur sub peccato, et In Ep. ad Galat. cap. 4.
maledictio sumt.

Ut natura condici sumus citius ex lapide oleum, Lib. 3. inu. cap. 4.
quam ex nobis bonum opus exprimeretur. §. 5.

Inabi telo confosuitur eius ingenium quum omnes quae in
se prodeunt cogitationes, ut vales, fivoles, insanae, petocrae,
irudentur Tom. 3. lib. cap. 13.

In primis quanos naturalibus dotibus cernendi sunt Lib. 3. inu. cap. 14.
homines a vertice capitis ad plantam usque fides, scin-
tilla boni operis non reperitur.

Calvinum sequitur Bajus Prop. 23. 28. 29. 34. 36. 37.
65.

Tamenius inuita scribens: Solemnis illa distinctio
amoris in naturalem, et cum, qui supra vires na-
turae est, in uniberis Augustini operibus, vel cujdam
antiqui Patris non reperitur, vel vltio concilio nullum
habet Veritium sed Philosophia humana viribus cognita,
ta. Et.

Relasiani tuam doctrinam, quod possunt fieri opera
naturae moraliter bona fundant in loco Apoc. ad Rom.
2. Sententiae quae legem non habent, quae sunt discordantia
a doctrinae Ecclesiasticae Veritate. Tom. 1. col. 202.

Nullum opus bonum, nequidem moraliter, ab
humano arbitrio fieri potest, nisi per gratiam Tom. 2. col. 496.

Sine gratia Christi, nec ullum praecipuum legis,
naturalis impleri potest, sic, ut peccatum illa obprobatio,
ne videretur. Tom. 2. col. 497.

Perpicuum est nullam omnino legem ante fidem
et gratiam, nisi solius rei temporalis cupiditate teneri. Tom. 2. col. 523.

Sola absentia fidei sufficit, ut omnia opera infi-
delium sint peccata.

Duo igitur stant fidelissimus Calvinus sectator,
propterea dicitur Calvinus infulator. 3. Hanc propositio-
nem, Omnia opera infidelium sunt peccata, esse expositam
Augustini sententiam, ex ipsis Christianae fidei fundamen-
tis delibatam, in sacris literis, et concilijs definitam,

à S. Patribus constantissime traditam. & oppositam
sententiam delirium esse, & errorem in fide. Nusq. De
linium, insania error, impietas contraria Christiano-
rum tenui, scripturis, & fidei, quod infidelium sic ulla
vera virtus, vel opera sine peccato, iuxta concilium
Arabicum, & Augustinum, 2. statuit: fidem exactam,
ne opera infidelium sine peccato esse fidem in Christum:
Secundum principium, ait, boni operis, quo fideles carent est
fides in Christum, veri Dei, & Christi eius, sine qua fide
impossibile est servare legem, vel cavere peccata, vel ten-
tationem superare. lib. 3. de stat. nat. lap. cap. 11.

Duo hæc Jansenij asserta aperissime adoptat Norinus
dicens: hanc propositionem omnia opera infidelium sunt pecca-
ta esse Augustini doctrinam, Apostolica auctoritate
consecratam: Et ultra emittit ne sint peccata opera infi-
delium, fidem in Christum, & rudes concedit Patres
Ecclens, Patres hanc etiam veritatem definisse. sic ait:
una est Ecclens & Augustini sententia, de illis Apost.
verbis, & de vera fide Christiana intelligatur. Nec mi-
rum Ecclesiam catholicam ita Apostoli verba intellexisse:
eo enim proximo modo Apostolicæ sedis Pontifices eadem
anti interpretati sunt & de Bonifac. 8. ait. Ecce
thæta pronuntiam Augustinianam interpretationem prova-
bit nimirum abente fide in Christum omnia opera esse
peccata.

Vt hanc propositionem, iterum atq. iterum damna-
tam confirmet, congerit eandem Augustini, & aliorum
Patrum testimonia illa, quæ prius Calvinii proceres & Jan-
senius concinaverunt, ut eandem conclusionem roborarent;
quæ quidem ab orthodoxis nullius momenti reputan-
tur. Ceterum S. Patres à Jansenio, & Norino citati,
non e. p. profeso, & recte sacra opera Apostoli
textum interpretati sunt. Leo Magnus, & Bonif. 8.
minime definiunt sensum esse literalem, sed eo cui sumo

In vindic. col. 1048. 1055.
1051.

Col. 1052.

ut inde cum Augustino, & Ceteris Patribus probarent 259
Opera infidelium, ut in plerimum esse peccata, & raro
esse bona. Pontificale Romanum non probat quod No-
xius inuendit, nisi velit Ecclesiam definire tanquam
fidei articulum, quidquid Episcopus pronuntiat, dum Diaconus
nos hortatur. Cos uique admonet Episcopus, Opera Eccles-
iam, in materia doctrinae nihil, nisi schisma, nihil
nisi haereticum, & in hunc sensum adhibet Apostoli ver-
tum. Quis vero, nisi mentis inopi ex eo contendat Eccle-
siam in sensu sericeo literali definire: Omne quod non
est ex fide sericeo tali peccatum est. Libros de
Bono quos Iudaeus adhibuit, asserit Bellarm. lib. de
scrip. Eccles. esse aliter, cum in indice librorum biblicis
ab Hieronimo descripto non essent.

Bajacensis Patres quindecim orientales asserentes:
Haec Apostoli verba: Omne quod non est ex fide peccatum
est: non de recto conscientia dictamine, sed de sericea fi-
de esse interpretanda. At praedicta Synodus in nova
eccliorum editione non extat. Damus tamen ita esse: huius
Synodo Provinciali opponimus auctoritatem, & uerba 600. Pa-
tris Concilij Lateranensis. 4. & 5. Pontificem Inoc. 3. Syno-
dali iudicio controversiam definientem con. A. Synodali
iudicio definimus, ut nulla valeat absque bona fide praes-
cripio tam canonica quam civilis: omne quod non est ex
fide peccatum est. Subdit que, eiusmodi persuasio est,
seu dictamen rationis fidem dicit.

De dictamine rationis interpretari bene
locum Apostoli Anselmus, Chrysostomus, Am-
brsius, Bernardus, Thomas, Theodoretus, Theophylactus,
Origenes, & cum Meno Magister sene. & fere uniuersis
Patribus. Consulto P. Escor, & interpretes qui Ambrosium
& Chrysostomum secuti, nullum omnino reperies, siue
antiquum, siue modernum, qui interpretationi nostrae
non adhaereat praeter varias Biblicae maxime versiones

Et quidem si Noxio fidem damus asserenti
Tot Patres, tot Summi Pontifices, & ipsam Ecclesiam
definisse verum Aponoli: Omne quod non est ex
fide peccatum est: de vera fide Christiana intelli-
gendum, & consequenter, omnia opera infidelium
sunt peccata, imungent proximo à Catholicis.

Calv. Epist. ad Galat.
Cap. 4.

Opera contra fidem facta, ut maxime in speciem
S.^{ta} videantur sub peccato, & maledicto sunt.

Socin. lib. 3. innix. cap. 11.
n. 4.

Est maledictum (opus infidelium) non modo ulli,
ut ad iuritiam pactij, sed certis in damnationem
meriti, quidquid cogitat meditatur perficit horro-
rae quam per fidem reconciditur.

Buccerus. 1. ad Rom. 11.
v. 23.

Quod fide caret non modo ingratum sed abominabile est.

Chemnitzius. in exam.
Tud. ser. 6. can. 1. & 7.

Infidelium opera, non inter bona opera, sed inter peccata recen-
senda sunt.

Petrus Martyr dia.

P
Reclara eorum Infidelium opera damnari non poterunt
humano iudicio, coram Deo tamen prava ea fuisse.

Juvenellus prop. 42.

Sine sacrificio fidei nihil nisi impunitas, nihil nisi indignitas

Prop. 8. in ex. 31.

Recere est infidelem in omni opera peccare.

H
Aetia ergo omnes cum Noxio conveniunt hoc facti
logismo. Omne quod non est ex fide peccatum est, sed
nullum opus infidelium est ex fide: ergo omne opus infi-
delium est peccatum. Maior est Aponoli. minor evidens
consequencia infertur. Cecine argumentum perempto-
rium, qui insultant heretico, ut dicant propositio-
nem 25. Baij omnia opera infidelium sunt peccata
in Mexico fuisse praecipit ab Ecclesia, & consequenter
intolerabili erroris arguunt Catholicos asserentes; Omnia opera

infidelium esse peccata.

260

Similiter Bajus communem SS. Patrum interpretationem & Apostoli de recto conscientia dictamine: sic ait: Quod quidam RR. nescio, quo sermonis prodigio conantur eludere, non tantum contra omnium Latine intelligentium, sensum, sed etiam contra verum sensum Patrum per fidem intelligentium bonae conscientiae testimonium. In I. proposit. censur. Paris. Similiter Norinus affirmat, non sufficere ut infidelium opera excusetur a peccato, quod voluntaria recto dictamine conscientiae, sed vera opus esse, ne sine peccato, quod preluceat fides, qua non solum opera verum etiam ipsum conscientiae dictamen ad ultimum finem dirigatur. Nec Augustinus: ex quibus dictamen conscientiae a fide dirigendum esse deducitur a qua sola, ut ibidem probat in ultimum finem reflexit. Col. 1081. nec sine injuria SS. Patrum, et Pontificum asserit Norinus definitam esse ex cathedra interpretationem de vera fide Christiana. C. Cathedra pronuntians Augustinianam interpretationem probavit.

Norinum proinde adhaerere Bajo, et Janenio, diserte probat solutio ad argumentum, quod sibi erodendum proponit sub hac forma: si omne quod non est ex fide peccatum est, ergo omnia opera infidelium sunt peccata: quae est propositio damnata in Bajo. Huic argumento sub identicis terminis respondent Janenius, et Norinus. Sic Janenius. Ne Pontificiam sedem in pugna relinquamus, nihil arbitrari opportunius dici quam Romanam Ecclesiam nihil de veritate decrevisse: sic tanta recta que tuenda Recensio Pontificum auctoritas, ne veterum pernitiosius loquamur. Sic vero Norinus: Ne videamur RR. Pontifices, qui memoratam thesim sepius proscribere, cum aliquis decessoribus, imo cum ipsa Ecclesia Catholica committere, quae ex Apostolo docet omne quod non est ex fide peccatum est, pauca huius iterum subjicere. Vult Recensio Pontificum Ecclesiae Catholicae bellum inferre desinentes: omnia opera infidelium non esse peccata. Recensio

appellat S. Róm V. eiusque successores, usque ad Urbanum
8. quorum Bullæ toto orbi Catholico propositi, & accep-
tate sunt tanquam dogmaticæ, quæ quidem, si No-
sius, & Jansenius credimus antiquis Pontificibus, & vere
Ecclesiæ refragantur, damnantes quod antiqua Ecclesia
definitivè. Id ingenii plerumque excipiente omnes refractari-
um clamantes, non posse prædictam Baij propositionem
damnari, quin Concilio, & sanctorum Patrum
decreta revocentur: hoc quidem capite suis ampli-
ficando scriptis, effusiis quæ non veniunt articulos
in Bulla S. Pij V. damnatos, olim fuisse ab Ecclesia
antiqua definitos, proinde Apostolicam Sedem sibi
manifesta contradictione repugnare.

Statui igitur cum Jansenio Noisius, doctrinam
nam propositionis damnatæ in Baijo esse veram, &
Catholicam, & ab Ecclesia definitam, ac proinde non
damnari eius veritatem, sed tantum ob censuram, quæ
Baijo inurebatur auctoritate contrariæ sententiæ: Quod
illa propositio²² damnata sit ob censuram quæ semel
Pelagianismi incubabat (Baijo) negantes omnia opera
infidelium esse peccata, quod etiam ad eludendam cen-
suram scripta Jansenius cap. 27. Articulus in Bulla
conventos damnari aliquos ob scandalos, & offensivos,
quoniam inde sequatur esse hæreticos, aut falsos. Ius vero
pacti potest asserere Noisius, Bajanam propositionem
fuisse tantum damnatam ob censuram latam contra
asferentes contrariam sententiam, non capio. Nam iux-
ta Noisium hæc propositio: omnia opera infidelium
sunt peccata, est ab Ecclesia antiqua definita: exop-
conariis sententiis merito censura percellitur,
nec censurari poterit, quod censura afficiatur.

Si vero obijciatur Noisius propositionem 25. Baij

Cap. A. P. S. pag. 114.
ad 119.

261
nulla censura in adversarios esse affectam, proindeque
non potuerit damnari ob censuram, quam non habet.
Respondet: In primis Bullis apponiam fuisse illam cen-
suram, videlicet: Ad semi Pelagian. Rejicienda est
illa sententia: omnia opera infidelium sunt peccata
Hæc tamen tracta est hæreticorum Catilena qua suadere con-
tendunt, s. sedem Bullam Baij. Sij V. adulterasse: ac cui
verit in mentem Semi Pelagianor, quibus in corde est ex-
colere liberi arbitrij vires asseruisse omnia opera libera
si arbitri esse peccata.

Quidem fatemur, non esse omnino improbabile ali-
quam esse damnatam Baij propositionem esse tantum
ob censuram confixam, seu ut modalem; atamen esse ipsa
Bulla inferre omnes fuisse ob doctrinam
ait enim Pontifex: quæquidem sententia damnamus;
et nemo necesse, nomine sententiæ, venisse doctrinam,
et non censuram: doctrina igitur propria distinguitur à
censura qua suos adversarios iugilbat, et proscindit, secundo,
quia si tantum damnaretur Censura et non doctrina,
non sumeretur proscriptio raris: et proprio et
riprobo verborum sensu ab adversariis incerto; sed esse
scriptoris audacia qua suos adversarios semi Pelagianis-
mi aduxit. Et quidem si esse quod aliquæ Baijanæ pro-
positiones modales sint, licet inferre ceteras propo-
sitiones accipiendas esse, ut modales, consequenter asserere fas
erit, omnes continere veram et Catholicam doctrinam,
quod impune dici poterit de quinque Jansenij propo-
sitionibus, quarum due ultime modales, et hypotheticæ,
sunt, in quibus sponte sententia, assertores semi Pela-
gianismi taxantur qui penitus constitutiones Apos-
tolicæ eliduntur. huc ita veraxiorum scopus.

Nec ullius momenti est quod Noxius inferre
esse Varguis col. 222. dicens Hæc omnia firmat Varguis
locupletissimo textum. Cand. Toleri qui in causa Baij

100
Lobanium ab Apostolica sede delegatus fuit. Nunquam enim Varquius talia protulit: affirmat quidem nonnullas Baij propositiones accipiendas esse, ut modales. Nunquam vero dixit hoc competere alijs propositionibus, que modales non sunt nec ab Ecclesia fuerunt ut modales damnare: cum enim propositio modalis et absoluta diversissime sint, unam pro alia substituere, plane absurdum est et cavillati contra Ecclesie definitiones.

¶ Varquius sibi objicit damnatam Baij propositionem, et Apostolicam definitionem reverentius sic scribit: ad hoc resp. id nullo modo sequi et contra sententiam, nam nos concessimus supra dixit. S. opera indifferentia... sic autem licet dicamus, sine gratia per Christum nullum vitare posse peccatum, nullumque opus morale bonum et omni parte: non sequitur liberum arbitrium nihil aliud posse sine auxilio gratie nisi peccare; siquidem multa alia opera etiam intenduntur facere sine auxilio gratie; nempe ea que presentis vite commoditate tibus deserviunt, et sunt conciliata amicos. Ut latet est ut hec aut alia bona opera libero arbitrio tribuantur, sine auxilio gratie, ne dicamus ita vitia, tum fuisse liberum arbitrium per peccatum ut non nisi ad peccandum valeat. Quid ergo Varquius ut ad Noxium, qui probare satagit omnia opera infidelium esse peccata? Accedit Varquius loqui de naturali quoad substantiam, et Noxius de fide Christiana, na et gratia quoad substantiam supernaturalem.

¶ Extat Noxius Cardinales Bellarminum et Toletum conspirare in favenda sua sententia: sed in Mexico: Quia Bellarm. lib. 5. de grat. et lib. arb.

Cap. 3. Statuit hanc conclusionem. Sonne hominem sine 262
fide, cum auxilio gratiae, et etiam sine illo bonum
aliquod morale perficere, si nulla tentatio urgeat.
Cardinali Toledo calumniose imputatur error post
quam Greg. XIII. illum proscripsit, imo ab ipso Gregorio
in Belgium missus curavit errorem istum, de quo
est questio ab ipsomet Bajo retractari, quod felicissime,
ut omnibus notissimum est impetravit.

Paras. 3.^o

In Augustino sinistae interpretatione Nozi-
sij fundamenta evertantur.

Prima Noziji propositio: omnis actus delictus
natus, quandois recto dictamine conscientiae regularis
peccatum est, si non dirigatur a fide. Hac Augusti-
nus, ex quibus dictamen conscientiae a fide dirigendus
esse deducitur aqua sola in ultimum finem referuntur.
Secunda propositio. Non praevalente fide, virtus
etiam propter se ipsam, et propter tuam moralem
honestatem et propter philantropiam, et tumore nominis de-
turpatur. Hac autem valide probant virtutem etiam
propter se ipsam virtutem inflare. Illud Augustini pro-
nuntiatum, nempe virtutem, cum ob sui honestatem et
propter esse superbam et philantropiam vitari. Omnino aut
Noziji, S. D. ad veram virtutem relationem in ultis-
mum finem adeo necessariam putavit, ut nec virtutem
propter suam moralem honestatem et propter posse evitari
moverit ut fuit cap. 3. et 5A. probavimus.

Argumentum sumit Noziji ex Augusti-
no contra Jul. lib. 4. cap. 3. n. 24. dicente Novem
itaque non officij sed finibus a vitij distinguendos
virtutes; Officium autem est quod facit ubi peccare non
videtur, si non propter hoc facit, propter quod facere
debet peccare convincitur... quidquid enim fit ab

homine, et non propter hoc sic propter quod
vera sapientia precipit, et si officio videatur bonum
ipso non recto fine peccatum est.

Perimi Augustini interpretes sic loquuntur:
Calvinus in Antidoto tridentini inquit sa. 6. Ideo
peccant infideles quidquid agunt, quod facta sua
non ad legitimum finem referantur. Constat igitur
Augustinus omnes fabianos, Scipiones, Catones
in illis suis preclaris facinoribus, hoc peccasse quod
cum fidei luce carerent, non ad eum finem ipsa veterum
lexum ad quem referre debuerunt. Cuius discipulus
Petrus dicitur magister ait: Preclara eorum facinora
cotam Deo proba fuisse, ideo non est dubium, quod
ad congruum finem minime referuntur. Accedit
Chamierus dicens: Non est necesse aliquem opera-
ri propter Diabolum, sufficit non operari propter
Deum. In eodem August. testimonio sic inungit
Bajus. Iusto te utrum virtus que propter semetip-
sam appetitur, propter id fit, propter quod vera
sapientia predicat? fit propter se: precipit id sa-
pientia Aristotelis, quam Apostolus stultitiam vo-
cat: quia vera sapientia soli Deo servare pre-
cipit.

Jansenius doctrinam, et verba resumit scri-
bens. Hæc est vera ratio cur huiusmodi opera infide-
lium sint peccata quia ad illum finem non referuntur,
quo vera sapientia referenda esse prescribit. Tom. 2. Cap.
27. lib. 3. cap. 17. ait. Nullum omnino fieri potest bo-
num opus id est sine peccato, nisi in finem inquam
vera sapientia precipit referri, hoc est in Deum pro-
pter se dilectum referantur. Norisius istam Augusti-
ni expositionem aperissime confirmat dicens. Virtu-
tes nisi ad Deum referantur potius vitia esse quam
virtutes: nam licet a quibusdam tunc vera et honesta pu-
tantur esse cum ad ipsas referantur nec propter aliud

Epist. ad Rom. cap. 2.
v. 14.

Ibidem

expetuntur, etiam sunt inflatae et superbae, et ideo 263
non virtutes, sed vitia hoc roborare sagaxie est Apoc.
I. cor. 10. Siue manducatis, sive bibitis omnia in
Dei gloriam facite quo etiam precepto monetur Ba-
jus et communiter Iansenites.

Quod ad preceptum attinet facile eluditur dicendo
Non esse ab Ecclesia definitum Apoculi verba verum
continere preceptum: quare si cum Bonaventura, et
vix multis dicamus non dari tale preceptum, xuit ad
vernariorum machina. Et quambis cum D. Thom. asser-
tamus non esse merum consilium, sed revera esse precep-
tum cum Angelico preceptore dicimus. Dicendum
quod hoc quod dicitur omnia in gloriam Dei, facere
dupliciter accipi posse, affirmative et negative: Si ne-
gative hic est sensus: nihil contra Deum faciatis:
hoc modo preceptum est.

Item Angelicus magister Norisij interpre-
tationem reprobat. 2. 2. q. 10. art. 1. ad 2. ubi sibi obijit
hoc argumentum. fides intentionem dirigit, sed nullum
opus bonum potest fieri quod non sit ex intentione recta:
ergo in infidelibus nulla potest esse actio bona. Huic
argumento Respondet D. Thom. ad bonum opus ordinis natu-
ralis minime requiri directionem a fide. Ad secundum
dicendum: quod fides dirigit intentionem respectu ultimi
finis supernaturalis, sed lumen etiam rationis naturalis
potest dirigere intentionem respectu alicuius boni na-
turalis. 2. 2. art. 1. ad 2.

Hanc doctrinam disertissime confirmat in Commen-
tariis in Mag. sentent. ad 4. sibi opponenti: cum actus infi-
delium in finem ultimum non referantur, in quem
fides dirigit videtur, quod omnis actus infidelium sit
malus. Respondet D. Thom. Dicendum, quod non obli-
gatur ad hoc, quod quilibet actus dirigatur in finem
illum in quem non potest nisi fides dirigere

628
quia praecepta affirmativa non obligant ad semper, licet semper obligant, et ideo non oportet, ut actus infidelium, qui in finem ultimum non est ordinatus sit semper peccatum. Et in epist. ad Rom. 14. lect. 3. ait. Cum aliquis infidelis in dictamine rationis aliquid bonum facit, non referendo ad malum finem.

Obviam iterum Nozino occurrit D. Thom. eandem objectionem solvens: Dicendum, quod fides dirigat intentionem in ultimum finem, sed ratio naturalis, seu prudentia potest dirigere in aliquem finem, proximum; et quia illis finis proximus est ordinabilis in finem ultimum, etiam si non ordinatur actus, ideo infidelibus quorum actus per vim rationis in talem finem diriguntur, possunt aliqui actus esse boni, sed deficientes a perfecta bonitate, secundum quam actus est meritorius. Quod ad haec Nozini? Quod ad haec Ber- ti? non ne satius et honestius illis foret cum Angelico Magistro Augustinum interpretari, quam vanis, et temerarij Novatorum commentis ad haerere, ut surineant esse peccatum omnem actum, qui est dictamine rectae rationis elicitus, nisi ulterius a fide dirigatur, tam actus quam dictamen rationis, et consequenter peccata esse virtutes, quae propter suam intrinsecam moralem honestatem expectantur, nisi accedat fides dirigens ad Deum actus cuiusmodi?

Miratur Nozini cum Rajo, D. Thomam adhibuisse Augustino tam proportionem in interpretatione: Mirandum occurrit, ait Rajus, quomodo potuisse D. Thomam hanc proximi finis referibilitatem ad universale bonum, ad rationem virtutis

sufficere eximiam, et noxiij opinionem confirmari sub-
dit: virtutes que ab Aristotele describuntur, id est virtu-
tum officia, que non ab aliud, sed propter temetipsa ex-
petuntur non vere a peccato vindicari, virtutes que
non esse, sed vitia virtutes imitantia. Nisi è diame-
tro proponat D. Thom. inculcans, quod bonitas naturalis
actus dicamine vere rationis regulati, quamvis ad Deum,
nec formaliter, nec virtualiter referatur, si tamen talis
sit, ut referri possit absque ullo peccato valet emereri.

Parag. 4.

Noxiij interpretationem vellicat D. Thom.
cum Augustino.

Cum Angelico Magistro, et Eximio Doctore DD.
orthodoxi certant Augustinum nunquam infidelibus de-
negasse opera ad salutem conferentia: Noxius ex adver-
so invidia Augustinum in P. 31. Enarrat. 2. in prefat. di-
centem Debemus nulla opera proponere fidei, id est, ut
ante fidem quinquam dicatur bene operatus; ea enim ip-
sa opera, que dicuntur ante fidem quamvis videantur ho-
minibus laudabilia inania sunt, nemo enim computet
bona opera ante fidem, ubi fides non erat, bonum
opus non erat, bonum enim opus intentione facit inten-
tionem fidei dixit.

D. Thom. sic Augustinum interpretatur: Vbi fides
non erat, bonum opus non erat, id est meritorium et
propensione intelligentia: no. Remittit ad sequentem dis-
putationem ubi quaeritur: utrum aliquis actus in infideli-
bus possit esse bonus, quorum intentio non dirigatur a
fide? Et nos introitum hoc syllogismo Nihil laudabile
est, aut laudatum nisi bonum, sed sancti, ut Hieronimus,
et Augustinus sepe laudant aliquos gentiles de aliquibus
operibus: Ergo aliqua opera illorum fuerunt bona: id partim
confirmat praesentem quest. 24. de verit. cap. 11. ubi ait. Ad ea

Sib. 2. sent. cap. 40.

quæ in contrarium hunc patet solutio: quia vel præcedunt
de opere meritorio, vel ostendunt, quod sine operatio-
ne Dei homo nullum opus bonum facere poterit; quid
ad hæc Noñius? cito respondet: perfunctorie legere li-
bros Augustini, qui cum interpretantur de opere
meritorio: sic ait: Nunc Augustinum negasse in-
fidelibus opera bona, id est meritoria, ut Salasiani
contendebant... sed hi plane Augustini libros per-
functorie legunt. Profecto D. Thom. Augustini li-
bros non perfunctorie legit, et sic interpretatur: Ubi
fides non erat, bonum opus non erat, id est merito-
rium. Et ipsemet Augustinus interpretationem D. Thom.
approbat, cum eo loci a Noñio induci, sic memora-
tam professionem addit. *Psalmus gratia Dei, et iusti-
ficationis nostra nullis præcedentibus meritis nostris*
et infra ait hunc Psalmum ad eam gratiam perti-
nere, qua Christiani sumus testatur *Apostolus* qui-
bus aperte demonstratur Augustinum loqui de operi-
bus ad salutem pertinentibus: *Ne presumas ad regnum
de justitia tua.*

Propterea: Semel admissa Noñii interpretatio,
ne nimirum omnia opera sine fide esse peccata,
similiter poterit interpretari, omnia opera pecca-
toris esse peccata contra definitionem Tridentinam.
Ratio est manifesta: quia Augustinus pari modo loqui-
tur de infidelibus, ac de peccatoribus, lib. 4. contra Juli-
anum. Absit ut in aliquo sit vera virtus, nisi fuerit
iustus: qui potest iustum dicere infidelem? iustum
dicere impium, iustum dicere Diabolo mancipatum
et concludit, sine amore Dei nihil est bonum; ergo
Augustinus exponendus est de virtutibus et operibus
meritorijs seu ad salutem conducentibus, ne quid ab-
sit, videatur pugnae contra Tridentinum, et in hæc
errorem toties proscriptum incidere.

Procul ergo abest ab Augustini mente denegare

infidelibus virtutes ordinis naturae, sed verae virtutes
in sensu a Pelagianis invento. Pelagius non ex parte negat
necessitatem gratiae ad opera naturaliter bona, sed in eo
quod negaret gratiae necessitatem ad opera salutaria.

Hoc patet ex Augustino Pelagij errorem sic exponentes.

Ne fiat injuria (dicebant) libero arbitrio, quod sibi suffi-

lib. de nat. et grat.
cap. 16.

ciè possibilitate naturae ad implenda omnia opera justiti-
tiq. Negavit igitur Augustinus contra Pelagium virtu-
tes, quae ad beatitudinem conducunt, et in hoc sensu refellit
Julianum asserentem verae in infidelibus virtutes reperi-
ri. Solent, aut negantes dona Dei esse virtutes, quibus
vivitur, ea tantum naturae voluntati quae humanae non gra-
tiae tribuere, hoc vni argumento quod eas habeant infideles:
abie, ut sic in aliquo vera virtus, nisi fuerit iustus.

Hoc patitur confirmat Augustinus: Si ad consequen-
dam veram beatitudinem quam nobis iramortalem fi-
des quae in Christo est, vera promittit, nihil profane ho-
mini virtutes, nullo modo possunt esse verae virtutes non
ergo negat infidelibus virtutes sed tantum illas quae ad
beatitudinem promittunt. De Celestio obijcienti: aliquod bo-
num opus posse fieri absque auxilio supernaturali, ex
illo Apert. I. Corinth. v. 36. Quod vult faciat, id est jungat si
velit virginem suam matrimonio, in hoc non peccat, sed
bene facit Augustinus respondet; non negando aliquod
opus bonum posse fieri sine auxilio divinae gratiae, sed
eiusmodi opera non esse in medium proferenda quando
debetur de necessitate gratiae ad bene operandum.
Ivan pro magno habendum sic velle nubere, ubi de adjuto-
rio divinae gratiae operarius disputatur. lib. de pecc. just. cap. 13.

Denique Augustinus suam sententiam adeo expre-
sse exponit quam ut cavillis obscurari patiatur: Impiorum
nec verum Deum veraciter colentium, quidam facta legi-
mus, vel audivimus, quae secundum justitiae Regulam non
solum vituperare non possunt, verum etiam merito rec-
te quae laudamus lib. de spir. et lit. cui consonat Hieron. in
cap. I. Epist. ad Galat. dicent Multi absque fide et evangelio
Christi vel sapienter faciunt aliqua vel sanctorum, ut Parentibus

Obsequantur, ut inopi manum porrigant, non opriment
vicinos, aliena non dissipant. Et quibus ostenditur, Augu-
stinum tantum denegare infidelibus opera ad salutem
conferentia. Trusecat igitur que lacrimas ex Augusti-
no toties inculcat ut contra illius expressam mentem fu-
vetur Novatorum error a Tanneno, primo s. Doctoris con-
ruptore, commendatus, dum ait Augustinus non solum vixit
virtutibus infideles caruere vel fuisse falsas, et nomine viri-
tatis indignas, sed etiam vitia fuisse tradit, ea proinde vicio-
ne qua et opera illorum qui fide veritate sunt, non
modo non bene bona, sed vera peccata esse declaravit
sic Tannenius, cui addit Norisius perfunctorie libros
Augustini legisse, qui aliter opinantur, nunquam enim
Julianus, alij ve Pelagianus admisere opera meritoria
sine gratia iustificante. Ridicula, et Theologia indigna po-
tius sciunt parvi vel tyrones ipsi contrarium in quo
et si aliqui dubitarent nemo contra tan rotunda po-
tuit id annexere de Julian. et Pelagianis nisi occitan-
ter nedum perfunctorie legerit Augustinum qui
palam docet, nunquam ex Pelagio, et Juliano in-
venire quod agnoscerent gratiam habitudalem. s. lib. de
gratia Christi Cap. 30. ait Itam gratiam que iustifica-
mur in Pelagij, et Celestij scriptis quaecumque legere
potui nunquam eos adveni, quemadmodum confitenda
est, eos confiteri Quid autem de Julian. dicendum? Expressit
lib. 6. contra eundem Cap. 23. per haec verba. Tu autem
(ad Julianum inquit) a veris dogmate non recedis, quo
putatis gratiam Dei per Iesum C. D. N. sic in sola Consi-
deratione peccatorum venari, ut non adiubet ad vitanda peccata,
et desideria vincenda carnalia defendendo Libertatem
in cordibus nostris per sp. sanctam Quomodo exo in
senso Juliano adiubaret ad merita de condigno? Qui
haec somniaserit ut Norisius Tannenium sequutus auctus
est affirmare, videat se habere contrarii Augustinum,
quem nec perfunctorie legere potiori jure quicquam agnosceret.

Parag.^s 5.
 Utterius Augustini, et aliorum Patrum expositio

Agereunt operose Refractarii plura SS. Patrum testimonia, quae quidem denotare videntur omnia opera infidelium esse peccata, sicuti et omnia opera, quae sine divinae gratiae auxilio eliciuntur, esse vitia. Atque tamen intelligenda sunt, non positive, sed negative, id est, nullius utilitatis ad salutem, et in hoc sensu peccata dicuntur, quatenus sunt defectuosa, et deficiunt à bonitate Christiana. Ratio est: quia SS. Patres loquebantur de homine ad vitam aeternam tendente, et consequenter de operibus ad hunc finem conducentibus, vel ab eo ardentibus, et cum hoc non fiat, nisi per opera iustitiae, et per peccata, non contemplantur hominum opera illa media, de quibus nunc disputamus: sicut ab adversariis non habetur ratio actuum indifferentium, quia isti nec confessaunt, nec impediunt ultimum finem.

Possunt etiam intelligi SS. Patres, non absolute, sed ut in plurimum esse peccata infidelium opera: quia id frequentex accidit, et quod frequentex accidit hoc esse dicimus. Et certo Augustinus in hoc sensu locutus est, cum dixit: Liberaum arbitrium non nisi ad peccandum valere: quia hoc essatum limitat, inquit: In natura vitata parum interest ad non peccandum voluntatis arbitrium... in homine carente superiori lumine vix inveniri honestum opus ex fine. Ubi particula vix, et parum asserunt restringit, et nostram conclusionem confirmat. lib. de perf. iust. cap. 2. et lib. de spira. et lit. cap. 28. Et quidem si Patrum testimonia non ita interpretantur, nimis haereticis fuisse videbuntur, qui monstruosam quamdam liberum arbitrii coarctationem confingunt in natura lapsa: imò post iteratas censuras à S.^{to} Pio V, Greg. XIII, et Urb. VIII factas non oportet aliter interpretari SS. Patres.

Opportune tamen intelligi possunt, si infidelis accipiantur re-
 duplicative, nimirum, omnia opera infidelium, ut infidelium, sunt peccata, seu quando infidelis ut infidelis operantur, non ex dictamine recte conscien-

Nocente sensu loquitur S. Leo, et alii à Nonisio in P. sic alleg.

us, sed juxta regulam sui erroris. Huic expositioni favet Augustinus dicto
cap. ubi Juliano sic interroganti: Numquid si gentilis nudum operaverit:
quia non est ex fide, peccatum est? Respondet: Provisis in quantum non
est ex fide, peccatum est. Hec reduplicatio in quantum non est ex fide ex-
plicatur ab Augustino, non per solam negationem fidei, sed per aliquam cum
fide contrarietatem, nempe per circumstantiam actus ex infidelitate cau-
sati: aut enim. Quod si ipsa (misericordia) per se ipsam naturali compassio-
ne, opus est bonum, etiam vito bono male utitur, et hoc bonum male facit,
quia infideliter facit: ly infideliter reddit sensum formalem, de infideli ut
infideli operante, quod clare indicat, subjungens: Dona male facit, quia non
fidei, sed infideli, hoc est, stulta, et nociva voluntate facit.

Accedit auca D. Thomae interpretatio: Cum dicitur omne quod
non est ex fide, peccatum est: sic intelligendum est: quod est contra fidem, aut
conscientiam, peccatum est; et si in genere suo bonum videatur: puta si Pa-
ganus in obsequium Deorum suorum virginem sevet, vel elemosynam
det, hoc ipso peccat: in cap. 4 Epist. ad Rom. sec. 3 Et in 1. 2 q. 10 art. 1 hanc
quest. proponit. Utum omnis actus infidelis sit peccatum? Respondet ne-
gative dicens Cum infidelitas quoddam peccatum sit mortale, infideles quidem
gratia carent, remanet tamen in eis aliquod bonum naturae, unde mani-
festum est, quod infideles non possunt operari opera bona, quae sunt ex gra-
tia, id est, opera meritoria; tamen bona opera ad quae sufficit bonum na-
turae, aliquantulum operari possunt: unde non oportet, quod in omni opere
suo peccet, sed quandoque aliquod opus operantur ex infidelitate, tunc
peccant. Et in 2 dist. 41 q. 1 art. 2 ad 1. art. Dicendum: quod infideles non
semper ex infidelitatis suae errore finem sibi perstituunt, sed aliquando
ex vero, et recto rationis dictamine, et ideo non oportet quod in quolibet
actu suo peccent, sed tantum quando ex errore finem sibi perstituunt

In Comment. in Magistr. sent. ad 5. Prodeat nunc Notissus dicens An-
gelicum Magistratum perclarissimum Augustinum inter-
pretem Augustini libros perfunctione
legisse.

Parag. 6.

Omnia opera infidelium phylantia detrapantur iuxta Noisium.

Non tantum ex defectu relationis in Deum, ultimum finem vitiosa esse opera infidelium, verum etiam timore nostro, et superbia dehonesta, Dajus adhaerenti, et Jansenii premens vestigia, tentat suadere Noisius. Virtutem, cum ob sui honestatem appetitur, esse superbam, et phylantia vitium... cum inextinguibilis sit casus ab actu virtutis in phylantia... cum virtus etiam ob sui honestatem appetitur, facit, ut illam prosequens, et assequens sibi complacet in suo opere, ac phylantia vitio laboret... eo ipso quod homo cognoscit se virtute praeditum semet delectatur in se ipso, non in Domino glorietur, eo ipso scientia inflat. Scio Dajum supponere in- Item Jansenius lib. 3
separabilitatem a phylantia in omni actu virtutis naturae elicito. Sic Prosper de statu na- turae caps. 36. Amore naturalis Dei, qui ex virtutibus naturae oritur, ex sola phylantia, per elationem presumptionis humanae, cum injuria carnis Christi a nonnullis theologis defenditur. Unde tamen ejusmodi inseparabilitatem a phylantia, ab omni actu, qui absente fide, et gratia elicitur, hauserunt Dajus, et post eum Noisius, non apparet, nec probari possunt.

Interdum omnes, quod omnis vana complacentia est mala, non tamen vana est omnis complacentia, nec omnis amor, quo homo se ipsum diligit, est vitiosus: tenetur enim quispiam se ipsum amare, et velle sibi bonum, ac proinde sibi virtutem velle, et vitio vitare hominum cui virtus displicet: quare amor, quo quis virtutem exoptat, et de ejus absentia tristatur, dum abest vanitas, qui non semper adest moderatus amor est, et ordinata charitas. Scientia inflat regulariter, praesertim cum parva est, ut ait D. Thom. quis tamen dixerit scientiam semper elationem secum comportare inseparabilem? Hic obiter notandum Noisium in asserto proximi inducto aperte sibi contradicere: ait enim omnem actum deliberatum absque fide elicatum esse peccatum, et phylantia infectum, et simul docet phylantiam, et elationem resultare ex conjunctione ejus bonitatis. Eo ipso quod homo se

130
cognoscit virtute prae ditum semet delectatur in seipso. Si actus corruptus ex phy-
santia, quomodo in eo cognoscit homo virtutem qua delectatur?

Sed audiamus Novissimum, confessionem cum physantia sua-
dentem ex Augustino lib. 4 contra Julian. dicente: Mens bona magis sibi
placet, magisque se ipsa delectat, quam quilibet alia creatura. Hec autem
pernitiose sibi placet, cum pro hoc tumescit Typho, et morbo, inflationis ex-
tollitur, quamdiu non videt, sicuti videbit in fine summum bonum, En-
lepidum argumentum: quo nisi mentis inopia ex Augustini testimonio
deducet. ergo omnis actus ex objecto bonus, propter illius honestatem elici-
tus est pravus, et elatione infectus. Numquid ex eo quod humana volun-
tas sit praeter omnibus creaturis ad vanam gloriam propensa licebit inferre:
ergo humana voluntas in omnibus suis actibus ob vanam gloriam opera-
tur? An ex eo quod homo sit facilis ad iram, sequitur in omnibus suis
actibus irasci?

Nulla igitur umbra superbia apparet, in eo quod virtus
propter se ipsam diligatur. Nam quod homo non dirigat opus suum in
Deum provenire potest ex inconsiderantia, aut ex ignorantia, sine ulla praes-
umptione, aut elationis specie. Quando intrinsecus finis est propter
se amabilis, secundum rectam rationem, et prudentiam, non debetur
actioni morali aliud relationis genus in beatitudinem, vel in alium
extrinsecum finem, ut supra cum Augustino, et D. Thom. ostendimus:
quia virtutis honestas est intra objectum voluntatis, eandemque po-
test sufficienter allicere, et monere: ergo etiam infidelis Deum non
cognoscens potest habere in opere suo interventionem sufficientem ad ho-
nestatem moralem. Nec necessarium est infidelem operari semper pro-
pter proprium commodum temporale: quia honestas objecti potest mo-
vere sufficienter voluntatem ad suam amorem. Immo licet aliqua repria-
ta intentio proprii commodi non continuo dicendum erit opus esse pra-
vum: quia commoditas illa potest recta ratione regulari, quod satis est,
ut proximus finis sit propter se diligibilis.

Dicendum ergo est, quod dum virtus propter se ipsam
appetitur, actu recta ratione regulato tunc sit propter id, quod vera
Sapientia

sapientia precipit, et propter debitum finem, nec ulla in eo culpe ratio invenitur. Quando Augustinus ait, virtutes, dum ad se ipsas referuntur, esse superbas tantum denotat, ut implurimum id fieri; nec aliter intelligi potest. S. D. quin sibi passim contradicat, vel id accidere contendit in illis, qui suam beatitudinem, et ultimum finem in suis operibus constituunt, ut Theologi dicunt de Angelo, qui sibi appetit suam naturalem beatitudinem, nullam aliam desiderando, sed potius contemnendo.

Parag. 7.

Noisius sibi opponitur admittens actus moraliter bonos ordinis naturalis; et iterum id ipsum retractat.

Diximus contra Noisium minime necessarium esse quod homo de suo opere gloriatur: quia occurrere potest quidvis proximi calamitate, insurgat misericordiae affectus, quin homo tunc cogitet, nec sciat, nec inquirat, qua virtute fiat illud opus quod fluit ex misericordia. Huic argum. Noisius cedit, dicens: Posse accidere, ut quis honeste operetur, v.g. elemosinam eroget pauperi, ac statim alio mens alio avocetur, in quo casu, neque apud semetipsum, neque apud alios de bono opere per actum reflexum gloria bitur. Quid hoc hominis est? Disputamus, Num deus actus bonos ordinis naturalis absque fide, quae dirigat intentionem, et Noisius respondet negative dicens: Omnia opera esse peccata, si ex fide non referantur actus in Deum; et ejusmodi actus a phylantia deturpani: Nunc oblitus relationis in Deum, et inseparabilitatis a phylantia, fatetur actus moraliter bonos; et siquidem subdit, id accidere per accidens. Fateor, ait, si mens alio avocetur, aut a novo objecto trahatur fieri posse, ut nulla apud ipsum gloria, aut jactantia titilletur; at id per accidens contingit.

Est dicere: actum infidelis in prima ejus productione bonum esse, et bonum etiam permanere, si novo proposito objecto impedita cogitatio bonitatis actus, ex qua cognitione resultaret utique vana gloria: quare cum accidentale sit novum objectum occurrere distrahens intellectum, ne bonitatem actus cognoscat, per accidens est ejusmodi actus bonum vana gloria non corrumpi. id verum quidem, quatio vero non est.

828
An actus infidelis bonus in prima sui productione, per supervenientem circunstantiam deturpetur; sed utrum actus infidelis nulla prelucente fide, et gratia possit esse bonus? Et cum Novissus consequenter affirmare teneatur absente fide nec primam actus productionem posse bonam esse; nunc aseat, non solum primam actus productionem esse bonam, verum etiam posse permanere bonum per accidens.

Nec probari potest regula gratis à Novissio confecta: sic scribit: Nam agens morale debet considerare post actum dictum, num bene operatus sit? An recte se habeat ex eo suum opus, et in se ipso glorietur. Gratis, inquam, hæc regula, et generalis obligatio stabilitur: Si enim datur obligatio considerandi per actum reflexum omnes actus, qui eliciuntur, eadem lege tenemur etiam et actus reflexos considerare: An in tali reflexione recte nos ex eo Deum operati simus, et sic ibimus in infinitum reflexionum, ut perspicuum est; et plane absurdum. Quare agens morale non tenetur semper post actum suum reflexe contemplari, num recte operatus sit, sed ante operationem suam debet divini dictamine conscientie de rectitudine operationis. Imò nec dictamen istud, si Novissio credimus, sufficit ne operatio inde profecta desinat esse peccatum, cum iuxta ipsum ultra requiratur, quod dictamen practicum conscientie à fide theologica dirigatur. Demus vero Novissio preteritam actuum reflexionem: unde probare potest ex cognitione actus boni, casu quo non impediatur per accidens ejus cognitio, resultare necessario phylautiam? Cui non poterit homo, qui vitam continet, reflexe judicare, bonum esse vitam continere. Demus etiam reflexe contemplari actum misericordie, demus ipsi proponi motum vanaglorie, cui non poterit prudens homo temperare à phylautia hoc ductus iudicio: temperare à phylautia bonum est.

Uterum bonitatem actus ostendit dicens: Si continentie propositum eliciat motus honestate tantum operis, neque apud se, neque apud alios glorietur: tunc ille actus negativè Deum non respicit tanquam ultimum finem, et nulla tamen parte vitiosus apparet. Actum negativè Deum non respicere est non ordinari in finem inhonestum: ergo, omittit

admittit actus moraliter honestos, quibus operans monetur intumescere objecti bonitate absque relatione in Deum, et absque vanagloriæ tæbe. Sed statim resistit, et quasi in se recessus limitat asseritum subdens. Hæc intelligenda sunt de actibus virtutum per accidens non vitiatæ, uti in prima statim eorumdem productione contingere dicimus.

Mirabaris optimè lector Augustinianum scriptoris nobilitatem: cum enim infidelibus concesserit actum ordinis naturalis elicatum sine fide, et gratia, saltem in prima ejus productione; nunc mutato consilio statuit requiri divinæ gratiæ auxilia, ne actus vitiosus sit etiam in prima ejus productione, et insuper necessarium esse divinæ gratiæ auxiliium ne phylantia inficiatur. Sic ait: Censeo tamen hæc opera non fuisse facta ab infidelibus, suis ipsorum virtutibus delectis, sed præmunitis divinæ gratiæ auxiliis, quibus forte aliquando factum est, ut recte operantes (auxiliis gratiæ) novo proposito objecto de bono opere minime gloriantur; etenim cum inæparabilis sit casus ab actu virtutis in phylantiam, divinæ gratiæ fuit, quoties infideles nulla in opere bono intumescere. Asserit ergo quod infidelis, divino gratiæ auxilio præmunitus, elicit actum bonum, et ultra indigere auxilio gratiæ, ne de bono opere glorietur. Videsis quam diversum vultum hæc gerant à sententia Novissii in superioribus stabilita, et impugnata. Quis unquam dubitavit infideles divina gratia præventos elicere posse actus immunes à peccato?

Insuper: vel illa divinæ gratiæ auxilia, quibus infideles præmuniuntur, ut possint actum bonum elicere includunt fidem donum, vel non? Si primum: jam illa opera à dono gratiæ elicita non sunt opera infidelium, ut patet. Si secundum: ergo sine dono fidem possunt elicere actum immunem à peccato. Itaque abjectis hæc Novissii scopus est propositionum iterato Ecclesie fulmine contumaciter propugnare: primo aperte docens omnia opera infidelium esse peccata. Secundo per quos eandem conclusionem statuens: sic scribit: Opera bona, quæ faciunt infideles, non ipsorum esse, sed Cap. 3. §. 1.
lit. 2. illius, qui bene utitur malis, ipsorum autem esse peccata, quibus et bona male faciunt, quod sic explicat. Unde opera, quæ ipsi faciunt, semper sunt peccata, nisi aliquando Deus quosdam bonos actus, ipsis nescientibus in eorumdem

voluntatibus operatur. Actus illi, quos Deus in infidelibus ipsis conscientibus operatur, sunt actus illi inspirati à Deo in nobis sine nobis, in quibus sita est gratia actualis, quare si praeter hos actus, cetera infidelium opera sunt peccata, planè fit omnia opera deliberata infidelium esse peccata, im merito enim inter opera infidelium auxilia divinae gratiae recensentur.

Principuam errandi occasionem accipuerunt adversarii ex Augustino lib. 3 ad Bonifac. dicente Liberaum arbitrium captivatum, non nisi ad peccandum valet, ad justitiam vero nisi divinitus liberatum, adjutumque non valet, Cap. 4. Iu tamen hunc locum obiciunt neque controversiæ statum, neque Augustini scopum attingunt. Contendebat Pelagius liberaum arbitrium se solo, et omnibus divinae gratiae auxiliis orbatum, sufficere non minus ad opera justitiae, quam ad peccatum; Augustinus illi hoc secundum externum concedebat, nempe, se solo sufficere ad peccatum, non vero sine divina gratia sufficere ad opera salutaria: Cum ergo de his externis tantum ageretur controversia, dum ait, liberaum arbitrium se solo tantum valere ad peccandum, non debet intelligi per exclusionem illorum actuum, qui ad justitiam non pertinent, sed tantum per exclusionem illorum actuum, qui ad justitiam conducunt. Et quidem Augustinus, sicuti alii SS. Patres loquuntur circa subjectam disputationis materiam, et iuxta errorem, quem impugnavant, nimium contra Pelagium asserentem homines viis solius arbitrii posse operari prout oportet ad salutem.

In suis videtur loqui Augustinus, dum ait: Liberaum arbitrium non habet ex se, nisi mendacium, et peccatum; hoc tamen non dicit, quia nihil agere possit, nisi peccare, sed quia defectum peccandi solum ex se habet, non à Deo, qui peccati malitiam solum permittit, cum cetera liberai arbitrii opera, non habeat ex se, tanquam sibi propria, sed à Deo, cujus sunt omnia opera bona, sive naturae, sive gratiae: cum liberaum arbitrium tantum habeat de suo peccatum, neququam Deo, tanquam Authori tribuendum. Nec aliter licet interpretari Augustinum, qui tam aperte pro viis arbitrii digressus, ad opera elicienda nulla peccati labe turpata, ut supra demonstratum est.

Hinc rejiciendi sunt, qui propositionem controversam deducunt ex eo, quod infideles nunquam divina gratia praeveniantur. Sic Badius in 7 prop. cens. Paris. Sine gratia speciali Dei, liberum arbitrium non potest vitare peccatum, unde sequitur omnia opera infidelium esse peccata, cui subscribere tenentur, qui docent cum Guesnello prop. 26. Nulli dantur gratia nisi per fidem, et prop. 27 Fides est prima gratia, et fons omnium aliarum, et prop. 29 Extra Ecclesiam nulla conceditur gratia, cui praeiuxit Jansenius dicens: Infideles carent gratia sufficienti ad salutem, tam proxima, quam remota, et omnibus principis eius.

Augustinum de more pro se adversarii inducunt, frustra tamen, ut breviter ostendo. Certum est infideles à Deo vocari ad fidem: ergo Deus illis confert gratiam, qua illi possunt obtemperare vocationi: Nisi ergo vocando praecedat misericordia, ait August. nec credere quisquam potest, ut ex hoc incipiat justificari, lib. 4 ad simplic. Ergo gratia fidem praecedit. 2^o Quia ut infideles possint credere requiritur ante actum fidei, qui est actus intellectus libera, et meritorius, actus pie affectionis ad fidem, qui est actus voluntatis Corde creditur ad justitiam, Rom. 10. Hic actus libera voluntatis debet esse supernaturalis, ut ad fidem disponat, ac proinde si gentilis reluctetur, remanebit extra fidem, non tamen sine gratia, qua libera potuit fidem amplecti.

Verum est Augustinum in eadem indicare, nullum dari ante fidem auxilium gratiae, sed à fide incipere omnem gratiam, aut sub nomine fidei comprehendit omnia, quae ad fidem ordinantur, et vocantur fidei inchoationes, quae utique sunt remotae dispositiones ad fidem. Non enim ignorabat Augustinus infideles prius vocari ad fidem, quam credant: Nec credere quisquam poterit, nisi praecedat misericordia, et illam primam vocationem ad auxilium gratiae pertinere, et per illam posse infideles aliquid bene operari non dubitavit. audiatur August. lib. de praedest. 51. 55. cap. 3. Cum errarem, neque fidem putabam gratia praeveniri... praevenit ex eo fidei gratia, cui consonat Fulgent. lib. 1. de praedest. cap. 17 dicens: Deus voluntatem ad credendum praeparat per gratiam, Fides est fundamentum, et radix omnis justificationis. Sine fide impossibile

est placere Deo, de fide stricta, et imperata bene intelligitur.

Caput 2.

De Novissis Atsecclis

Parag. 1^s

Judicium Beati, et ejus Augustasia ostenditur.

Quidquid ergo de operibus infidelium conscripsi, nihil aliud est, quam major explicatio eorum, quae docuit Novissus, scribit Beati. Supponit 1. officia virtutum moralium, quae maximum exercent in parentes filii familias, et quae indigentibus viri misericordes impendunt, licet a gratia, seu charitate actuali non proveniant, neutiquam vitiosa cupiditate deturpant, imo quatenus sunt ex se possunt in gloriam Dei referri. Numquid vitiosa cupiditas est dicenda lex naturae à Deo singulorum cordibus inscripta? Numquid vitiosa cupiditas est amor honestatis, et probitatis? Atque minime facturae sunt pravae cupiditatis, illis adscribimus bonitatem, quae ex rerum substantia, et operum humanorum objecto reperitur: asserentes quatenus sunt ex se posse in gloriam Dei referri, quod nullatenus fieri posset, si essent turpia in semetipsis, et cupiditatis vitio labefacta.

Supponit 2. Memorata infidelium opera non derivata à prava cupiditate, non esse intinsece mala, habere honestatis decorem, et laudabilia esse: quamvis considerata circumstantia ultimi finis, qua carent, dici non possint bona juxta omnem rationem, illis enim deest bonitas, quam haberent, si ad Deum referrentur. (Hec est, ait, omnium Augustinensium sententia, nempe, opera omnia deliberata creaturae rationalis, in Deum, saltem referenda esse, et quae ita non referuntur, non sunt bona expectatis omnibus circumstantiis.)

Supponit 3. Inter actiones, quae ad Deum non referuntur alias esse, quae sunt intinsece, et proprie peccata; alias vero, quae malae non sunt in sua productione, quod sic explicat: quidam sunt ad finem pravorum directi... alii sunt, quae in sua productione malae non sunt, nec à pravo fine derivant, ad objectum quoque honestum tendunt, ejusmodi

eiusmodi sunt exhibere honorem parentibus, pauperibus eleemosynam elargiri, et hęc, nisi in Deum virtualiter referantur, vitia ab Augustino dicuntur, non positive, sed negative; atque, ut ipse Augustinus loquitur, non recto fine, cuius recti finis omisio, non inficit intrinsicè opus, et officium, sed duntaxat accusat operantem.

Inde sequitur iuxta sententiam Norisii, et Dexti expositio-
nem. Non omnia opera infidelium esse peccata, quamvis infidelis in omni opere suo peccet. Non sunt peccata, quia aliud est esse peccata, et aliud non habere omnem bonitatem, quam possunt habere opera infidelium, seu non esse bona ex omni circumstantia; Peccat tamen infidelis in omni opere suo: quia illud non refert ad debitum finem, propterea non exerceat bene bonum opus. Sic enim scribit: Hominem deliberatè operantem, et opus suum ad Deum non referentem, veniali saltè culpa delinquere, quę quędam culpa ex defectu relationis debite orta, operantem afficit, sed intrinsicè non vitiat opera, quibus (omisio relationis) duntaxat est externa, concomitans, et adventitia. Hęc omnia Augustinianè explicant uno verbo: in actibus virtutum, quę non referuntur in Deum ultimum finem, ad inveniendū virtutem operantis, non operis.

In primis fallitur Dexti, dum enunciat sua assentasse tantum majorem explicationem eorum, quę Norisius docuit: quia hęc assent esse virtutem operis, et Dexti defendit non esse virtutem operis, sed operantis. Norisius intelligit Apostoli dictum de operibus: Omne quod non est ex fide, peccatum est, et in hoc sensu citat Augustinum dicentem: Quidquid autem fit ab homine, et non propterea hoc fit, quod vera sapientia precipit, et si officio videatur bonum, ipso non recto fine peccatum est, lib. 4. cont. Jul. cap. 3. n. 24. in quo plane loquitur Augustinus de ipsis operibus in se vitiatis ex defectu relationis, quod ultra denotat dicens: Virtutes, nisi ad Deum referantur, potius esse vitia, quam virtutes... etiam sunt inflatę, et superabę. Perperam ergo suadere tentat Dexti Norisium operantem opera infidelium non esse vitia positive, sed tantum negative, et tantum esse virtutem operantis, et non operis.

Doctrina illhęc à Dexto iteratis inculcata pharissibus

179
non videtur à censura immunitus. Quia Novatores non aliud intendunt,
nisi infideles in omnium opere suo peccare, et opera infidelium non posse
fieri sine peccato, prescindendo ab eo quod peccatum sit operis, vel operan-
tis. Sic Jansenius suum errorem explicat, dicens: Dogma esse aduersum
scripturas, et communem Catholicorum sensum infideles elicere aliqua opera
sine peccato. Et propositio VIII inter 31 damnata ab Alex. sic se habet
Necesse est infidelem in omnium opere suo peccare, Quare si vera est Dex-
ti interpretatio, infideles non eliciunt aliqua opera sine peccato, et
necesse est in omnium opere suo peccare, licet opus peccatum non sit.

Lib. 4 de
stat. nat.
cap. 27.

Interdum: supposita obligatione referendi omnia opera in
Deum, actus misericordiarum, s. q. qui non refertur in Deum per actum
antecedentem, vel committentem, exit proprie melius: in primis actus
antecedens, vel imperium exit malum, quia non ordinat actum
misericordiarum ad finem debitum, ac proinde vult interpretative præ-
cepti transgressionem, et puniri potest: deinde actus misericordiarum im-
peratus exit proprie malus, quia vult sublevationem misericordiarum, pro cir-
cumstantia, pro qua est prohibita ejusmodi volitio, nempe pro cir-
cumstantia non ordinationis antecedentis, aut committentis in Deum
finem ultimum. Illud enim præceptum est virtualiter disjunctivum:
Vel non elicias actum misericordiarum, vel illum ad Deum referat, vel
virtualiter conditionatum: Si elicias actum misericordiarum, illum
ordina in Deum. Certum est, quod si prohibitio veniat ex parte
objecti, est parva volitio illius objecti: ergo velle eleemosynam dare
q.º prohibita est, est velle objectum malum, et præcepti transgre-
sionem. Quis ergo dixerit actum deliberatum cooperta obligatione
referendi illum in Deum, si libere omittatur relatio, non esse pecca-
tum?

Nec satis sibi constat, nec Novatorum opinionem consen-
taneum est, quod Dexta statuit: ipse probare consentit. Nonnulla
opera infidelium deliberata elicita sine fide, et gratia actuali non
vitia nisi nocua cupiditate, quia aliud est habere cupiditatem, et
aliud operari ex cupiditate. Ad opus moraliter bonum non requiri-
mus

mus charitatem habitualem, neque fidem perfectam; et quod plura etiam sine fide imperfecta, et gratia actuali in infidelibus opera faciamur, quae licet non sint intrinsece peccata, neque à noxia cupiditate oriuntur: quia tamen non fiunt propter Deum, non bene fiunt. 362.

Haec tamen conclusio aperte Novusio contradicit asserenti, quod homo divini gratiae auxilio destitutus semper operatur ex prava concupiscentia. Si non ei sancta delectatio inspiratur: quomodo sine delectationis dono praevaleret rationi concupiscentia cuius desiderii non obedire... absque gratia salvatoris non possumus. Ergo infidelis gratia actuali orbatu non potest non obedire concupiscentiae, quod est ex concupiscentia operari. Novusius proximis testimoniis asserit omnia opera, quae sine fide, et gratia elicuntur esse superba, et phylantia infecta: Nec ipsemet Beati huic asserto dissentit, immo illud confirmare videtur, dum Anonymum caepit, quod ignoret suam de peccatoritate operum doctrinam ex Henrico S. Rom. Eccl. Card. desumptam esse, qui pertractans de virtutibus infidelium in iudici cap. 3 S. 4 ait: Illud autem Augustini pronuntiatum, nempe virtutem, cum ob sui honestatem appetitur esse superbiam, ac phylantia vitia. Et tom. 3 de theol. discip. lib. 18 cap. 3 fol. 396 sic scribit: Quodcumque opus sine gratia patratum, non solum per Augustinum, nullo modo habet soliditatem doctrinae, sed etiam habet inflationem superbi, exitiosumque tumorem: quae autem opus inflatum, ac tumidum dixerit undequaque bonum? Sic Beati: sed potius dixerit: Quis opus inflatum, et superbum non dixerit tuum? Non dixerit à concupiscentia provenire? Scimus aliud esse habere cupiditatem, et aliud ex cupiditate operari; at cum Beati asserat: Ex cupiditate operari qui eleemosynam elargitur ob inanem gloriam, tenetur consequenter asserere opera, quae non referuntur in Deum, non tantum esse vitium operantis, sed etiam operis vitium.

Haec cum ita sint otiosum exit tempus contedere in impugnatione eorum, quae ingeniose concepit, ut probet omissionem

sionem relationis in Deum concomitantem se habere, accidentariam, et
 adventitiam esse respectu operis, nec influere in opus, dum operans ne-
 que omissionem intendit, nec ea ad operandum movetur: alia enim
 462. procedit via, dicens: Concedimus virtutes esse inflatas, et superbas, si
referantur ad se ipsas, scilicet, si conferantur, et appetantur animo de-
coris continentis, et probitatis, quoniam sic humanis gloriis deserviunt,
sed nego referri ad se ipsas, si fiant propter ingenitam rationem
honestatis: quoniam haec ratio, cum sit una, summa, et immutabi-
lis, ipse Deus est intimè nobis praesens, non quidem, ut speciale ob-
jectum; sed ut univèrsalis regula veritatis. Dico opera huiusmodi
regulæ consentanea, et si in Deum non referantur explicitè... referri
implicitè; non quod intrinseca bonitas honestorum operum se ipsa
referatur in summum bonum, id enim naturale est, et necessarium,
non liberum, et morale; sed quia intentione animi opera illa fiunt
ob intimam regulam honestatis, quæ implicitè est ipse Deus; atque
hoc arbitror sufficere ad opus bonum morale ordinis naturalis: quia
ne sit vitii labes sufficit univèrsalitas legi naturaliter nobis inditæ.

Inis hæc cum audiat non illico insurget, nos per
 aperiissimam imposturam incusare Deum, quasi cum Probo
 sustineat. Omnia opera infidelium esse peccata. Ipse enim in su-
 perioribus diserte docet: Nonnulla infidelium opera non esse in-
trinsece mala. Non derivare à nociva cupiditate, esse laudabilia.
habere honestatis decorem, esse referabilia in Deum. Ad opus mora-
liter bonum non requiri fidem, neque imperfectam, neque gratiam
actualem, sed sufficere quod operentur conformiter legi naturæ:
Ne sit vitii labes, sufficit univèrsalitas legi naturæ.

Hæc tamen omnia, tam pulchrè repetita, et quidem
 vana, tanquam imaginariæ virtutes, et aëreæ phrasæ reputanda
 sunt, uniceque sistunt in mentis speculatione: quis auctor? ipse
 Tom. 3. lib. 18 met Beati immediate subdens: Hæc tamen cum speculative vera
 462. sunt, permixtis Augustinianis doctrinæ præceptionibus, practicè lo-
 quendo affamo: Nunquam hominem lapsum agere convertendo

se ad illam intimam legem absque cupiditate, et phylantia, ideoque quodlibet opus bonum fieri ex speciali gratia. Subt ergo Beati hominem, practice loquendo, nunquam operari sine speciali gratia contra iuxta legi naturae, quod ex Augustino confirmat, dicens: Nisi ei sancta delectatio inspiraretur, non possumus desideriis carnis non obedire, Cum ergo controversia sit de operum praxi, frustra laborat Beati operose ingeminans argumenta, ut suadeat, infideles intereum elicere opera bona speculative considerata. Nisi adit charitas, aut, per quam opus referatur in Deum in praxi operans propter equitatem, cuius idem habet ingenitam, sed aut sibi placens, aut fructus bonis commutabilibus, et ideo opus erit praxum, et peccatum. Hinc demonstratur Beati sententiam syncera, et sine furo probatam esse Omnia opera deliberata infidelium reuera, et practice loquendo, secundum se inspecta, prava, et peccata esse, licet precise, abstracte, et speculative considerata, contemplari possint nullo peccato infidelium.

Uterum mobilitatis arguitur Beati; docet enim idem esse virtutes ad seipsas referri, ac exerceri propter ipsarum decorem, et honestatem. Ullae etiam virtutes, quae ad seipsas referuntur, nimirum appetuntur, atque exercentur propter ipsarum decorem, et honestatem, Et simul negat referri ad seipsas, dum exercentur propter ipsarum honestatem. Sed neque referri ad seipsas, si fiant propter ingenitam rationem honestatis, et ultra asserit Concedimus virtutes esse inflatas, et superbas, si referantur ad seipsas. Gestit praeterea statuere cum Augustino infideles sine fide, et gratia vivo, aut ratio elicere opus moraliter bonum; et sic scribit: Quamquam hoc postremum, per ratio, et fere nunquam contingat, ut in praxi, sine gratiae adiutorio fiat aliquod bonum opus ratione officii, et finis proximi, in quo non sit humanae gloriae, et cupiditatis subigo. At qua fide potes id cum Augustino fateari, qui constantiter asserit; non vivo, aut ratio, sed nunquam, practice loquendo, infideles opus moraliter bonum operari. Nunquam hominem lapsum sine gratiae dono operari,

878
nisi concupiscentiæ obtemperando: Nisi ei sancta delectatio inſpiretur,
non possumus desideriis carnis non obedire.

Passag. 2.^o

Effugia pro Noſiſio meditata inſequuntur.

Quamvis cordato viro ex deliberatis satis, superaque
ſit evictum revera Noſiſium, et Bextum cum Bajo propugnare om-
nia opera infidelium esse peccata: pluribus tamen suadere conatur Ber-
ti Emin. ſcriptorem à Bajo, et Jansenio discrepare. 1.^o Inia ipse cum
Noſiſio admittit in infidelibus opera bona ex officio, et ex objecto, li-
cet peccent infideles in omissione relationis.

Profecto asserit Berti, quod Calvinus, Puceanus,
Chamæus profiterentur, ut constat ex eorum testimoniis supra induc-
tis. Neque Bajus, at Jansenius opera bona ex officio, et ex objecto
infidelibus denegaverunt: sic loquitur Jansenius (Duo possunt expecta-
ri in virtute officium, quod fit, et finis propter quem fit: si officium
nudè consideretur, nullum inconveniens est gentilibus Philosophis
vitæ bonæ præcepta observata esse; sed illa officia, nisi propter illum
finem fiant, propter quem facienda esse, vera sapientia præcipit, quam-
vis opera, quæ sunt bona videantur, ipso non recto fine peccata sunt,
Theologis comperitur est quod omnis actus cujuscumque virtutis rea-
litur in virtum, si sine pravo inficitur. Si tamen velit Berti vir-
tutis officium præcisivè, abstractè, et speculativè meditari, in hoc
sensu, opus etiam positivè practice pravam, et intinsecè peccatum
dici poterit bonum ex officio, quia præcisivè à malitia quæ turpa-
tur bonum apparet. Inane tantum concedit Berti bonitatem præ-
cisivam, et abstractam, quod minime sufficiens est ad vitandam
censuram.

Causat 2.^o Bajum fuisse damnatum: quia in hac pro-
positione (Omnia opera infidelium sunt peccata), comprehendat
etiam actus indeliberatos, quod aperte Noſis negat: asserit enim ap-
petitum innatum, quo infideles suam appetunt felicitatem, esse
bonum

bonum: Homo sine gratia, ait, appetitu innato amat suum bonum, nemo quidem est, qui non velit esse beatus. Addit præterea Noisius opera indeliberata, quæ à Deo infidelibus inspirantur, ipsis nescientibus, bona esse. Unde opera, quæ ipsi faciunt semper sunt peccata, nisi aliquando Deus quosdam bonos actus, ipsis nescientibus, in eorumdem voluntatibus operatur, Col. 1008 lit. D.

Resp. de actibus indeliberatis, quis disputat? Appetitum innatum beatitudinis bonum esse, quis ibit inficiat? Actus illi, qui à Deo inspirantur, ipsis nescientibus, sunt illi actus, qui à Deo fiunt in nobis sine nobis, in quibus actualis gratia excitans sita est: quis dicat malos esse actus, qui à solo Deo sine nobis liberi operantibus inspirantur, cum potius sint illuminationes, et sanctæ inspirationes divinæ misericordiæ: At quo pacto, ne qua fronte dicam, dum agitur de actibus infidelium, in medio producuntur actus, qui opera infidelium non sunt, neque jure possunt inter actus humanos numerari? quo jure dum de bonitate morali controversatur inducitur Berti actus illos, qui etiam juxta ipsum omnium bonitate morali exbati sunt? (Morale enim dicitur opus in quantum deliberatione, et libertate fit, Tom. 3 Theol. dicit. lib. 18 cap. 3 fol. 327.

Non ignorabat Baius questionem esse de actibus deliberatis, qui solum dici possunt opera infidelium; non de iis, qui indeliberati sunt, qui quidem cum non sint actus humani neque liberi, ipsis imputari non valent. Deum est Baium ex alio principio intulisse prava desideria, quæ homo patitur invidus esse transgressionem legis non concupisces; nemo tamen nescit propositionem 26 damnatam esse, ut distinctam ab aliis, in quibus agitur de actibus indeliberatis: et citra questionem est Baii discipulos, Janzenium, et Guisnellum asserentes omnia opera infidelium deliberata esse peccata, fuisse Apostolicis constitutionibus damnatos. Ergo non proprie existimandus est immunis à censura, qui admittit in infidelibus actus indeliberatos bonos

Insistit: Noisium concedere infidelibus bona opera auxiliis divinæ gratiæ elicita, cum Baius non admitteret aliud principium bonorum operum, nisi gratiam justificantem. Resp. 1 Noisium

173
concedere infidelibus actus bonos, qui non sunt illorum opera, sed à Deo
in illis sine illis operati. 2.º si velis de actibus ab infidelibus elicitis, ques-
tio non est de actibus divinis gratiæ subsidio, sed de illis, qui sine fide, et
gratia eliciuntur, ut saepe ostensum est. 3.º Inia omnino falsum est, quod
Bajus non admittet aliud bonorum operum principium, præter gra-
tiam sanctificantem, potius contrarium innuereis testimoniis ab
ipso demonstrata, ut late ostendimus. Correat Baji discipulos ad-
mittere opera à peccato libera, ante gratiam justificantem elicita, nec
unquam Bajanum somnareunt denegare hominibus divini gratiæ
auxilio præmunitis potestatem efficiendi bona opera. 4.º Inia vel in-
fideles, qui divini gratiæ auxilio operantur, acceperunt inter divini gra-
tiæ subsidia fidei donum, vel non? Si fidem acceperunt, eorum opera
jam non sunt opera infidelium. Si non acceperunt donum fidei, illo-
rum opera non poterunt per fidem referri in Deum ultimum finem:
quod sufficit juxta Novissimum, ut opera sint prava, et tumore nostro
deturpata.

Reponit: Hæc propositio (Omnia opera infidelium sunt
peccata, non est damnata absolute, sed tantum respectivè ad proposit.
35. nimirum: (Omne quod agit peccator, vel servus peccati, peccatum est)
quæ tantum damnata, ut derivata ex proposit. 35, quæ est hæretica,
et damnata in Trident. Ses. 6 Can. 7. videlicet omnia opera peccatoris
sunt peccata.

Hoc tamen effugium prolixiorum videbitur, reliquis
Grammaticis: quia taximus respectivè in fine Bullæ appositus, denotat
tantum, juxta Theologorum intelligentiam, non omnes censuras, collecti-
vè sumptas afficere singulas propositiones damnatas, ita ut quilibet
earum sit simul scandalosa, temeraria, erronea, et hæretica, sed res-
pectivè, id est, quod nulla sit propositio confessa in Bulla, cui non
competat aliqua ex adjunctis in Bulla censuris: itaque hæc respectivè
Respectum inducit inter propositiones, et censuras, non inter ipsas
propositiones, ut gratis Novissimus meditatur.

Et quidem semel admessa hac interpretatione, omnino
Apostolicè

apostolicè iudificari poterunt, dicendo, nūquā, non damnari in Bullis propositiones iuxta nativum, et proprium, quem representant sensum, sed iuxta alterum, quem derivat ab alia propositione. Deinde, si propositio 25 Bajii omnia opera infidelium sunt peccata, et iuxta Noisii non tantum vera, et Augustiniana, verum etiam catholica, et definita: Et quid inter damnatas censuræ subiecta? cum planè sufficeret alteram, quæ expressam hæresim continet, recenseri, et proscribi. Accedit, quod Bajus in sua Apologia firmata, et absolute negans esse suam propositionem asserentem: (Omnia opera peccatoris sunt peccata). Si exop diversi Authores sunt propositiones 25, et 26 quo iuxta inferri poterit sensus unus propositionis, ex alterius sensu?

Suam conclusionem abjectis laevis firmare laborat Noisius dicens: Voluntas infidelis est arbor mala, quæ non potest facere nisi fructus malos. Hoc Dexteri probat sic scribens: In Augustiniana schola non dantur virtutes steriles, et infertiles: quia non est virtus, quidquid non recto fine peragitur, et non peragitur recto fine, quidquid non fit propter Deum: ad hoc autem, ut aliquid fiat propter Deum opus est amor Dei, sine quo nemo bene virtus creaturis.

Resp. in superioribus constat Augustinum, et D. Thomam e diametro adversari Noisii sententiæ. Dicimus: hominum recto fine operari, dum propter intinsecam virtutis honestatem operantur. Ostendimus sine amore Dei posse hominem bene uti creaturis; licet non possit sine gratia bene uti creaturis, bonitate ad salutem conferente. Quare in proximo asserto non leviter Bajii error indicatur: quia semper eo tendunt Bajani, et Jansenists, ut suadeant Augustinum docere, opera sterilia (id est, non meritória, sine gratia elicita) non posse dici bona, sed tantum prava, et esse peccata. Catholicum nemo dixit, opera naturalia esse meritória, no tamen propterea demeritoria sunt, et peccata. Nullum opus moralitè bonum

278
ordinis naturalis valet esse meritum, aut positiva dispositio ad salutem, nec in eo invenitur ulla proportio cum merito, sive condigno, sive congruo; nusquam tamen docuit Augustinus ejusmodi opera, quae sterilia sunt ad salutem, esse demeritoria, et peccata, seu dari preceptum nunquam sterilitate operandi. Dum Norisius proponit textum Matthaei *Non potest arbor mala bonos fructus facere*, nil probat, quia ibi sermo est de fide, et doctrina. Agit enim Christus de veris, et de falsis Prophetis: bona arbor est sana doctrina, arbor mala est doctrina falsa, et haeretica, ut bona operatur fructus bonos, ut mala operatur fructus malos; cum tamen infidelis voluntas arbor libera sit, et sua natura bona, operari potest, non ut mala: nisi velit Norisius, et Dexti, ex Matthaei textu inferre, quod sicut infidelis non potest bene operari, ita nec justus potest operari male, quod haereticos manifeste arguitur.

Bajus nullum aliud principium ex quo omnia possint actus creaturae rationalis agnoscit praeter cupiditatem, et charitatem, et consequenter nullum admittit medium inter opera, quae ex charitate promanant, aut profluunt ex nociva cupiditate, inde affirmat esse peccata omnia opera deliberata, quae ex charitate non procedunt, ut potest ex prava cupiditate suborta: sic Propos. 38 *Omnis amor creaturae rationalis, aut vitiosa est cupiditas, qua mundus diligitur, et à Joanne prohibetur, aut laudabilis illa charitas, qua per spiritum sanctum diffusa in cordibus nostris Deus amatur.*

Contendit Dexti in hac propositione loqui Bajum de charitate habituali, et de cupiditate habituali, et dominanti, ut inde impune asserat, non damnari, qui affirmant nullum dari medium inter charitatem actualem, et cupiditatem actualem, ac proinde omnes actus creaturae rationalis procedere, vel à charitate, vel à cupiditate. Atamen si propos. 38 Baji sumatur in proprio, et riguroso sensu ab assertore intento, accipienda est, non de charitate, et cupiditate habitualibus, sed de charitate actualem, et de cupiditate actualem. Ratio est 4. Quia Bajus nomine charitatis actum intelligit, et non habitum: sic enim charitatem definiunt *Ipse animi motus*

motus, quo Deum diligimus, et proximum, qui accidens est, et qualitas, de quo dicitur: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. 2. Quia ipsemet Bajus dubitat: Utrum detur propter charitatem actualem alia charitas, quae habitualis sit: sic ait: (An vero propter hunc animi motum, qui charitas dicitur, alia quaedam habitualis, atque accidentalis qualitas, quae etiam charitas nuncupetur, non magno opere contendendum est. Tandem quia Bajus loquitur de cupiditate, quae à Joanne prohibetur, et quidem non prohibetur habitus, sed actus, à cupiditate procedentes: ut enim dicit D. Thom. Praecepta non dantur de habitibus, sed de actibus, Ergo in sensu Baji non potest intelligi propter 38 de charitate, et cupiditate habitualibus, sed de actibus ab illa procedentibus. Vide quae late diximus. 2. 2. q. 34. art. 4 ad 1.

11 Beati: postquam variis inducit sensus ejusdem propositionis concludit (Opera, quae non fiunt ex charitate actuali, saltem imperfecta, per quam referantur in Deum rationalis creaturae, ultimum finem, non sunt undique bona, quod significat, ut supra ostendimus ejusmodi opera non esse intrinsece prava, esse virtutem operantis non operis; nunc vero docet esse pravam, et peccatum opus, quod à charitate non procedit: Adde quod nisi charitas adsit, per quam referatur in Deum... opus exit pravam, et peccatum) Et rationem exhibens, ait: (Quoniam sine delectationis dono pro, 30 valet ratio concupiscentia, cujus desideris, non obedire non possumus, sine gratia salvatoris; Ergo practice loquendo non admittit medium inter opera, quae à charitate, aut à nociva cupiditate promanant.

Idem principium admittit Bellinus, et juxta ipsum, omnis actio creaturae rationalis, quae servit in fine proximo, et ulterius non refertur in Deum ex charitate, à prava cupiditate procedit. Sic de stat. creat. rat. lib. 4 cap. 18 scribit: (Nullus profecto deliberatus animi motus supernaturalis inrequietus, et sine fine esse potest: ergo aut in creatore, aut in creatura finem

ultimum sibi proutitur, quod si in creatore est Charitas, si in crea-
tura est cupiditas, et prosequitur: Remanet constitutum contra que-
rundam Theologorum falsa commenta, in Augustini principiis
indubitanter asserendum esse teneam nos naturali, et eterna, et po-
sitiva lege... omnes actiones deliberatas in ipsum referre tanquam
in ultimum finem, ne si non referamus, aut aliis creatis rebus, aut
nobis ipsis peavere sui contingat, hęc glossa non egent, et aperte
fuerit principium statuens, omnia, quę non procedunt à fide et
charitate, ex noxia cupiditate provenire.

Id iteum confirmat explicans propos. 8 ab ¹¹⁷⁰ Ales.
VIII damnatam, ubi sic ait: Quę mundi dilectio non semper est illa
mala concupiscentia carnis, cum sepe diligatur mundus, et ordina-
te diligatur, scilicet, non propter se, sed propter eum, qui fecit illum,
exop. juxta Bellel. si mundus non diligatur propter Deum, dilectio
mundi inordinata est, et à prava concupiscentia proficitur: quę
quidem est propos. 7 ab eodem ¹¹⁷⁰ Ales. confirmata: Omnis humana actio
deliberata est Dei dilectio, vel mundi, si Dei charitas Patris est, si mun-
di concupiscentia carnis, hoc est, mala est, quę continet proposit. 38
Baji, et 44 Inesnulli.

Invocat pro corone Lovanienses, sequi jactat cum
illis, et veris Augustinensibus defendere, teneam nos singula opera
nostra referre in Deum, vel actualiter, vel virtualiter. Contra tamen 30
stat judicium Card. de Aquinæ, cui omnino standum. (Sicunque,
ait, ex Recentioribus in Belgio, aut forte usquam alibi exiunt
omnino relationem, aut actualem, aut virtuale, contrapositam ha-
bituali, et implicite, inducunt certe obligationem, quinque, ut miru-
m seculis toti Ecclesię ignotam, idque in se gravissima, et non
ad unum, aliudve sensu actionum expectantem, sed generatim
transcendentem omne exercitium liberam voluntatis humanę. Quis
autem credat Deum piissimum, et amantissimum Ecclesię suę sin-
gulis hiis seculis predictę vias doctissimis, et sapientissimis doctri-
nam adeo salutarem invidisse, aut noluisse manifestam fore, nisi
Hæresiacis

Agriaxchis precedentis seculi, et postea Michæli Bayo, et Jansenio, atq[ue] eorum traditione paucis quibusdam; Et postquam Sap. Caad. statuit omnes actus deliberatos virtutum moralium elicitos propter ipsorum propriam honestatem esse innocuos, et moralitè bonos, quamvis non impendantur ab ullo actu charitatis, aut ex aliquo ejus infusioe actuali, aut virtuali subdit: Uta omnes scholastici cum D. Thom. et Bonaventura.

Quantum ad Soranienses spectat, forte ignoravit Beati ipsorum deputatos Romæ à Congregatione S^{ti} Officii abstinere fuisse proficere ad ea opera moralitè bona absque relatione in Deum ex charitatis motivo: ipsisque nuntiatum fuisse nisi in hoc syncece convenirent, suæ scholæ sententiam damnandam fore. Steyaxat Tom. 4 part. 2 disp. 31 Et quidem si Soraniensium judicium spectetur, hoc manifestè adversus Deum pugnat: constat enim in explicatione à veneranda facultate S. Theologiz jussu illust. episc. Beccellensis App. Nuntii edita anno 1585 quæ extat in editione operum Baji part. 2 pag. 161 Et in opere sac. facultatis Duacensis, cui titulus est, Veritas, et æquitas censuræ, ad calcem, qua Bajanum errores vellicantur presentim 25, 27, 28, 29, 33, 34, 35, 39, 57, 62, qui circa presentem controversiam versantur, ubi sic suam sententiam tandem exposuerunt.

Sive in hominibus fidelibus, sive in infidelibus multa quippe sunt, quæ ad humanos usus deserviunt, vel ad excollendos, ornandosque vitæ mores laudabiliter, vel ad constituendas respublicas industriè, prudenterque ex primis hominis reliquiis protulit. Remanet in hujusmodi hominum pectoribus, præter judicium de multis vitæ officiis incorruptum, etiam amor naturalis recti, et honesti, qui de naturæ viribus, non penitus depravatis viribus exoritur. Nec is amor caritatis rationalis est sicut eruntiatua; est indubie mediüs quidam amor, quem naturæ auctor inseruit, quo non modo beatitudinum omnes exoptamus, sed ut parentes, et amicos, liberosque irreprensibilitè, ipsaq[ue] natura impellente diligimus; qui et si longe abest ab excellentia charitatis; tamen neque ita degenerat, ut vitiosa debeat cupiditas existimari. Utis quidem, et plurimis supra hac se libenter præcarnis, Novisii, Beati Belli hand secus ac Baji, et Jansenii sensa omnino deturbantur.

Caput 3.

De Fide, spe, et timore.

Præmittuntur aliqua

Parag. 1^o.

Lib. 3 de nat.
lap. Cap. 22.

Duo fontes unde omnes creaturæ rationalis actiones sub-
 oriuntur sunt juxta Cajum, et Janseñum Charitas, et cupiditas. Quod
 non nisi duplex dilectio sit, vel possit esse Dei, et mundi, Creatoris, et crea-
 turæ, ex quibus omnis actio humana proficiat, à nobis autem dilectio
 Dei esse non potest, hæc à Deo est; dilectio autem creaturæ à nobis fluat,
 et Diabolo. Hæc culpabilis cupiditas omnia peccata operatur, neque quid-
 quam operatur nisi malum. Sic Janseñus: consequenter docet: unicam
 gratiam, quæ in natura lapsa ministratur esse Charitatem. Charitatem,
 qua fiat, ut diligamus Deum esse veram, et unicam gratiam adjutrici
 medicinalis Christi: hanc igitur gratiam esse inspirationem amoris
 Dei, ex diversis Augustini principiis colligi potest, et evidenter ostendi...
 gratiam Christi esse propriè inspirationem Charitatis, Tom. 3 lib. 5 de
 grat. Charit. num. 1, et Cap. 2.

Consequenter sustinet Virtutem creaturæ rationalis non
 esse proæus aliam, quam amorem Dei. Virtus non est aliud nisi amor
 Dei, ibid. cap. 3. Ea propter non arumerit inter gratias inspirationes
 timoris salvatoris, poenarum inferni, neque amorem concupiscen-
 tiæ erga Deum, neque inspirationem justitiæ creatæ, neque alios pi-
 etatis actus à vera Charitate distinctos. Ne vero à peccatore elimi-
 net fidem, et spem, asserit: justum, qui peccatum amissit gra-
 tiam retenta fide, et spe, non amittere Charitatem, sed tantum
 deperdere illos gradus, qui Charitatem facièbant dominantem: qua-
 re peccatores, aut, non carent Charitate imperfecta quantumlibet
 fuerint peccatis mancipati: nam hoc ipso, quod adhuc pecca-
 nent fideles, non possunt non habere illum affectum veræ pietatis,
 et dilectionis, ex qua credunt Deo, ex qua sperant beatitudinẽ,
 ex qua

ex qua orant pro impetranda perfecta charitate, quamvis Deum non diligant, ita ut eum terrens omnibus delectationibus praeferant, lib. 5 de grat. primi hom. cap. 9

Jansenio adhaerere videntur Novissus, et Beati: quia ex una parte docent nullum bonum opus posse fieri sine gratia, et ex altera statuunt omnem gratiam esse charitatem: unde sic acquiritur. Peate nullum ^{opus} bonum opus potest fieri sine gratia: peate omnis gratia est charitas: ergo nullum opus bonum potest fieri sine charitate. Gratiam definit Beati per charitatem: Gratia est tom. 3 lib. 14 cap. 7, et 8. inspiratio sanctae dilectionis... est inspiratio charitatis; Bellellius De stat. causat. lib. 1 cap. 14. sic: Ostenditur gratiam praevenerentem omnia opera nostra bona, non esse nisi charitatem. Ex quo plane ostenditur non agnosceret aliud bonorum operum principium nisi charitatem.

Beati respondet: se nomine charitatis non intelligere charitatem proprie talem, sed omnem amorem boni, et quamlibet bonam voluntatem, amorem virtutis, dilectionem justitiae, et primum animi motum, atque delectationem auxiliatorem: et Bellellium nomine charitatis non significare charitatem explicitam, et perfectissimam, sed tantum devotam bonam voluntatem, et gratiam auxiliantem. Atque tamen evasio insufficientis ostenditur. Quia simul docent praesudati Augustinenses quod omnis amor boni, aut bona voluntas, quae non refertur in Deum, practice loquendo, virtuosa est: ergo ne peccata sint ejusmodi boni voluntates, debet Deus simul cum illis inspirare, saltem aliquam amoris scintillam, aut flammulam, ut in Deum referri possint.

Contra 2. Quia licet Bellelli non requirat charitatem explicitam, et perfectissimam, qua praedicti actus in Deum referantur, requirit tamen, non utcumque bonam voluntatem, aut amorem boni; sed amorem benevolentiae, et dilectionem Dei propter se, quae diffunditur in cordibus nostris per spiritum Sanctum, si ne quo, ait, perversam fore animi preparationem. Nullo igitur De stat. causat. lib. 1 cap. 8. jure, ait, a supernaturali libera, et non perversa animi preparatione,

omnis, et utcumque exiguus calor divellitur, et ibidem subdit: non
requirit perfectissimam, et sanctificantem charitatem, sed charita-
tem actualem consistentem. (In quibusdam inceptis charitatis flammis,
atque seminibus). Requirit ergo saltem, ne opera prava, et perversa
sint, inceptam charitatem, quod videtur oppositum Tridentino, docen-
ti non incipere charitatem nisi presuppositis aliis virtutum acti-
bus. (Disponuntur autem ad ipsam justitiam, dum excitati divina
gratia, et adjuti fidem ex auditu concipientes, libere moventur in
Deum caedentes vera esse, quae divinitus revelata, et promissa sunt.
à divinae justitiae timore, quo utilitatem concutiuntur, ad consideran-
dam Dei misericordiam se convertendo, in spem exiunguntur, fidentes
Deum propter charitatem sibi propitium fore: illam tanquam om-
nis justitiae fontem diligere incipiunt.

Sequitur juxta Tridentinum actus fidei, spei, timo-
ris, qui regulariter justificationem praecedunt, antecedere initium
charitatis: ergo non procedunt à charitate, ut per se notum est,
si enim procederent à charitate incepta, non possunt ad charita-
tem inceptam presupponi, et eandem antecedere. Bajani quidem,
ne aperte impietate bellum Tridentino inferant asserentes ejus-
modi actus fidei, spei, et timoris disponentes ad justificationem esse
peccata, dicere coguntur, ex charitate promanare, et Beati, Bel-
lelliique qui non aliam gratiam agnoscunt praeter charitatem,
nesciantur praedictos actus à noxia cupiditate profluere, fateari
tenentur ex charitate provenire; sic Bellellius (Pro fit, ut nec
ipsa actualis fides, et spes, ipseque timor, qui justificationem praee-
dit, tanquam spiritus S. donum esse quiant, sine aliqua actuali
dilectione, et charitate, quae omnia in debitum finem dirigat) de stat.
creat. xat. lib. 1. cap. 14.

Isdem subnixi principis de concupiscentia erga
Deum discutunt cum Bayo. resp. claxii: nimirum peccare ho-
mines, quoties respiciunt suum proprium commodum, nisi illud
in supremam Numini gloriam referant, aut si talis actus ex motivo,
benivolentia,

benevolentis erga summum bonum non vitatur. *Amor concupis Lib. 3 de stat. nat. 1 ap. cap.*
 centis vitiosus est, ait Janſenius: cui opponitur Caiſent. dicens: Si quis dixerit iustificatum peccare, dum intuitu gratiæ mercedis bene operatur: anathema sit. Sec. 6. Can. 31. Definuit ergo Concilium non peccare hominem, qui ex motivo propriæ beatitudinis, quin ex superioris benevolentis motivo, operatur: et damnat sui sæculi errorem aſſerentem esse peccatum operari intuitu propriæ mercedis, et propter proprium commodum.

Alex. VIII damnavit hanc inter 31 propos. 10 *Intentio*, qua quis delectatur malum, et prosequitur bonum, in eo ut celestem gloriam obtineat, non est recta, nec Deo placens, Ergo qui asserunt non sufficere operari unice intuitu propriæ mercedis, sed requiri ne intentio inordinata et turpis sit, quod operetur ex motivo charitatis constitutum Alexandrinis refragatur. An Beati, Norisius, et Bellellius inter refractarios annumerari possint, alii ex superioribus iudicent. Tenemus quidem Deum amare amore benevolentis, nec sufficit Deum amare amore spei, quem Theologi vocant amorem concupiscentis; Atamen non tenemus semper, et in singulis actibus nostris puro benevolentis amore summum bonum diligere, et contra Concilii definitionem reputata asserere, teneamus nos omnia nostra opera ex amore benevolentis in Deum referre.

Innoc. XII anno 1699 damnavit 23 propos. ex libro, cui titulus est *Explication des maximes des Saints*, definiens motivum proprii commodi non esse incompatible cum statu perfectionis, et quod huic statui non opponitur operari ex motivo fidei, spei, et timoris. Vide prop. 1, 2, 4, 5, 6, et 23. Ex quibus sequitur opus factum etiam ex motivo proprii commodi absque altero charitatis motivo compatibile esse cum statu perfectionis, ac proinde non esse peccatum. Verum est huiusmodi actus esse minus perfecti, quam qui ex puro Dei amore procedunt; Nilominus est certum illud motivum minus perfectum interdum peccabile nobis est, tum ad bellandum contra suggestiones,

et ad excitandum animū fervorem, quo etiam viū sanctissimū non
semel usi sunt: ex his liquido constat quam turpis sit exorta eo-
rum, qui asserunt omnes etiam levissimū motus animū, qui
ex charitatis motivo non emanat peccato reperiū infectos.

De timore servili Parag. 2.^s

De timore consequenter asserimus esse bonum, et
nullo vitio turpatum, sicuti de spe parū juae statuimus. Si
enim absque peccato potest homo, unice ex motivo propriū mer-
cedis, operari, ut decernit Alex. VIII, poteat etiam homo bene
operari ductus unice ex motivo vitandi eternum supplicium:
quia sicut eterna beatitudo est nobis supremum bonum, ita
nobis est summum malum eternum supplicium.

Beati vero et Bellelli etiam consequenter pro-
cedunt asserentes, quod si timor non referatur in Deum ex
aliqua charitate timentis vitium est, quemadmodum absolute
docent, omnia opera, quae non referantur in Deum, quamvis
in se bona sint, ex defectu relationis in Deum esse vitium ope-
rantis, non operis. Hec tamen cogitatio supra satis rejecta, vel
ex eo respicienda venit: quia Jansenius, et Juesnellus, conceptis
verbis eadem adversus Apostolicas Constitutiones perminun-
tia: dicentes nimirum, timorem in se bonum esse, esse tamen
culpam timentis. Sic Jansen. Nihil enim includit, vel objectum
ejus proprium, vel ulla circumstantia, quae vitium implicet, vel
repugnet rationi, sed potius multum congruit cum poena, sua,
odioque digna sit... qua propter si quis in fugienda poena, ve-
lut in termino haereat, non illa timoris, sed timentis culpa est.
Cui consonat Juesnellus prop. 62 ubi significat non esse cul-
pam in timore, sed in corde timentis. Illud committit in cor-
de

Lib. 5 de
grat. salv.
Cap. 13.

de suo, et jam est reus coram domino.

Bellelli aperte docet timorem fore primum, et peccatum nisi ex aliqua charitate ortum ducat, hoc practice loquendo; quamvis sub aliqua perceptione speculativa timor secundum se, et ex objecto materiali appareat bonus. sic ait. In quocumque speculativa perceptione fiat, in praxi tamen supernaturalis gehennæ timor, qui certe reclus, et ordinatus est, ab inchoato, et virtuali saltem amore justitiæ, ut Augustinus loquitur, subolescit. Amore justitiæ denotat Bellelli charitatem. Quantum attinet, aut, ad significationem hujus nominis dilectio justitiæ. Augustinus nihil aliud significare, quam charitatem, quod etiam annotavit Jansenius dicens: Est enim illa ipsa justitia, non qualitas temporanea humanorum animorum, sed sempiterna, vivens, Deus verus, et veritas, quæ secundum catholicam fidem ab Apostolo explicatam, nullo pacto, nisi diffusa per Spiritum S. in cordibus nostris charitate diligi potest, lib. 5 de opat. Chris.

Beati vero, qui supra dicit Nisi adsit charitas per quam opus bonum referatur in Deum opus exit primum, et peccatum, tenetur fateari, charitatem antecedere timorem, ne iste tuaxis sit, quod ut suadeat, hoc nullius ponderis utitur ratiocinio. Hinc timor, ut liquet, inspiratio bonæ voluntatis, et sanctæ dilectionis præcessit, quisquis enim bene timet bonam voluntatem habere. necesse est, et quoniam timor supernaturalis referatur in Deum, eumque respicit, ut judicem justum, et rectum, nec aliud est pondus, quo referatur animus, nisi amor, timor sanctus non sine aliquo amore excitatur, His plane confirmat Beati se in natura lapsa non agnosceat aliam gratiam præter inspirationem charitatis, nullamque reperiri animi tendentiam exa Deum, quæ charitas non sit, aut charitatem præsupponat, quare ut amoris pondus, etiam in fide statuatur, citat D. Thomam dicentem: Fides, quæ est donum gratiæ, inclinatur hominem ad credendum, secundum aliquem affectum boni, etiam si sit imperfectus, 2. 2. q. 5 art. 2 ad 2.

Hæc tamen nihil probant: verum est, quod fides cum

225
sit actus liber, et meritoius est motus voluntatis exa Deum, ut do-
cet Cuident. liberè movemur in Deum, attamen D. Thom. non loquitur
ibi de motu charitatis, sed de motu, et tendentia in Deum, ut sum-
mam veritatem, quæ nos ad credendum ducit, quidquid Ecclesiæ suæ
revelavit; non tamen est motus, qui nos ducit ad amandum Deum
propterea suam bonitatem quoniam bonus. Hi motus sunt quidem
diversi: Nam motus, qui nos ducit per se ad amandum præsuppo-
nit fidem, similiter timorem debet præcedere bona voluntas, id est,
inspiratio ad voluntatem spectans. Hæc tamen bona voluntas fu-
gam inspirat à supplicio æterno, ac proinde timor gehennæ præ-
supponit amorem proprium ex illo que procedit; non vero præsuppo-
nit amorem Dei propterea ipsum, aut amorem charitatis; adversa-
rii vero contra suadere tentant omnem omnium bonam
voluntatem esse charitatem, quod supra falsum
esse probavimus, ne plus interium
dicam.

Quum timor seculis sit peccatum?

Non est questio de timore filiali, quo quis gehennam timet ex motivo charitatis, quatenus ipsum privare potest Deo, quem super omnia diligit. Nec procedit questio de timore seculiter seculi, quo quis nimirum eternum supplicium timet conscientie suae reatu peccantis, retinens peccandi voluntatem, ita ut peccaret, si posset impune. Est ergo controversia de timore simpliciter seculi, quo quis ita eternam poenam respiciendo, ut propter illam vitandam abstinere a peccato, et dicitur seculis, quia neque ex motivo charitatis oritur, neque charitati copulatur.

De hoc timore seculi docuit Lutherus semper esse peccatum: Quo magis timore poenae, et dolore damni conturbatus, eo magis peccat, et afficiuntur suis peccatis, *Scam. de poenit.* Et a secul. 6. cont. Bullam Leonis X ait (Contitutio, quae paratur pro amissionem eternae beatitudinis, ac acquisitionem eternae damnationis: hae contitutio facit hominem hypocritam, imo magis peccatorem, Calvinus suffragatur dicens: (Deo non placet nisi obedientia filialis... ita ad eandem divergi conceptiones animi, ne sint pravae, et conturbatae, lib. 1. instit. cap. 16 Jansen. addit: Impossibile est ut ille, qui in peccandi proposito constitutus est, sola poenae formidine, ita mutet voluntatem, peccatumve detestetur, ut non peccet, timor enim continet manum, sed non animum, lib. 5 de grat. cap. 27, 30, 33.

Jam praedem Catholici DD. Charitatis gratia, distinguunt timorem seculum a timore seculiter seculi. Quia cum SS. Patres non raro nomine timoris seculis denotent timorem vitiosum, et interdum sub eodem nomine significant timorem salutarem, ut omnis ambiguitatis occasio praedatur,

183

pea timorem servilem intelligunt timorem vitiosum, associatum non tantum cum peccato, verum etiam cum voluntate peccandi, eorum nempe, qui timeres Deum poenarum metu, vellent, aut Deum nescire delictum, aut non posse punire peccatum, De hoc quidem timore carnalino, ait Augustinus: Quando timore poenae, non amore iustitiae fit bonum, nondum bene fit bonum, nec fit in corde, quod fixum videtur in opere, quando mallet homo non facere, si posset impune. Timor servilis ille dicitur, qui ductante fide concipitur unice ex metu poenarum inferni, dicitur quoque pure servilis, quatenus, nec filialis est, neque ex Dei charitate profluit, nec ulli charitatis actu innititur, aut miscetur.

Ex scriptura, et SS. Patribus docemus: quod quamvis datur timor poenarum, qui ex adjuncta sibi voluntate peccandi sit turpis, datur tamen alius timor, qui omnem voluntatem peccandi excludit, nimium timor efficax, quem passim, ut initium sapientiae a SS. Patribus commendatur, ut ex scripturis aperte deducitur ejusmodi timorem esse ab omni actu dilectionis separatum: (ut probaret vos, venit Deus, et ut terram illius esset in vobis, et non peccaretis, Exod. 20. 20 Terram istam a Deo infligitur, ut qui non diligunt, nec diligere cogitant, saltem poenarum metu coesceantur, nec Deum terrorem istum procuraret, nisi a peccato averteret, ut notissimum est. Ostendam vobis, quem timeatis: timeate eum, qui postquam occideret, potestatem habet mittere in gehennam, Luc. 12. v. 15. Christum timendum monet; et timorem illius, qui potest corpus perdere, in illum, qui ad supplicium eternum mittere, vult transferri.

Patres de timore pure servili, seu nulli charitati immixto loquuntur, cum dicunt timorem esse bonum.

De verbis Apost. sic Augustinus ait
Serm. 13.

X ait timor verus est, charitas libera est, et ut sic dicimus, timor verus est cha- 282.
ritatis, ne possideat Diabolus cor tuum, precedat verus in corde tuo, verus et Domi-
ni verus locum. Tac vel timore peris, et mundum proce amare justitiam.
mensat igitur Augustinus timorem ab omni charitate separatum, eam
amore reunctum. Id confirmat apostolus Augustinus tom. 8. in 1^a ad Rom. 12.
Obi verum eorum non moeretur. Describit S. P. Audiunt hec homines,
et quia veri futura sunt imperio, continentere a diabo: habent timorem,
et per timorem continentere se a peccato: timere quidem, sed non amant iur-
idiam: timere, ne instentur in ghennum, boni erit, et verum hic timor
q̄ bonus est timor illius, qui non amat iuridiam.

S. Thom. Ad primum
divendum, quod necatum primo incipit tripliciter maxime peccatori
propter supplicia, que respicit timor verus. 3. p. q. 11. art. 5. ad 5. Connotat
S. Bonavent. timor verus domini est spiritus S. retrahit a peccato
metu peris tantum. S. p. v. egret. sanctific. lib. 5. cap. 11. que intelligi debent
et timore peccandi voluntatem removente. S. Hieron. in 1^a ad Cor. 13. ait:
Pult itaque primo feru, ut fili erit timor, et bonum voluntate faciamus,
si hoc convequi nolumus, ut valere habeat, et amari peris
supplicij formidinem recedamus. Proxima testimonia S. P. 17. peris
sufficiens enim ita, ut ad obscurationem, vive hallucinatio, vive mala fi-
ser comprobetur. loquuntur S. P. 17. et timore illo, qui non amant
iuridiam, ut loquitur Augustinus. Et timore illo, qui a peccato retra-
hit metu peris tantum, ut dicit Bonavent. Et timore illo, que mancipia
timere, ut verbis valerius. Et timore a veris recedimus onice propter
supplicij formidinem, ut firmat Hieronimus. Demique et timore pu-
re veris, id est nullo peris. Et amore immoito, qui per magnam
terroris vim animum a peccato coarctet, ut explicat Ambrosi-
us. De hoc ergo timore ab omni charitate, tam actuali, quam
habituati reunctio predicant S. P. ta erit erit initium sapientij,
fontem vitz, sanctitatis operatorium, bonum, utilem, beatum, sa-
lutarem.

Tandem tridentinus vers. 6. can. 8. vocat: Si quis dixe-
rit q̄ hanc metum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis
obedi confugimus, vel a peccato abstinemus, peccatum erit, a-
nathema viz. Agit hic trident. de illo timore, de quo Lutherus
a verbat facere hominem magis hypochritam, et peccatorem,
consequenterque et timore nullo dilectioni Dei immoito, de quo defi-
nit non esse peccatum. Trane refinit Conilium veri timo-

non proficit eorum charitate. Pocet v. Augustus, ait, tanquam
 rem ceteri vnam in Ceteris, nullum opus bonum, id est
 sine peccato ab homine ~~non~~ posse fieri, nisi ipsorum benefac-
 tum diligatur, hoc est nisi ipsa iustitia precepti delectetur a
 nimis... ipsam vero iustitiam delectare animum, non
 est aliud, quam opus bonum ex illa celesti charitate pra-
 sequi... qui preceptum timore servat, nondum precepti
 iustitiam diligit.

Statuit ergo Tanvenius abente Dei amo-
 re legis observacionem non fieri sine peccato, id est ex ti-
 more serviliter serviti. Quid aliud Nonivius velit, sua ver-
 ba respondent. Si gratia non infundit amorem, observa-
 tio legis ex puro timore servili facit pravitateorem. Et
 in subditum induit ut aedi verba dicentis: qui timen-
do non facit malum, faceret, si liceret, itaque si facultas
 non datur, voluntas retinetur: quibus aperte significat
 non dari timorem exani supplicii, qui non includat a-
 fectum peccandi: hoc aperte contradicit Tridentino dicen-
 ti, dari timorem servilem, id est, ex penarum metu tantum-
 modo conceptum, qui peccandi voluntatem removeat: ex
 omnino ~~fabrum est~~ contra Concilium dicitur: qui timen-
do non facit malum, faceret, si liceret.

Indic. Cap. 3. 6.
Col. 100.

Inveniant dicentes?

Concilium non definire, dari timorem ex penarum me-
 tu conceptum, qui excludat peccandi voluntatem, quod
 tantum loquitur conditionate: nimirum: timorem ex pe-
 narum metu conceptum, si excludat voluntatem peccan-
 di non facere hominem magis peccatorem: an vero timor
 excludat, vel non excludat voluntatem peccandi, an va-
 leat illam excludere, vel non, neutiquam definit Concilium.

Sed contra est, quia ex testimoniis apparet ridicula in his
evasio: si in enim nisi mentis cooperis dicat Tridentini
patres, et iudicium Concilij Aemmenici refinitur hanc ve-
ritatem. Timor qui excludit voluntatem peccandi, non
facit hominem peccatorem. Dicendum ergo est Concilium
refinitur timorem eo paenam metu conceptum, aliquan-
do vultem excludere peccandi voluntatem. Acedit, quod
Catech. Roman. juxta Tridentini componitur part. 2. cap.
5. ait: Supplicium acerbitate proposita, animus a peccato
revocatur. Et quidem quando a peccato revocatur animus,
non retinetur voluntas peccandi.

Ceteri Concilium non aliud
commemorat motivum, quam paenam formidinem
tum ait: peccatorem eo gehens metu confugere ad mi-
sericordiam Dei a peccato dolendo: et v. v. 14. cap. 4.
Ninivitarum exemplum proponit, qui paenam
terrore utiliter concurre ad long. predicationem pe-
nitentiam egerunt. Hoc tamen timore utiliter con-
curri Ninivis ad long. predicationem penitentiam

lib. 2. de amore
Dei Cap. 18.

egerunt. Nec pretereundum est J. Franciscum Salvi-
um contemplari Ninivitar, tanquam veros et man-
cipia: timor eorum qui veluti servi, et mancipia, Dei le-
gem obverant, ad evitandam inferni poenam, bonus est.
Sic Tridentinum intellesit Salvius, et qui non preter
pravos Paj, et Tannenij maximis argumentis, qui exis-
timant, impossibile esse timorem eo paenam supplicij
Graham metu natum excludere peccandi voluntatem?

Concilium
tridentinum postquam a peccato conseritione voce justifici-
cans cum voto Sacramenti Cap. 4. Subdit: illam vere con-

tritionem imperfectam, quae attritio dicitur, quoniam ex
 gehens, et poenarum metu communitex accitio: si vo-
 luntatem peccandi excludat. Supponit Concilium, dicit
 timorem inferni, qui non excludat peccandi voluntatem,
 et simul dicit dicit timorem gehens, qui talem volun-
 tatem excludat; aliter, si, ut ad dicitur opinantur, im-
 possible est timorem ex poenarum metu conceptum
 excludere voluntatem peccandi, dicendum erit Conci-
 lium chymericam veritatem definire, vel de Chymera lo-
 qui. Facit Concilium: non ex gehens metu a peccato abster-
 nere, veru. 6. can. 8. et nemo a peccato absterretur cum volunta-
 te peccandi, ut notum est.

Cum dicitur vati apparet, ad Can-
onem reiciendam esse Tomei doctrinam, qui de im-
 perfecta contritione sic dicit: Ex communi Patrum sen. tom. 4. q. 11.
ut, ad hoc ut aliquis habeat veram contritionem, quae
excludat voluntatem peccandi necesse est, ut Deum
amet super omnia. tract. 6. de Sacram. cap. 5. q. 2. hanc
excitat questionem: Quilibet dolor de peccatis, proveniens
ex consideratione iniquitatis peccati, aut timoris in-
ferni, est ne vera et salutaris attritio? Respondet. Secundum
quod non. Et rationem exhibet pag. 29. quia dolor de pecca-
ti propter timorem inferni, non semper includit amorem
justitiae, ideo non semper est salutaris, et vera attritio.
semper amorem justitiae includit Sancti Thomas, et omne
alium alumni celestem charitatem; propterea dicit San-
ctus Thomas: qui preceptum timore verax, nondum precepti
justitiam diligit, contra Augustinum monentem fac vel

163
timore p[er] se, si nondum, p[er] amore justitiz. Concedit ergo
Jonestur cum Janvemo: timorem esse g[e]n[er]is met[u] conceptum
non esse bonum et supernaturalem, sine dilectione bene-
volentiz Dei, quod damnatum est ab Alexandro VIII. in
prop. 18. Attritio qu[od] est g[e]n[er]is met[u] conceptus sine dilectio-
ne benevolentiz Dei propterea ve non est bonus motus, et sa-
pe supernaturalis. Supponit p[er]tinetia, onetur omnem gratiam
esse influxionem charitatis; si enim, absente charitate,
timor non est supernaturalis, sequitur aliam non dari
gratiam, qu[od] illi p[er]vix prestare supernaturalitatem.
Dogandus igitur est Jonestur: an timor est p[er]vix met[u]
conceptus procedat a fide p[er] Christum? hoc negare non
potest nisi relaxiamur: si ergo a fide supernaturali proce-
dit, cum non exit supernaturalis? si tamen dicat, non
potest promanare a fide, qui n[on] simul procedat a chari-
tate, videtur sentire cum Guernello: fide & justificat,
quando operatur, sed ipsa non operatur nisi p[er] cha-
ritatem prop. 51. vide eundem prop. 50. 53. 54. 55.

Adversariorum argumenta

resolvuntur

§. I.

Noxii p[ro]dicem invadunt: tan longe abest existenti-
um Synodum renegare necessarium esse aliquem
Dei amorem ad attritionem, ut decreto ipso invocaretur. Cum
sine aliquo dilectionis motu vix esse queat. Quam tamen

periodum pro ea recevit, ne Scholasticorum sententiam
 damnaret. Respondeo breviter. Primum periodum re-
 secuit: ergo quia ad atitionem non est necessarium ali-
 quid dilectionis motus. 2. finge periodum non fuisse rece-
 tum. quo iure est tali periodo Scholasticorum sententiam
 damnata convicta? aut quo pacto ex ea poterunt in-
 ferre ad veritatem, omnem omnino timorem, qui ac-
 tum dilectionis non involvat, esse peccatum? Ex illa
 verba: Pro esse queat sine dilectione esse peccatum tenent
 aliquem timorem nulle admittunt Dei dilectioni bonum
 esse: ergo etiam est in periodo non reiecta infringitur sen-
 tentia ad veritatem.

Pico, alium penitus esse Noxium
 um alium timorem non agnoscere preter veritatem ver-
 vilem, aut timorem charitati inimicum: quia palam ad-
 mittit timorem illum, qui incipit esse caritativus. Timor, ait,
 videtur esse pure veritatis, et per aliquem amorem inci-
 piat esse caritativus, est bonus, et non vitiat opera ab eo re-
 ricata... timor caritativus excludit voluntatem peccandi,
 et adhaeret iustitiae, sine quibus est tantum veritatis, qui
 vero timor caritativus est, aliquem Dei amorem includere so-
 luit Lupus. Contra tamen est, quia hoc effatum, posi-
 tum militat contra Noxium: peccate timor est veritatis
 veritatis, nisi incipiat esse caritativus per aliquem Dei amo-
 rem: ergo peccatur. Est timor, qui non includit charitatem
 neque timor, qui non includat, aut supponat charitatem,
 excludit peccandi voluntatem. Nec aliud docere videntur
Baronius, et Canonicus, qui tantum contendunt quod
 non posse excludere voluntatem peccandi, qui amore ius-

titij, id est Charitati non imitatur.

Corsus ergo, et generaliter No-
vatorum regula est, abrenunciare amorem Dei, omnia opera esse
peccata, et inquit ipsorum ad quatuor dividit amorem, ut in amo-
rem Dei bonum, et amorem non tui malum. Hoc Lutherum,
et Calvinum, Bazar et Tannentium hoc principium sus-
tinent, nec potuit divergentiae Guernellus in prop. 4. A.
dicens: Non sunt, nisi duo amores, unde volitiones, et accio-
nes non ita omnes necessitates: amor Dei, qui omnia ope-
ratur propter Deum, quemque Deum remunerat, et amor
quo non ipsorum, et mundum diligimus; quicquid ad Deum
refereendum est, non refert, et propter hoc ipsum malum
est: Et prop. 4. B. Cupiditas et charitas eorum venientium be-
num, aut malum faciunt. Et quidem si Noxii, et scripturam
qui ei adherent, vera est, ea requirunt, scripturarum oracula
Christi Domini, monitiones, et 15. sacrum sententiarum obnoxias
esse simplicium reductioni, et scandalo: Qui multa, facta men-
tione de dilectione Dei, absolute docent timorem, et non supplicium
esse bonum, salutarem, donum Spiritus Sancti. Et primum
fidelibus est sententiarum verba accipere in sensu natura-
li, et obvio, ut vocant, et abudubio oracula supra inducta, et
Christi verba, non amorem, sed timorem vocant. Timeate eum,
qui potest mittere ignem in gehenam.

Argumentum obijit Noxius di-
cens: Opera facta in lege veteri fuisse peccata, dicit Augusti-
nus, cum Turci illos fecerint timore, non amore ius-
titie. . . Opera Turcorum fuisse peccata, et legem illam fuisse
vexilem, quod illi, qui eam implerent, timore vexarent
Pulchritudine Noxius cum iniuria Augustini, omnia que sunt

ad hoc amore adest: loquitur enim, non de timore grati supplicii, sed de timore poenae temporalis hominibus inflictae, ab quam a peccato abstinere, necnon peccandi voluntate, quoniam supplicii periculum cesset: talis fuit timor in plurimis Iudeorum, qui in lapidibus obstruere muros, legem praecipua faciebant. Qui modi timor respicitur in Ecclesiasticis et Iuxibus, qui in morte supplicii a peccato abstinere, et non a timore. De hoc quidem cum timore timore loquitur Augustinus loco a Noxiis citato, et hunc timorem intellexit nomine timoris nondum casti, et quo, ait, a charitate excludit: hoc enarrat in Iudaeis dicens: Alius timor permanet, alius excluditur: timor, qui excluditur castus non est: Iustus est timor, qui excluditur: signum enim animae veritate: aliqui prope terrore tantum timent, ne quid mali incoerata patientur: et ad hunc timorem ille castus non est: ex Aug. non loquitur de timore grati supplicii, potius de hoc dixit: fac vel timore poenae, ut nondum peccator amore iustitiae, sed loquitur de poena temporalis, ne quis mali incoerata patientur.

Piceo Aug. non agnovisse nisi timorem servilem et servilem, et timorem ex charitate, ait enim: Sed timentibus Deum absconditur gratia. Viridic. 8. d. col. toll. Respond. hoc manifeste loqui Aug. de timore servilem et servilem reverentia voluntate peccandi, cuiusmodi timorem agnovisse Aug. quia negat. In re tamen probatur S. P. non agnovisse, nisi hunc timorem, et illum, qui ex charitate promanet? Cum timentibus Deum abscondatur gratia? ex auct. Aug. dicens: Qui coram Deo innocens invenitur, qui vult fieri quod vetatum, si subtrahat, quod timetur, ac per hoc in ipsa voluntate non erit, qui subtrahat, quod non licet fieri, sed ideo non facit, quia impune non potest fieri. Addit vero Noxi-

328
vium: Timor igitur si derivat esse paxi venialis, et per
aliquem amorem incipiat esse castus esse bonus: quo manifes-
te tenet non agnoscere medium inter timorem vitiosum, et timorem
charitatem, aut involvat, aut presupponat.

Dico: Nuncquam Noxius do-
cet timorem bonum debere esse habitum infuso charitatis immu-
tum: aut vero scilicet esse, nepravus vit, quod profluit ex charita-
te imperfecta, per gratiam actualem inspirata, quam si quis
imperfectam charitatem vocare velit liceat per me: quare No-
xius tantum requirit amorem imperfectum. Resp. hoc est
fateri omnem gratiam esse inspirationem charitatis, quod Ba-
rus, et Canisius corroborant ab utroque. Sicutio hoc est: Nihil
la gratia actualis, qua actus concipitur, inspirat semper dilec-
tionis motum, aut potest inspirare primum Execmi supplicii timo-
rem, ad omni motivo, seu actu dilectionis securum? Scriptura
SS. lacrimas, et lacrimas, refiniunt timorem gehenz ad omni motivo
dilectionis separatum, esse bonum. Noxius cum Dico docet:
Nisi ad vit charitatem, per quam referatur in Deum opus, e-
rit pravam, et perverum. August. cum trident. refinit timo-
rem, eo gratiaz perz metu conceptum esse donum Dei, et Spi-
tus S. impedivum: eo quo infeximus, non omnia opera, quz ex
auctoritate divino procedunt, profuere ex motivo Charitatis.

Dico: No-
xium non intendere timorem esse peccatum; quia si timor
secundum se consideretur, non est vitiosus; non enim est
culpa timoris, sed timens. Resp. hoc est ofuscare veri-
tatem, et luseret examini: nam timor secundum se conside-
ratur, nec bonus est, nec malus, nisi in quantum est regula
actionis humanz: quare nec dicitur, pravi, aut Canisius

intendunt, timorem secundum se, et precivivis consideratum
 esse malum, docent tamen, omnes actiones novitas, que, eo
 peccatum timore sunt, esse vitiosas, nisi eo motivo charita-
 tiv eliciantur; et hoc est quod Trident. damnat in articulo,
 et in Quenelle damnavit Clemen. XI. avertente timorem
esse culpam timens, et illam committere in corde suo, qui
 timet sine Charitate. Hæretica timor ille, per quem ad misericor-
 diam Dei confugimus peccatis dolendo in articulo Trident.
 non est preciviv timor secundum se consideratus, et preciviv
 vitiosus, sed quatenus est motivum actionis novitas, et in ea
 cum influat: ex quo Concil. non voluit definire timorem secundum
 se consideratum esse a peccato exemptum, quod unquam Hæreti-
 ci tenuerunt, sed definit omnes actiones novitas, que, eo illo ti-
 moris motivo procedunt, esse a peccato immunes, nec timen-
 tem peccato comparari.

Item, qui semper apud quosdam Ecclesiarum
 latentes, reperiri venturam ad veritatem certis verborum fa-
 ventes, quibus errorem suum perfidenter roborare contem-
 runt: nec leviter fratres verborum splendore complicantur.
 August. ait: Inimicus jurator est, qui plenus timore non pec-
 cat. Non peccandi voluntas, que tunc apparet in opere, quan-
do veritas impunita, latenter vivit, vivit tamen. D. Jacq.
Cum adhuc timere bene agit, amalo penitus non recedit,
 quia eo ipso peccat, quo peccare vellet, ut involoé porret. Lib.
 I. Moral. cap. 26. Resp. Augustini dicitur, ne tibi contraxerit

185
sic. S. P. et ne minus hereticis favere videatur, simul cum
S. Greg. et testimonio intelligenda esse et timore servili terri-
vili, non et timore simpliciter servili: hac tamen distinc-
tione, qua claritate gratia, tam Thomisq, quam Scotisq,
utitur, non dignatur Norvicius dixerere que rationem. No-
bilis Thomista Syllivus sic scribit: Quod timor servilis vis
bonus, et ad salutem utilis, si rectum est, et definitum a
Tribentino, et antea a Leone X. contra Dicoherum.

Dico
quo facilius im-
telligentia obviandum est, S. S. P. dum videtur loqui de
timore simpliciter servili, revera intelligendi sunt de servi-
litate timoris: quia timor servilis supponit cum actu pec-
cati, et conjungitur cum cum peccati servitute; quod sic ex-
plicat S. Bonavent. Illud verbum Augustini non intelli-
gitur... quod voluntas peccandi vis in actu, sed hoc dicit
August. quia manet in habitu, et radice; licet ergo voluntas
sit per peccatum deformata, et regnet in ea malus amor habi-
tualis, potest tamen moveri aliquando ad aliqua bona op-
era ingere, vel ex circumstantia, per aliquam gratiam gra-
tiam salutem, non committendo culpam. In 3. Sent. dist. 11.

Dico S.

Gregor. ait: timorem servilem a charitate separatum esse

lib. 4 moral.
cap. 28.

Vitiosum: Cum ex peccato presens poena metuitur, et annexa
Dei facies non amatur, timor ex timore est, non ex humilitate

in 3^o dicit
3^o ad 3
q. 2 art. 2
2^o q. 1
art. 4

Respondet D. Thom. Dicendum: quod Gregor. loquitur de timore ratione suæ severitatis, in quantum, scilicet, peccatum habituale voluntate retinet. ... Timor severus secundum suam substantiam bonus est, sed severitas ejus mala est. Sic Bonavent. Dicendum: quod particula ex timore non denotat causam, sed circumstantiam in actu: tunc dicit timorem severum, secus cum dicit concomitantiam in habitu.

Dices: talis timor est incompatibilis cum Charitate: ergo non est bonus. Resp. non est incompatibilis per se, sed ratione suæ severitatis: est quidem incompatibilis cum Charitate: quia existit in homine lethali peccato infecto, quod si homo sit justus potest etiam timere Deum ratione penæ: sic D. Thom. Timor in quantum severus non manet cum Charitate, sed substantia timoris severus cum Charitate manere potest.

Dices: qui de peccato dolet, solum timore penæ, quiescit in amore sui. Resp. Quiescit in amore sui positive, et contrarie, nempe excludendo relationem talis amoris, et sui ipsius in Deum; quiescit vero in amore sui passive, et negative, non referendo illum amorem, et se ipsum in Deum: qui primo modo dolet, male agit, secus qui secundo modo procedit.

Dices: qui culpam detestatur ad vitandam penam eligit vitationem peccati, tanquam medium ad vitandam penam: ergo magis afficitur eam vitationem penæ, quam eam vitationem culpæ: quare dicere videtur intra se: peccarem si pena non esset, qui actus vitiosus est: quia magis timet penam, quam culpam.

Resp. V. qui de peccato dolet metu penæ, licet per hunc actum exerceat magis odit penam, quam peccatum, non ideo pravus est, sicut pravus non est actus, qui quis detestatur tantummodo gehenam, neque ex tali actu sequitur, quod cessante timore penæ committeret culpam:

quia culpam vitare potest ex aliis motibus: ergo male infertur affectus ille conditionatus erga peccatum; sicut ex actu, quo quis vult observare omnia precepta propter retributionem eternam, mercedis, non infertur hoc conditionalis: Si non expectarem retributionem, nollem observare precepta; Ergo neque altera conditionalis infertur, ex detestatione culpe propter vitandam penam. Tandem: si omnis supplicii timor illam turpem involveret conditionalem: peccarem si gehena non esset: praevaleret error Jansenii contra Tridentinum; quia non daretur timor gehene, qui non involveret peccandi voluntatem.

Dices: Inordinate agit, qui ordinat majus bonum ad minus: ergo et qui ordinat vitationem peccati ad vitiationem prece. Resp. Inordinate agit, qui ordinat majus bonum ad minus, ita ut velit majus bonum destrui propter minus, illud huic postponendo: concedo. Secus aliter: et equidem detestatio prece non est electio peccati; sed potius est fuga utriusque.

Dices: Dolor peccati ex metu gehene fundatur in amore sui, non vero in amore Dei offensi: displicet peccatum ob malum, quod intrudit; non ob offensam Deo irrogatam: et iste actus etiam si non esset pravus esset naturalis.

Resp. Dolor de peccato fundatur in amore sui ordinato, quidquid dicat Lutherus, tenetur enim quis, ut sibi consulat gehenam vitare, et quavis amor sui sit naturalis; tamen quando quis sibi vult bonum per fidem cognitum, nempe eternam vitam, aut gehene vitiationem, tunc amor sui erit supernaturalis.

Opponit tandem Bonetus Apostoli sententiam *Fract. 6. cap. 5. 9* scriptam a Jansenistis inculcatam. Faciat homo quidquid voluerit, qui non diligit D. N. Jesum Christum, anathema sit, et abominandus.

Respondet D. Thom. Dicendum: quod hoc intelligitur si quis non amat D. N. Jes. Christum; id est, fidem Christi, et isti sunt haetici, et sunt excommunicati, vel si quis
neque

usque ad finem non perseverat in amore Dei nostri, in adventu
eius separatus à bonis, ad Loc. Apost. 1. Cor. cap. 16 v. 22

Denique advenies: quod licet probabilis sit sen-
tentia eorum, qui arbitrantur, licitum esse accedere ad Sacra-
mentum poenitentiae cum attritione cognita, ut tali; absque co-
nato ad dispositionem ulterioris ordinis; at tamen non tantum
probabilibus opinionibus adnumerata asserere talem attritio-
nem extra Sacramentum, et quae non est proxima dispositio
ad illud, licitam, et utilem esse, atque remotam ad justificationem
dispositionem, quomodo non sit, aut Sacramenti pars, aut pro-
xima dispositio ad Sacramentum.

Faint, illegible handwriting at the top of the page, possibly a header or introductory text.

Second block of faint, illegible handwriting.

Third block of faint, illegible handwriting.

Fourth block of faint, illegible handwriting.

Fifth block of faint, illegible handwriting at the bottom of the page.

270

Caput I.
De statu puræ naturæ.
S. unicus.

Status puræ naturæ ille dicitur, in quo homo sine gratia, et sine peccato contemplatur. Hunc statum impossibilem esse docuerunt post Lutherum, et Calvinum Bajus, et Jansenius, qui solita impudentia gesserunt contrariis sententiis propugnatores Manichæis suffragari: eam nihilominus firmant D. Thom. 1 part. quest. 92 art. 1. Scot. in 2 dist. 28 et omnino certa est, ex decretis S. Pii V, et Greg. XIII contra Bajum, et Vat. VIII contra Jansenium.

Per spicuum enim est hominem potuisse creatum cum omnium perfectione sibi connaturaliter debita, et etiam evidens est potuisse creatum sine peccato: ex quo illa gratiæ dona, quibus primi Parentes in statu innocentis præditi fuerunt, potuerunt illis non superaddi; non tantum ex potentia absoluta, verum etiam juxta naturalem providentiam: natura enim non exigebat illa supernaturalia dona, ut per se patet, nam si essent debita, non essent gratia, quod significat August. (Sib. 12 de Civ. Dei c. 19) Exat in eis {Angelis} condiens naturam, et largiens gratiam; quo denotat gratiam fuisse naturæ superadditam. Et D. Thom. (Quest. 4 de malo art. 1 ad 14) Carentia visionis Dei... competere ei, qui in solis naturalibus esset absque peccato; sic enim carentia visionis non esset pena, sed defectus consequens naturam creatam. Et Scotus. Potuit aliquis esse in puris naturalibus, tam sine gratia, quam sine peccato.

Post confixos Baji articulos, audent effutire Jansenius, iniquum, et caudalem fore Deum si creaturam rationalem conderet in statu puræ naturæ. (Sib. 3 de stat. puræ nat. cap. 13 et 8.) Pex ista tum puræ naturæ Deo adscribitur caudelitas. Justitia Dei penitus eradicata pex statum puræ naturæ. Quare supposito, quod Deus vult creaturam innocentem, sine peccato producere, illi debitam fore gratiam affirmat, nec mirum

Ibid. lib. } debitam visionem beatificam gratiam, illa voluntate supposita
 3 cap. 2o } esse illi debitam. ipsam quoque visionem beatificam in regno Dei
 non posse negari creaturæ innocenti... non potest à pura na-
 tura separari, sine iniuria. Hoc beatitudinis debitum non
 Lib. 2 de } fundat Jansenius in aliqua gratuita destinatione, aut in aliqua
 stat. puz. } nat. cap. 3 } elevatione extrinseca, sed in ipsa naturæ innocentis intrinseca
 excellentia. Non enim hoc ex aliqua externæ ordinationis, aut
 accidentariæ elevationis, sed ex excellentia creationis proficisci-
 tur, ibi cap. 1

Consequentia erat asserendo gratiam sanctifi-
 cantem, et omnia dona in iustitia originali contenta debita fuisse
 naturæ innocenti: non posse parvulis, si sine peccato in illa natu-
 ræ puritate nascerentur, negari sine iniuria adoptio filiorum
 Dei; iniustum, iniquum, impossibile, ut parvulis negetur adoptio,
 Lib. 3 cap. } et sanctificatio, si sine peccato ex Pelagianorum sententia nas-
 18 } cerentur. Ulterius addit: creaturæ innocenti debita fuisse im-
 mortalitatem, scientiam, immunitatem à concupiscentia, ab
 ægreditudine, et ab omnibus humanæ naturæ incommodis. Ad
 tria capita generalia revocari possunt, non mori, non falli,
 non peccare, illa naturæ rationali sunt debita. Nullum
 qualecumque malum inferri à Deo potest creaturæ rationa-
 li sine culpa. Nec ullum singulare malum, sive moris, sive
 corporis corruptibilitas, sive aliud quodcumque miseris genus
 innocenti creaturæ inferri possit sine iniquitate Creatoris.
 Lib. 3 de pura. nat. Cap. 11, et cap. 11.

Memorati errores in his Daji damnatis pro-
 positionibus continentur. Prop. 21. (Humanæ naturæ sublima-
 tio, et exaltatio in consortium divini naturæ, debita fuit in-
 tegræ primæ conditionis, et proinde naturalis dicenda
 est, non supernaturalis. Prop. 27. (Integræ primæ creationis
 non fuit indebita naturæ humanæ exaltatio, sed naturalis
 ejus conditio. Horum vestigia fideliter Guesnellus promens
 eundem errorem docuit in proposit. 35. Gratia Adam est
 sequella

sequella creationis, et erat debita naturæ sanæ, et integre. Et
 proponit. 37 Gratia Adamî sanctificando illum in semetipso
 erat ipsi proportionata. His quidem preluxit Lutherus in cap.
 3 Genes. dicens. Inare statuamus iustitiam non fuisse quod-
 dam donum, quod ad eorum accideret, separatam à natura ho-
 minis, sed fuisse vere naturalem, ut naturæ Adæ esset diligere
 Deum, cognoscere Deum. Hæc tam naturalia fuisse Adamo, quam
 naturale est, quod oculi videant lumen.

Jansenii fundamenta sunt: Quia imagines
 Dei privarentur unico bono, quod possunt, et debet naturaliter fe-
 lices facere, quo solo beati possunt, et naturaliter debet. Nulla igitur
 est possibilis beatitudo, nisi quam fides vera promittit, sine
 qua consequenter condi nequit creatura rationalis. Nihil
 namque connaturalius innocenti imaginî Dei, cum capacita-
 te Dei naturaliter conditæ, quam gratia: nihil enim con-
 gruentius, decentius, æquius respectu Dei, quam ut innocenti
 imaginî Dei, quæ ad Deum velut ad finem suum natura-
 lem ordinata est gratia ad consequendum deum. Lib. 2. de
 stat. puz. creat. cap. 1, et 7, et lib. 3 cap. 20.

Proscriptis hæc exoribus Bellellius innoda-
 ri videtur. Ipse enim possibilitatem status suæ naturæ
 rejicit. Ipse docet non potuisse Deum creaturam rationalem
 condere, quin eam destinaret ad visionem beatificam, con-
 sequenterque non potuisse Deum illi denegare auxilia ne-
 cessaria ad eundem finem consequendum: idque fundat,
 sicuti et Jansenius in ratione imaginis Dei, quam creatu-
 ra rationalis præseferat. Sic scribit: Rationalis creatura Lib. 3 cap.
 Dei imago est viva, et vera, quæ utique propter aliquam
 felicitatem est condita, non enim misera, nec propter mise-
 riam condi potuit, quin eo ipso Deus uelissimus peccatis
 arguendus esset: additque non sufficere ad felicitatem
 creaturæ rationalis, cognoscere abstractivè Deum: quia ejus-
 modi cognitio, cum faciem Dei non aperiat, aptior erit

188
inquietudinū augendā, quā requiē inducendā... (Super
naturalia media pro beatitudine consequenda esse debi-
ta rationali creaturā, ac proinde pura natura repug-
nat.)

Dices: Homo cum sit imago Dei non
potest privari visioni illius, cuius est imago, et imaginū Dei
debetur naturaliter gratia juxta August. lib. de Spira. et lix.
Cap. 27 ubi ait: Hoc enim spiritus gratia agit, ut ima-
ginem Dei, in qua facti sumus, instauraret in nobis.

Resp. Imaginem Dei dupliciter contem-
plari posse: 1.° prout est creatura intellectu, et voluntate pri-
vata. 2.° prout est creatura rationalis gratia donis orna-
ta. Si primo modo consideretur, cum capax sit cognos-
cere, et amare Deum dici potest ipsi deberi debito con-
gruitatis, decentis, et consentaneitatis visionum beatifi-
cam, attenda nimirum liberalitate, bonitate, et magni-
ficentia creatoris: hoc tamen ut Theologi novunt, non
proprie appellatur debitum. Si secundo modo accipia-
tur: debita quidem est ordinatio in beatitudinem, hoc
vero debitum non fundatur in natura, sed in donis gra-
tia, quae ipsi Deus ex pura liberalitate donavit. Num-
quam Augustinus somniavit statuere divinae gratiae do-
na fuisse hominū naturaliter, et strictē debita.

Dices: Deus creans hominem illi de-
dit desiderium beatitudinis, seu suae felicitatis: hoc
desiderium non potest plene satiaari, nisi per visionem
beatificam.

Respondes. Desiderium beatitudinis con-
naturale est hominū, non tamen ipsi liberum. Si
hoc desiderium genericē sumatur, quin objectum
determinatum respiciat, omnes utique hoc de-
siderio gaudent: nullus enim est, qui non ve-
lit esse beatus; non tamen omnes in eodem objecto
suam

suam reponunt felicitatem. Alii in creatore, alii in creatura suam constitunt felicitatem: si Deus creaturae rationali lumine fidei eternam felicitatem ostenderet, et gratuitam promissionem ejusdem beatitudinis revelaret: tunc quidem gratia auxilia debita essent; non quidem creaturae, sed Dei liberalitati: cum tamen creatura non possit desiderare bonum, quod non cognoscit, non potest de creatura fide obata a seipso quaedam desiderio videndi Deum, sicuti in se est, aut visionem Dei intuitivè conari.

Beati certat injuria de Sanchezismo nugilla, qui asserunt creaturam rationalem habere naturale desiderium visionis intuitivae Dei: Neminem posse salva equitate damnari si defendat creaturae rationali appetitum innatum ad ipsam visionem intuitivam Dei, Discer. 2 cap. 1 §. 6.

Respondeo ex proximè dictis. Nec Beato fi-
vent Theologi: Nam qui hujusmodi desiderium adstruunt intelligendi sunt de visione abstractiva, seu Dei, ut auctoris naturae: Alii, ut Scotistae intelligunt de capacitate in creatura rationali beatitudinis accipiendae. Alii debitum consequentia tantummodo concedunt, ut sunt Suae. Bellam. Molina. Recupitus, qui planè admittunt possibilitatem prae naturae, quam Bellelli respicit, et Beati affirmat à Bellelli placito non esse recedendum: Ab eorum placito, qui prae naturae statum judicant impossibilem non erit penitus recedendum, Tom. 2 cap. 3.

Videm contendit Beati conclusionem modificatae dicens: Nullo titulo homini in prima conditione tenetur Deus imperari charitatem habitualem, seu gratiam sanctificantem, et supernaturalium virtutum habitus, et consequenter justitiam originalem, haec omnia complectentem: primo homini debitam nequaquam fuisse, atque Deum posse creare creaturam rationalem, absque talibus ornamentis. Hoc tamen videtur non sufficere.

ad declinandam censuram; quia non fatetur non esse debitam hominū in p̄ima sui conditione, gratiam actualem; imo dum tantum excludit gratiam habitualem, et sanctificantem, virtutumque habitus, firmare videtur debitam ipsi naturaliter esse gratiam actualem.

Plura insuper de more miscet Beati, quae dubiam ejus mentem aedunt. In p̄imis cui venit in cogitationem promeruisse hominem per merita antecedentia ejus p̄imam productionem, gratiam? prius est esse, quam operari. Certum deinde est hominem, ut creatura rationalis est, constitui per facultatem intelligendi, et volendi, p̄cisive à supernaturali gratia: dum vero Beati ait, hominem, ut est imago Dei, oportere, ut supernaturali fulcimento ornatur, explicare debuit: Num in homine consideret imaginem Dei, sicut in facultate intelligendi, et volendi; an ut est imago Dei per divinae gratiae dona depicta; an supponat necne gratuitam ad beatitudinem destinationem? Si enim contempleretur in homine imaginem Dei per divinae gratiae dona efformatam, omnes fatebuntur debitam illi esse gratiam, debito tamen in ipsa Dei liberalitate fundato. Si vero aliud debitum p̄ster congruitatis, et decentiae consideret non satis à Bajano errore recedat.

Jansenius Baji censuram declinare cogitans ait: interdum gratiam esse quodammodo debitam creaturae rationali: quasi tamen velit debitum congruitatis, et decentiae adstruere. Gratiam creaturae rationali cum p̄imiva sua innocentia ex creatoris manibus procedenti quodammodo debitam. Pellelli fingere conatur, dicens: gratiam non esse debitam naturae secundum se; sed naturae prout subest justae providentiae divinae: sic ait: libentem fatemur gratiam conditoris non esse debitam naturae secundum se; sed dicimus ipsi esse debitam, prout sub ejusdem rectissima providentia, quae creaturae suae innocentiae

De stat. creat. rat. lib. 3 cap. 21

efficace

Deficere non potest. Hæc tamen evasio fuit primò excogitata à Jansenio, ut à Baij censura exipeatur: scribit enim: Gratiam non esse debitam innocenti creaturæ secundum se, sed quia debetur ipsimet Deo, sibi que ipsi, et suis attributis. De stat. nat. pur. lib. 1. cap. 20 ad 2. Sic frequentes verba Jansenistæ loquuntur contendentes, esse debitum propriæ, et strictè tale, a deo, ut si Deus innocenti creaturæ in prima sui conditione gratiam denegaret, esset injustus, et creaturæ illius peccata ipsimet Deo adscriberentur, et hoc est secundum adversarium fundamentum, quod statim evecto.

Bellelli, et quotquot medium non agnoscunt inter actus à Charitate, et à nociva cupiditate profucentes, tenentur consequenter statum puræ naturæ repudiare, et simul asserere Deum non potuisse hominem condere sine gratia: quia cum omnia opera liberi arbitrii sine gratia sint peccata, hæc conditioni adtribuerentur, si sine gratia condere creaturam: Bellelli scribit (Non potuit Deus condere creaturam, quæ semper perversa foret, nec nisi perversa esse potuit sine gratiæ adjutorio, et infra. Nilul De stat. creat. nat. cap. 7 fol. 386 enim potius ad divinam providentiam spectat, ut non nisi hac perversitate, dono gratiæ, sublata innocentem creaturam condere possit: Cægo. expresse docet, Deum non potuisse creaturæ innocenti gratiam denegare, sicuti nec eam potuit perversam condere: Nec nisi perversa esse potuit sine gratiæ adjutorio, quod antea Jansenius protulit scribens: (sine Dei amore, et justitia, creatura rationalis, nec recta esse, nec condi potuit. ... Si crearetur pura natura, omnia ejusdem peccata tribuerentur Deo, quod apparet acceptum à Calvino dicente: (In contumeliam Dei incidere, si quid vitii in esse creaturæ probaretur). Hinc inferunt Novatores non potuisse Deum hominem creare sine justitia originali, aut obnoxium morti, ignorantia, concupiscentiæ, ceterisque humanæ vitæ miseriis.

[The main body of the page contains approximately 25 lines of extremely faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the paper.]

20. 10. 18
 10. 10. 18
 10. 10. 18
 10. 10. 18
 10. 10. 18

10. 10. 18
 10. 10. 18

10. 10. 18
 10. 10. 18
 10. 10. 18
 10. 10. 18

Caput 5.

De concupiscentia, et morte
S. 1.

Primum hominem necessario fuisse creatum immortalem, sine concupiscentia, et ignorantia, nec obnoxium humanæ vitæ, quas patimur, penalitatibus temerè stabilivnt ad versarij, gratis existimantes hæc omnia necessario presumere peccatum, sine quo Deus esset injustus, si eadem hominibus infligeret.

Hæc conclusio omnino reprobatur: quia universa generis humani mala, mox, ignorantia, et aliæ humanæ vitæ miseræ, quas nunc in peccati penam experimus, potuerunt esse naturales hominis conditiones, ut nempe, si essent conditi sine justitia originali, quæ sola impediebat, ne ista mala essent in homine, et absente justitia originali secuta fuissent naturæ principia, sicuti et nunc naturam justitiæ originalis dono destitutam insequuntur. Homo enim natura sua mortalis est, ut pote ex elementis, et qualitatibus inter se contrariis, seque invicem oppugnantibus compactus. Quare si lignum vitæ in alia providentia hominem exipisset à morte, ut significatur Genes. cap. 3, et August. lib. 6 Cap. 5. Posse non mori perstabatur Adamo de ligno vitæ, non de conditione naturæ, non fuit arbori naturalis illa vitæ, sed divinitus indita, et ultra opus fuisset speciali Dei providentia, ut homines ab igne, ferro, aliisque vitæ discrimenibus liberaretur.

Mérito ergo S. Pius V damnavit hanc propos. 75 Immortalitas primæ hominis non erat gratiæ beneficium, sed naturalis ejus conditio. Et propos. 69 Omnes omnino justorum afflictiones sunt ultiores, peccatorum ipsorum, unde et Job, et Martyres, quæ pati

lib. 3
de stat.
creat. nat.
cap. 26

sunt, propter peccata sua passi sunt. His non acquiescit
Bellelli dicens: Alienum est à justitia Dei, ut innocentes,
vel levi pena puniantur... tenetur Deus ex lege sua crea-
na incommutabili neminem posse innocentem punire, et
subdit, esse de mente Augustini, omnes humanarum naturarum
penalitates in poenam peccati fuisse inflictas: Constat no-
bis corporis mortem non esse ex lege naturarum, sed merito
inflictam esse in poenam peccati.

Resp. Augustinum velle tantum de facto
hominem in poenam peccati, pati, et mori, quod si homo non
peccasset decerneret Deus mortem, contra naturarum exigen-
tiam impedire. Verum est Deum non posse innocentem
punire pena strictè tali, quia pena propriè talis peccatum
presupponit; in hoc sensu dixit August.: Omnis pena, si
facta est, poena peccati est, et supplicium nominatur: sub
Deo justo nemo miser, nisi meretur potest, loquitur ea-
go August.: & poena, quæ strictè talis sit; nusquam vixit
dixit Deum non posse condere hominem vitæ miseris
obnoxium, quæ materiam consequuntur, ut sunt morta-
litas, cogitudo, ignorantia, et aliæ penalitates, quæ nunc ve-
rè poenæ dicuntur.

Insistit: August. lib. 2 cont. Jul. absolute
ait: Si Deus tanta parvulis mala, nihil peccati tra-
hentibus irrogaret, apparet injustus, et alibi: Quis non
videat, si habent parvuli, qualem prædicat innocentiam,
in gravi jugo eorum Deum non esse injustum, ergo ex
mente August.: Deus foret injustus, si hominum in statu
puræ naturæ, poenis quibus nunc exercetur affligeret.

Resp. Augustinum loqui contra Jul.
ex suppositione presentis providentiæ, in qua Deus illis
promissit immunitatem à miseris, si non peccarent;
tunc quidem esset Deus infidelis si innocentem puniret.
quæ si parvuli non peccassent, esset injustus Deus, si eos
tam

tam gravi iugo premeat. Augustinum loqui supposita presenti providentia, patet; alias, equè uageret argumentum contra malum cecitatis, cæco nato Joan. 6 non inflicta propter ejus, aut eorum Parentum peccata, et injulitiæ adqueretur Deus, in plurimis afflictionibus, quibus constat sanctos innocentes absque ulla injulitia fuisse à Deo igne probatos.

Urgent aduersarii. Si in statu puræ naturæ crearetur homo, ut suæ creationis haberet concupiscentiam rebellem rationi, quæ quidem cum mala sit tribueretur Deo.

Resp. Concupiscentiam, etiam rebellem, non esse per se malam moralitèr, sed tantum physicè, est enim naturalis imperfectio, qualis est mortalitas, fragilitas, et ignorantia. Augustinus dum ait concupiscentiam esse malam, intelligendus est de concupiscentia, ut est causa actus secundi contra rationem, et sic malitiam moralem involvit; sic tamen neutiquam à Deo est, sed ex vitio voluntatis non resistenti. Rectitudo hominis naturalis solum petit, ut voluntas dominetur concupiscentiæ, quoad consensum, non quoad motus rebelles. Dominatur inferiori pars superior, quamvis illa contra superiorem revelet, dominium consensus retinet, illudque in statu puræ naturæ retineat; proinde peccata ejus non tribuerentur Deo auctori naturæ; quia ista mala non essent naturæ inevitabilia, nec naturalitèr debita: itaque Deus esset auctor rectitudinis naturalis hominû persistit, secus cæcissimum, que dominio humanæ voluntatis libere impediri potuerunt.

Concupiscentia ergo accepta in malam partem, nimirum, pro fomite peccati, et rebellionem partis inferioris sensibilis contra rationem, ab Apostolo vocatur peccatum, non quia peccatum sit, sed quia ex peccato est, et ad peccatum inclinatur, ut docet Trident. Decret. de peccato

orig. sess. 5 cap. 5. ex ipsa natura hominis, ex ejusque naturali constitutione oritur. Homo enim compositus est ex corpore, et anima, ratione spiritus propensionem habet ad bona spiritualia, et intelligibilia, in quibus fertur, per appetitum rationalem. Ratione carnis cum brutis participat, et inclinationem habet ad bonum materiale, in quod fertur per appetitum sensitivum: ergo naturale est homini habere contrarias propensiones. Anima, cum simul sit rationalis, et sensitiva, habet duplex cognitionis genus, nempe per sensum, et per intellectum, duplicem etiam habet appetitum, rationalem, et sensitivum: cum vero omnis illius cognitio naturaliter incipiat à sensibus, qui movent appetitum sensitivum priusquam voluntas possit deliberare, sequitur naturaliter ex hoc constitutionis genere, et ex hoc operandi modo pugna inter appetitum, et voluntatem. Concupiscentia carnis, aut scotus, naturalis nobis est, utpote quæ licet nulla præcessisset culpa, vel gratia, ex principiis naturæ existeret in homine, lib. 1 de nat. et gratia Cap. 11. In primis.

Accedit D. Thom. in 2. dist. 31 q. 1 art. 1. dicens: Unde factum est, ut primo homine peccante, natura humana, quæ in ipso erat, sibi relinqueretur, ut consisteret, secundum rationem principiorum ejus. Et Deblaam. inquit Concupiscentiam futuram sine dubio in puris naturalibus, non quidem, ut bonum naturæ, sed ut ejus defectum, et morbum ex conditione materiæ consequente: neque dicendum est Concupiscentiam esse à Deo: quia non est ex conditione naturæ primitivè à Deo institutæ, sed ex defectu naturæ degenerantis ab eo statu, in quo Deus illam condiderat, lib. 1 de grat. primis parent. cap. 7.

Differt igitur natura integra à pura natura

natura, non solum per gratiam sanctificantem, et dona supernaturalia ipsi annexa, sed in eo, quod natura non patitur rebellionem partem inferioris ad superiorem, per motus rationem provenientes. In pura natura essent utique ejusmodi motus, sed facile superabiles, vi specialis protectionis Dei, et auxiliorum ordinis naturalis, quos Deus creaturæ suæ rationali non denegaret. Itaque subjectio partem inferioris ad superiorem, id est, sensitivæ ad rationalem, sic ut pars sensitiva non moveatur, nisi ex imperio voluntatis, qualis fuisset in Adamo, si non peccasset, non fuisset naturalis, sed supernaturalis. Sic D. Thom. 1^a part. q. 95. Manifestum est, quod subjectio illa corporis ad animam non erat naturalis, alias post peccatum remansisset, cum etiam in Demoniis dona naturalia post peccatum remanserint, quod insuper suadetur ex damnata Baji proposit. 13. Integritas primæ conditionis non fuit indebita naturæ humanæ, sed naturalis ejus conditio.

⁷⁹
 Nouus sententia examinata.
 S. 2.

Postquam proscriptæ in Baji fuerit proposit.
 41. Concupiscentia secundum suam essentiam est mala,
 et proposit. 55. Deus non potuisset creare hominem talem,
 qualis hodie nascitur. defendit nihilominus Nouus concupiscentiam esse secundum suam essentiam, malam. Deum-
 que non potuisse creare hominem talem, qualis hodie nascitur. Certum omnino est, quod si concupiscentia est peccata mala, Deus creans hominem cum concupiscentia esset auctor peccati: igitur, qui asserit concupiscentiam esse peccata mala, tenetur dicere Deum non potuisse creare hominem cum concupiscentia. Sic Nouus. ut evidens fiat, ait {Indic. col. 917} concupiscentiam esse malam secundum

propriam essentiam, non secundum imperfectionem sibi
annexam; exgo ne Deus auctor peccati dicatur, tenetur
sustinere Deum non potuisse creare hominem cum con-
cupiscentia, qualis hodie nascitur.

Jansenius, ut App. Constitutiones debilitet,
et corrodatur, questionis sensum declinare molitur scribens:
lib. 3 de nat. sap. cap. 22) Si quis quem admodum sonat accipiendum velit, profecto
hominem peccatorem ab initio creare potuisset, talis enim
nunc nascitur, scilicet peccato originali. Sic suadere con-
tendit fuisse inconsulto proscriptam proposit. 55 Baij: No-
visius vero, qui Jansenii impudentiam coercere debuit,
illius iudicium probat dicens: Thesis illa Baij hominem
non potuisse a Deo produci qualis hodie nascitur, juxta
amplam ejus significationem, vera est: quis enim dicat
posse Deum hominem condere cum peccato originali, cum
quo modo nascitur? Non quidem decuit imitari No-
visium, qui ad infamandam Ecclesie auctoritatem a
Jansenio dolore proferuntur. Inis enim nisi extreme
bardus estimet ab ecclesia damnari in 55 proposit. sen-
sum, qui a nullo hactenus potuit cogitari; nec Baijus
seminavit unquam, Deum potuisse creare hominem
cum peccato originali, sic enim aperte Deum face-
ret peccati auctorem. Injusto igitur est, de concupiscentia,
et ceteris humanæ vitæ calamitatibus, et imperfectionibus,
quibus modo nascitur homo. Deum non potuisse
creare hominem cum concupiscentia affirmat Baijus,
subscribit Jansenius, adhaeret Novisius, una confugiens
ad sensum extraneum. Ut inde Apostolicæ constitutiones
errorum cum veritate videantur imperite confundere.

Dicimus exgo Deum potuisse creare homi-
nem, qualis modo nascitur, non quod creari potuerit, pecca-
tus, qualis hodie nascitur, sed quia corpore mortali, et
quidem fragili, ingenio tardo, et hebeti, atque ad percipien-
dam

dam veritatem difficili, facili ad errorem, ad voluptatem labili, et prono, quod confirmat Conclit. Origenitus: prosci- bens Guernelli proposit. 35 Gratia Adamii est sequella crea- tionis, et exat debita naturae sanae, et integrae. Per gratiam Adamii intelligit Guernellus omnia gratiae dona primo Pa- renti concessa, quibus fuit spoliatus per peccatum: eago Clem. XI illam propositionem damnans declarat, nullum ex iis donis fuisse naturae debitum, consequenterque potuisse Adamum condi sine gratiae dono, et sine immunitate à concupiscentia.

Augustinus dixerit asserit, potuisse Deum creare hominem qualis modo nascitur, excepto peccato. Ad quam miseriam justae damnationis pertinet ignorantia, et difficultas, quam patitur omnis homo ab exordio natiuitatis suae, nec ab isto malo quisquam sine gratia liberatur; quam miseriam Pelagianii nolunt ex iusta damnatione Dei descen- dere, negantes peccatum originale: quamvis ignorantia, et difficultas, etiam si essent hominis primordia naturalia, non sic culpandus Deus, sed laudandus esset: sicut in eodem tex- tu libro disputavimus. De lib. arb. cap. 20, 22, 24.

Peccata eago causatur ab adversariis, quod si conderetur homo in pura natura, omnia illius peccata adscriberentur Deo, quod nulla potest ratione suaderi: Ete- nim si homo conderetur in pura natura, sine iustitia origi- nali teneretur tunc recte rationi conformari, nec ad hoc prestandum denegaret illi Deus auxilia eius statui consentanea. Concedendum est, ait D. Thom. quod in illo statu non defuis- sent motus concupiscentiae, mali quidem, et pudenti, quate- nus essent contra rectam rationem, et ad peccatum inclinantes, sed tamen eorum malitia nequaquam referenda esset in Deum, etiam si creasset hominem cum aliqua rectitu- dine naturali, primum tamen, et facilem ad errorem, et voluptatem. q. 5 de malo art. 1 ad 3.

398
 Jansenius sibi objicit damnationem à duo-
 bus Pontificibus latam contra proposit. 55, et immediate sub
 Tom. 2. lib. 3 de stat. nat. pua. cap. 2 } dit. Quid ergo ad propositionem, quam prescribit Ap. post. se-
 des? hæc, fateor, sed quid ad doctrinam Augustini clari-
 mam constantissimamque, quam toties probavit, et sequitur,
 sequendamque monuit Apostolica Sedes? Vult ergo Jansenius
 Ecclesiam sibi contradicere, et pervertatam esse: damnan-
 do tanquam erroneam, doctrinam, quam olim tanquam
 fidei veritatem probavit, et edocuit. Vult Ecclesiam igno-
 rare decimo sexto seculo, quod quinto seculo statuit. Vult
 Bullas S. Pii V, Gregor. XIII contra Bajum esse subrepti-
 cias, et S^{ta}. Sede indignas, malo dolo à Jesuitis extortas,
 vult Ecclesiam tantum damnare ad tempus, tanquam per-
 turbativam, et scandalosam doctrinam fidelibus ab Ecclesia
 propositam

Addit Jansenius Ecclesiam non damnare pro-
 positionem 55. tanquam falsam, sed tantum ob censuram,
 qua Bajus inurebat auctores oppositæ sententiæ. Ecclesia
 tantisper vetandam censuit, non tanquam falsam, sed
 tanquam pacis inimicam... ita censura obstrinçitur,
 quatenus prescribit offensivas, id confirmat Norisius
 Cum Bajus Pelagianæ hæreseos incusaret asserentes
 Deum potuisse creare hominem, talem, qualem hodie
 nascitur: hinc ob infamiz notam, quam oppositæ sen-
 tentiæ auctoribus inurebat, censuræ subjecta est... tan-
 tum damnatam, ut scandalosam, et offendiculo paten-
 tem, et hac ratione solum prohiberi. Mirabitur, qui
 legexit in Vindic. col. 1422. Norisium exclamantem
 Est impostura dicere Norisium pronuntiare, tantum
 ob censuram esse damnatam.

Pronuntiavit tamen quod sustineat ne-
 quit: quia propositio 55 nullam in auctores contrarios
 censuram jaculat, nec modalis est, sed omnino absoluta,
 haud

haud secus ac ista Unctio gratiae in statu naturae lapsae
 non restituta; non ergo licet propositionem absolutam
 ab ecclesia confixam propugnare. Barquium frastra appellat
Noisius: ille enim loquitur de una propositione modali, asse-
 rens propositionem strictè modalem ab ecclesia injuriam,
 posse censeri secundum modum duntaxat damnatam, quam-
 vis fieri possit, ut secundum dictum etiam damnatam,
 aut damnandam, censetur, et exemplum apponit in
 hac propositione: Hæreticum est dicere Deipnam Præteritum
conceptam esse in peccato originali, Noisius vero docet:
 propositionem, non modalem, sed absolutam ab ecclesia
 combustam, veram continere doctrinam, in quo à Bajo,
 et Jansenio discrepare nescit.

Animadvertendum est: quod si doctrina
 propositionis modalis damnata jam est in altera propo-
 sitione: tunc propositio modalis non tantum damnatur
 quoad modum, sed etiam quoad doctrinam: itaque hæc pro-
 positio: Liberaum arbitrium sine gratia Dei adiutorio non
nisi ad peccandum valet, sit absolute damnata. Hæc altera
Baji propositio modalis: Pelagianus est error dicere quod
liberum arbitrium valet ad aliquod peccatum vitandum
 damnata censeri debet quoad modum, et etiam quoad
 doctrinam. Quo ergo consilio adversarii contundunt
 damnari tantum quoad modum propositiones absolutas
 nulla censura implicitas per difficile non erit suspicari.

Noisius Recentiores Pontifices, sicuti et
Jansenius, notat tanquam antiquis Patribus, et S^{ct} Ecclesis
 adversos: Hoc utique passim Jansenistis graviant, execran-
 da libertate contendentes constitutiones Pontificias evante-
 re, ac exautorare, ut via pateat appellandi ad futurum
 Concilium: sic Jansenius ait. Ne igitur Pontificiam sedem
 in pugna secum relinquamus, nihil arbitror opportunius
 dici posse, quam Romanam Ecclesiam, cui non minus pax,

Lib. 3 de
Stat. nat.
Cap. 276
pag. 276

quam exauditio filiorum suorum cordi est, prudenti directione censuram dedisse). Norisus Jansenium imitatus: (Ne videamus Pontifices Recentiores, qui memoratam Thesim sepius proscipere, cum ipsamet Ecclesia committere, pauca subjiciam).

Insistit Norisus: Propositionem, de qua est questio, damnari respectivè ad propositionem 27. quæ ait: Antequitas primæ creationis non fuit indebita, non fuit indebita naturæ humanæ exaltatio, sed naturalis ejus conditio. Hæc tamen evasio in obsequium Baji videtur excogitata: quia si ita licet sacras constitutiones interpretari, per respectum unius propositionis ad aliam facillimum cuique erit universas Baji propositiones à censura eripere, et Apostolicas enervare constitutiones. Ecclesia omnes Baji propositiones in Bulla contentas damnat, ut censura dignas, aliter, ut quidam ex libris Baji, et aliorum in Bulla subjiciuntur. Pontifex termino illo respectivè, denotat non singulas propositiones promereri omnes censuras copulativè, tantum intendit nullam esse propositionem, quæ aliquam ex illis censuris non promeretur: id cuncti Theologi comprehendunt, nec arbitror Grammaticum dicturum per terminum respectivè ibidem denotari respectum unius propositionis ad alteram.

Dices: Non omnes Baji propositiones damnari: quia ipsamet Bulla docet: Nonnullas posse aliquo pacto sustineri.

Resp. omnes Baji propositiones damnari in proprio, et rigoroso sensu ab asectantibus intento. Si tamen eorum aliqua in aliquo sensu sustineri potest, minimum in sensu Augustini, non est profecto sustinenda in sensu proisus exotico, quem nemo Theologorum excogitavit, ut adversarii opinantur.

Dices tandem. Dato illam propositionem damnari

naae, ut intendit sua. nihil inde sequitur contra nostram
 Conclusionem: Nam ea solum damnata (in sensu proprio
 ab auctoribus intentum, id est, non solitarie, sed ut connexa,
 et cum aliis consentiens.

Eandem chordam pulsat: quis tamen Axioma re-
 vellavit Pontificiam intentionem, aut à quo tam pulchram
 glossam delibavit? Duo contendit ecclesia hac super re docere.
 1^{um} omnes Baji propositiones in Bulla contentas, esse censu-
 ra dignas, in proprio, et nativo eorumdem sensu. 2^o Proprium,
 et rigorosum sensum ab auctoribus intentum esse illum,
 quem genuina, et nativa vocum significatio protendit. Hic,
 si, ut Theologos decet synceae loquamur, est legitimus Bullae
 sensus, sin minus cuilibet licitum erit pro libito effingere
 propositionum sensum, et dicere illum certo esse determinatum
 sensum ab auctoribus intentum, quo censuram elidere, et
 inutilem, imò et noxiam constitutionem redere: quia in
 hac hypothesis Bulla nihil deserviret ad firmandam veram
 doctrinam, et peccidonea foret ad fovendas contentiones.
 is quidem fuit perpetuus in ecclesia mos in omnibus, quae
 definiunt, et praecipiunt, ne fideles cunctabundi, et perplexi re-
 maneant: praesumunt enim scriptores loqui in proprio,
 et nativo verborum sensu, cum is sit scripturae
 finis, ut mentem suam per signa propria,
 et clara manifestet. Quare semper intel-
 ligitur damnatus sensus verborum
 obvius, et nativus, nisi ex fidei
 regulis, aut ab inconvenienti
 ex communi Theologorum
 sensu sit adhibenda
 interpretatio.

An homo ratione peccati originalis incurrauit penam
privatiois potentiz proximz ad perseverandum
in bono?

Caput Ium

Affirmat Cardinalis Henricus de Novis in Sind. Aug. cap.
4. S. 10 inde deducens peccatum originis esse causam reprobationis
omnium damnatorum: quia vxo in baptizatis est remissum
originale quoad culpam; ideo subdit versus finem eiusdem
paragaphi in responsione cuiusdam argumenti, quod sibi
objicit, causam reprobationis baptizatorum esse radicaliter in solo
originali, et formaliter in actuali, quod per sequentia verba ex-
plicat: nullo pacto conceditur hominem baptizatum damnari
„ propter originale formaliter, et esse ratione illius, ut causz pro-
„ ximz reprobaturum; sed dicimus originale radicaliter esse causam
„ reprobationis fidelium, qui damnantur, quatenus ab illo ortum
„ habuit privatio potentiz expediz ad perseverandum, sub qua,
„ preciso auxilio speciali Dei, homo labitur in peccata, ob quz pro-
„ xime, et formaliter a Deo damnatur.

Sed ad advertendum est, diversitatem hanc, quam
statuit inter baptizatos, et non baptizatos solum esse intelligen-
dam quantum ad causalitatem proximam peccati originalis
in damnationem, quam utique non exerceat in baptizatis; exer-
cet vxo in non baptizatis; quia isti re ipsa damnantur etiam
propter originale, illi vxo minime. Quod attinet autem ad
causalitatem radicalem nullam videtur diversitatem statuere
inter utrosque, nec certe potest servata consequentia: nam cum
ex una parte privatio potentiz expediz ad perseverandum, quz
equz remanet in utrisque, sive culpa originalis sit illis remissa,
sive secus, habeatur ab hoc Authore tanquam effectus, et pe-
na peccati originis, non minus adest carnis concupiscentia:

2
ut aut dicto S. 1o 2. est ignota celebris, et 2. ignota paucis; ex
altera vero parte cum ab hac privatione, ut censet ipse, oriatur
in utrisque lapsus in peccata personalia; non posset consequentia
servata potius de fidelibus, quam de infidelibus diverso modo explica-
re causam damnationis radicalem.

Hoc posito, conclusionem suam multipliciter
probat: 1.º quia per peccatum originis factus est homo natura
filius iust, et indignus qualibet gratia; ergo factus est indignus
gratia sanctificante, qua accedat ad Deum, et gratia finalis per-
severantis, per quam non amplius à Deo recedat, sed gratia
perseverantis finalis facit hominem proxime potentem, et ex-
peditum ad ita operandum, ut possit perseverare, et non in
statu sanctitatis: ergo eius privatio facit hominem impoten-
tem proxime, et expeditum in bono perseverare. 2.º quia Tridentinum
sess. 6 can. 22 definit ita: Si quis dixerit iustifica-
tum vel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia perseve-
rare posse, vel cum eo non posse anathema sit. At sancti,
et iustificati orant, ut Deus det illis perseverantiam: non igitur
illam habent, alias non esset speciale Dei beneficium à gra-
tia justificationis distinctum. Atque hoc argumentum, ait,
esse D. Aug. cap. 23 de bono perseverantis.

3.º quia sicut homo potuit per primum
peccatum subire penam concupiscentiæ ad agonem; sic
potuit subire penam privationis potentiæ proxime, ut perse-
veret: ergo perseverantia non est debita naturæ, sed gra-
tiæ, atque a deo potest non dari, vel data auferri. 4.º quia
S. Gregorius Papa in illud Psal. 101 Cinerem tanquam
panem manducabam, inquit, ex peccato patris parentis
accepimus, ut ne in ipsa iustitia stabiles esse possimus:
habemus ergo in penam talis peccati privationem po-
tentiæ proxime ad perseverandum. 5.º quia homo per
peccatum originis factus est massa perditionis, ita ut
seclusa gratia Redemptionis nunquam inde suis viribus
potuisset

potuisset resurgere, quod aperte statutum est ab Innocentio I,
et Concilio Africano contra Pelagium: ergo potuit divina
iustitia genus humanum originali infectum perpetua dam-
natione punire: per tale ergo peccatum contraxerunt homi-
nes penam privationis potentis proximè ad perseverandum.
Adjungit his plura Augustini testimonia, de quibus oppor-
tunius sequente sectione.

Adjungit etiam contra P. Adamum, natio-
ne Gallum (quem, aliosque Societatis nostræ doctos, piosque
vivos in reverentia, et proccacitatis in magnum Augustinum
accusat ipse, et damnat, adeoque acriter, et amara leniter
in eo. invehitur, ut extra omnes non modo religiosæ
sed et christianæ modestiæ, cancellos excurrene civi-
tatem syncretæ, et extra partium contentionem perpenden-
ti merito videri possit) adjungit, inquam, sententiam
Augustini de reprobatione ex peccato originali orta Theo-
logos Societatis defendere jussos esse à P. Claudio Aquavi-
va, Prefecto totius familiæ; nam in famula, vel ratione
studiorum, quam ad provincias misit titulo de opinio-
num delectu regula 6 dicitur: non solum ex parte nostra
nulla fuit ratio, seu conditio prædestinationis, sed neque
absolute dicendum est, esse in nostra potestate, ut prædes-
tinemus: nec salvi fient ulli nisi prædestinati. Et regula
13 ita habetur, reprobationis, qua ceteri homines excidere
ab ultimo fine permitti sunt, causa fuit peccatum origi-
nale.

Sed præfecto hæc parum opportune affexun-
tur à Nois in sua sententiæ confirmationem; ab ea enim
toto celo distant. Ad primum testimonium dico ibi esse
sermonem de prædestinatione quoad omnes ejus effectus
includendo etiam primam gratiam, cujus certe nulla
datur causa ex parte nostræ, non autem de prædestinatione
prout dicente de actum electivum ad gloriam: nam hoc

esse post absolute praevisa merita, et decessum in gratia
 à multis è Societate ante, et post divulgationem ejus libri
 {quì scilicet 1.º excussus est jussu Congregationis 5.º an.
 1590, atque iterum nonnullis additis jussu Congregatio-
 nis 7.º an. 1616} non tantum in ejusdem Societatis Scho-
 larum defensum, sed et typis mandatum est de licentia nos-
 trum P. Generalis, qui certe publicam illius regulæ à dictis
 Congregationibus approbatæ infractionem non permitteret:
 non ergo mens illius est, qualem putat Novis, sed qualem
 nuper diximus.

Deinde gratiæ permissio {quod tamen fal-
 sum est} regulam illam loqui de electione positiva ad glo-
 riam ante merita absolute praevisa: nulla certe est con-
 sequentia ad reprobationem positivam ante demerita
 personalia ex solius originalis praevisione factam: non
 enim regula illa 13 {unde respondetur ad 2.º} loquitur
 de positiva reprobatione, sed solum de permissiva, ut
 manifestè patet ex ejus verbis, qua ceteri homines ex-
 cidere ab ultimo fine permissi sunt. Nihil ergo Docto-
 res Societatis peccant, nec contra rationem Augustinum
 sibi praescriptam, nec contra Augustinum, si reproba-
 tionem positivam ex solo originali etiam in suis ho-
 minibus, quibus illud remissum est, toto animo aver-
 sentur, et horreant: nam ea reprobatio ex praedictis
 regulis ne verosimiliter quidem colligi potest. Ex Au-
 gustino vero non colligitur sufficienter, multoque mi-
 nus privatio potentis proximæ ad perseverandum,
 quam in reprobis statuere conatur Henricus.

Sit ergo nostra conclusio: quamvis Deus
 potuisset simpliciter, et absolute, seu attentis naturis re-
 rum negare homini constituto sub peccato originali
 omnem gratiam ad resurgendum, non tamen defacto
 illam negavit, et multo minus negavit potentiam parvulam
 ad

ad bene agendum, et perseverandum in bono. Prima conclusio pars admittitur ab omnibus Catholicis; quia cum homo per originale peccatum amitteret sanctitatem, et justitiam, incuraretque iram, et indignationem Dei cum morte, et captivitate Diaboli, ut docet Tridentinum sess. 5.^a potuit abs dubio Deus illum relinquere in tali statu absque ullo remedio, ad quod non tenebatur: ergo potuit non solum illi negare potentiam proximam ad perseverandum, sed etiam potentiam simpliciter necessariam ad resurgendum, atque adeo ad operandum, sicut oportet ad salutem. In hoc nulla est apud Theologos controversia.

2.^a etiam pars est certa de fide, per quam credimus, Deum misisse filium suum Unigenitum, ut omnes omnino homines etiam reprobos redimeret a potestate Diaboli, et daret illis potestatem filios Dei fieri, ut dicitur Joan. cap. 1.^o sed hæc gratia redemptiva nihil prodesset, si defacto nobis denegaret gratiam omnem ad resurgendum, et actuales gratias, quibus possumus gratiam redemptionis applicare ad observantiam Legis Evangelicæ à Christo Domino institutæ: ergo defacto predictas gratias non negavit; sed de hoc uberius infra.

3.^a pars, que præcipuus hujus controversiæ scopus est; probatur multifariam. 1.^o ex Concilio Arausiano 2.^o quod Canone 25.^o ita loquitur: Hoc secundum
 ,, fidem Catholicam credimus, quod accepta per baptismum
 ,, gratia, omnes baptizati, Christo auxiliante, et cooperante,
 ,, que ad salutem pertinent, possint, et debeant (si fideliter
 ,, laborare voluerint) adimplere: ergo omnes baptizati (atque
 ,, adeo etiam reprobi, cum negari nequeat, plures esse inter
 ,, baptizatos, qui reprobi, et damnandi sunt) possunt, et debent,
 ,, que ad salutem pertinent adimplere, si fideliter velint labo-
 ,, rare: ergo possunt, ac debent servare divina mandata,
 ,, et perseverare; nam hæc non solum ad salutem pertinent;

sed sine illis obtineat nequit salus. At si reprobi baptiza-
ti habent ex peccato originali privationem potentis pro-
ximis expeditis ad perseverandum, nec debent, nec possunt,
etiam si velint, in observatione mandatorum perse-
verare.

Patet, nam ea potentia proxima involvit
omnia essentialiter requisita ad libertatem, vel ad posse
libere perseverare, ut nemo negat: ergo cui talis potentia
proxima deficit, aliquid essentialiter requisitum deficit ad
posse libere perseverare: atque adeo ipsum posse libere perse-
verare deficit: ex alia vero parte tale posse nequit adqui-
rere etiam si velit. Probatur: nam causatae impoten-
tiae proxima ad perseverandum iuxta Novis est, hominem
illum infectum fuisse peccato originali, quod etiam si
in baptismo ei remittatur quoad culpam, et quoad poe-
nam aeternam ei peccato correspondentem: non tamen
remittitur quoad istam poenalitatem privationis potentis
proxima ad perseverandum (nisi solum predestinationis ex
speciali auxilio Dei) sicut non remittitur quoad poenali-
tatem fornicis, vel concupiscentis ad agonem relicti, quod
exemplum identidem inculcat Novis licet valde ineffi-
cax, ut postea videbitur. Jam sic, sed homo ille etiam
si velit tollere non potest hoc quod est infectum fuisse
peccato originali, ut est manifestum: ergo etiam si ve-
lit, tollere non potest causam, vel radicem inferentem
in ipso privationem dictae potentis proxima, atque adeo
tollere a se non potest talem privationem, nec adquire-
re eam potentiam, vel posse libere perseverare, ac per
consequens nec debet, nec potest simpliciter persevera-
re: nam debitum ad impossibile nullum datur.

2.^o eadem assertio probatur, et roboratur ex
Tridentino sess. 6 Cap. 11 initio ubi ait: nemo temeraria
"illa et à Patribus sub anathemate prohibita vocatur",
Dei

„Dei praecepta hominibus justificato ad observandum esse impossi-
 bilia. Idem eisdem feci verbis repetitis Canone 18. Unde ar-
 quitur: nihil aliud ad perseverandum requiritur, quam ser-
 vare mandata divina, inter quae unum est de perseverantia et
 conservatione iustitiae acceptae donec appareamus ante Tribu-
 nal Christi Domini, et habeamus vitam aeternam, ut ait idem
 Tridentinum sine Cap. 7. ejusdem sessionis: ergo hoc praeceptum
 perseverandi in accepta iustitia non est observatum impossi-
 bile reprobis per baptismum justificato: aliquid enim jam
 aliquod praeceptum Dei esset hominibus justificato impossibile
 observatum, contra expressam Concilii definitionem.

Tunc sic: ut si reprobus justificatus, ut con-
 tendit Novus, habet ex peccato originali privationem potentiae
 proximae ad perseverandum, praeceptum perseverandi illiusque ob-
 servantia est illi impossibilis. Tum, quia chymera est, quod
 observantia alicujus praecepti habeatur sine potentia proxi-
 ma ad illud observandum. Tum maxime, quia idem Tri-
 dentinum Canone 22 definit: justificatum sine speciali au-
xilio Dei in accepta iustitia perseverare non posse: ut re-
 probis justificato negat Novus saepissime dicto paragrapho hoc
 speciale auxilium: ergo negat illi posse perseverare; sed
 impotenti perseverare impossibile est observatio praecepti
 perseverandi: ergo dicto hominibus impossibile est ejus prae-
 cepti observatio, atque adeo in ejus violatione non peccabit.

Dices cum Henrico dicto paragrapho 10. 3. Ex-
pedienda hic est difficultas, et 3. obijciunt plures, posteros
 peccare non perseverando, quia sufficit ad peccandum de-
 nore, si impotentia, vel amissio potentiae proximae perse-
 verandi sit inflicta in penam praecedentis peccati origi-
 nalis, quod facillime potuerunt vitare in capite: quia
 Adamo nihil defuit ex parte Dei, ut vitaret peccatum,
 quo posteri maculantur, et in accepta iustitia, posteros,
 si bene ageat, transfundenda, perseveraret. Adducit

in Suius solutionis confirmationem Augustinum lib. de
 Correctione, et gratia.

Sed omīssa pro nunc S. huius Doctoris
 expositione, quam commodiori loco reservamus, contra in-
 vixio: effectus, qui solum est liber in causa, non habet aliam
 formalem libertatem, quam libertatem suę causę: at iuxta
 hanc solutionem transgressio præcepti perseverandi orta
 ex impotentia ad perseverandum proxima inflicta pos-
 teris in penam originalis est solum libera in originali
 tanquam in sua causa: ergo non habet aliam libertatem
 formalem, quam libertatem suę causę. In hoc syllogis-
 mo nihil video, quod negari possit: quia consequentia
 est evidens; Major ex ipsis terminis nota; Minor vero
 præterquamquod in solutione data continetur, probatur
 clari exemplo ejus qui in ebrietate homicidium commi-
 sit: etenim quia homicidium illud non alio modo vita-
 ri potuit, quam vitando ebrietatem, ideo ab omnibus
 dicitur liberum non in se, sed in causa: at postea Ada-
 mū, qui non perseveravit in gratia per baptismum ac-
 cepta, non potuerunt alio modo iuxta solutionem vita-
 re transgressionem personalem præcepti perseverandi,
 quam vitando originale in capite: ergo non vitato
 originali, ea transgressio non est formaliter libera in
 se, sed in causa.

Sic sic: atqui peccata transgressio
 est novum peccatum mortale, quia est peccatum persona-
 le, propter quod iuxta tuam doctrinam illi homines pro-
 xime, et formaliter damnantur: ergo in statu naturę
 lapsę ad peccatum formale, et demeritum sufficit liber-
 tas qua voluntarium, ac liberum fuit in causa sua, scilicet,
 peccato originali, et voluntate Adam peccantis.
 Hęc ultima consequentia, que recto consequentię filo
 videtur ex antecedentibus deduci, est 1^a propositio

ex damnatis ab Alexandro VIII die 7 Decembris anno 1630.

Contra iterum: non minus homo lapsus transit ex peccato originali impotentiam ad perseverandum in bono, quam ad vitandam mortem, et impediendum motus deordinatos concupiscentiæ contra rationem, ut habet Henricus loco allegato §. Objiciunt plures Unde ita arguo: ideo homo carens dono integritatis in penam originali, non peccat, non vitando mortem, et rebellionem carnis, quia est impotens vitare utrumque, quamvis hæc impotentia sit contracta tanquam ex causa ex originali, et in penam ejusdem: siquidem Tridentinum Sess. 5. defuit concupiscentiam, ejusque motus indeliberatos non esse vere, et proprie peccatum, sed effectus peccati: ergo nec homo impotens perseverare in bono peccat non perseverando, etiam si talis impotentia sit effectus, et pena peccati.

Ordos exemplis: pone duos homines, quorum alter careat pecuniis sine culpa, alter vero in penam proprii carnis: certe æque hic secundus, ac ille primus non peccat non erogando elemosynam egenis existentibus in extrema necessitate quibus ex præcepto subveniendum esset. Quasus obligetur Petrus ex præcepto, aut voto ad deferendam propriis manibus facem accensam tempore, quo defertur sacra hostia in viaticum moribundis; deinde vero in penam delicti sint illi recisæ manus, hic profecto carens manibus tametsi sua culpa, non peccaret contra votum, aut præceptum non deferendo facem. Demique si Deus amputaret Paulo pedes in penam homicidii, quis nisi stultus diceret illum non ambulando peccare contra legem præcipientem deambulationem etiam si impotentia ad ambulandum sit effectus penalis ortus ex homicidio: similiter ergo in casu nostro discurrendum.

Hinc Augustinus, ea quæ sunt sine poten-
 tia ad oppositum, non appellat propriè, et absolute peccatum
 in se, sed minus propriè, aut per denominationem à causa cu-
 jus sunt effectus, ut habet lib. 5 de Lib. arb. cap. 18 inquiens:
 „illud quod ignorans quisque non rectè facit, et quod rectè vo-
 „lens facere non potest, ideo dicuntur peccata, quia de peccato
 „illo liberæ voluntatis originem ducunt: illud enim per accidens
 „meavit ista sequentia. Nam sicut linguam dicimus non
 „solum membrum quod movemus in ore cum loquimur, sed
 „etiam quod hujus membri motum consequitur, id est, for-
 „mam, tenoremque verborum, secundum quem modum di-
 „citur alia lingua Græca, alia Latina; sic non solum pecca-
 „tum illud dicimus, quod propriè vocatur peccatum, libera
 „enim voluntate, et à sciente committitur; sed etiam illud
 „quod jam de hujus supplicio consequatur necesse est.

Quare sicuti ad Augustino appellatur pro-
 priè lingua membrum quod movemus in ore, et minus
 propriè, aut denominativè tenor verborum ex cuius diver-
 sitate dicimus aliam esse linguam Græcam, Latinam aliam,
 eo quod ex motu illius membri ea diversitas sequatur;
 ita appellatur propriè peccatum quod committit volun-
 tas cum potentia proxima, et sufficienti ad oppositum;
 effectus vero ad illud consequentes dicuntur peccata, sed
 minus propriè per denominationem à causa peccamino-
 sa, ex qua derivantur: sicuti de concupiscentia ex-
 pressè aserit Tridentinum in Decretis de peccato origi-
 nali.

Dices tamen si ego provideam me in
 ebrietate occisurum Petrum, utique dico peccare peccato
 ebrietatis, et homicidij, quamvis occisio sit solum libera
 in causa: ergo similiter in casu presenti. Hæc paritatem,
 quia sicut incidens in morbum ex intemperan-
 tia, vel alia mala causa, ob quam nequit interesse sa-
 cris

cro, aut jejunare, non est reus omissionis sacri, vel fractionis jejunij, quia licet culpabiliter contraxerit morbum, ex quo necessario fit impotens observare utrumque preceptum, noluit tamen, nec intendit causam morbi, ut non jejunaret, aut sacro non assisteret, nec previdit impotentiam ex ea causa derivandam: similiter ex eo in nostro casu, cum nec Adam, nec posteri previderent, aut liberè acceptaverunt hanc impotentiam ortam juxta te ex originali, et multo minus transgressiones inde consequentes, nequeunt hujusmodi transgressiones esse peccata distincta à peccato, ex quo nascuntur.

Inare cum S. Thomas 3 contra Gentes cap. 160 (sic eum interpretante Ferrara ibi S. quia autem posset, et S. ex ista responsione) docet posse imputari ad culpam aliquid impossibile si fiat impossibile ex culpa precedenti, sicut ebrius ab homicidio non excusatur, quod per ebrietatem committit, quam sua culpa incurrit. Scias ipsum loqui de homicidio passivo, et acceptato in causa, scilicet ebrietate; non vero independentè à tali provisione, et virtuali acceptatione. Ideoque rectè ait Augustinus lib. 22. contra Faustum cap. 4 Incestum patratum à Loth cum filiabus non meruisse aliam pœnam, quam debitam ebrietati: quia nec fuit passivus, nec voluntarius in se, sed passivè in ebrietate, ut notat Bellarminus lib. 2 de gratia, et libero arbitrio cap. 7
 S. At nec hæc solutio.

Solvuntur argumenta
 ex Henrico proposita.

Caput 2.^m

Ad primum respondeo solum probare potuisse hominem relinquere in statu perditionis, ex quo suis viribus

refuagere non potuisset, atque ad id gratiam redemptivam
 uti nobis plane indebitam potuisse absolute negari; non
 tamen postquam Deus dedit nobis potestatem filios Dei
 fieri, et misericorditer nos elevarit per Christum Domi-
 num ad statum divini adoptionis; in quo cum Deus pro-
 fixerit nobis vitam eternam, non solum ut hereditatem,
 sed etiam ut mercedem correspondentem nostris labo-
 ribus subeundis in observantia divini legis tenebatur
 nobis dare vires sufficientes ad operandum; aliter pro-
 cepisset impossibilia, et in ipsa elevatione magis nos
 depressisset: posuisset enim in tali statu, in quo non
 haberemus sufficientiam nisi ad malum, negata suffi-
 cientia ad bonum, quod est hæresis Calviniana.

Ad secundum respondetur perseveran-
 tiam finalem esse quidem speciale donum Dei, quod ta-
 men Clementissimus Dominus ita in nostra potestate
 posuit, ut licet nostris solis viribus perseverare non possi-
 mus, sed necessario indigeamus gratuito Dei auxilio pro-
 veniente, et cooperante, at nulli utrumque absolute negat,
 sed potius ex parte Dei donum istud paratum est omni-
 bus, si faciant quod possunt cum auxilio, quod jam ha-
 bent, et facere debent ad donum illud consequendum.
 Ita expressè docuit Tridentinum Sess. 6. Cap. 13 per hæc
 verba: Nemo sibi certi aliquid absolute pollicetur
de perseverantiz munere; tametsi in Dei auxilio firmis-
simam spem collocare, et reponere omnes debent;
 Deus enim nisi ipsi illius gratiz defuerint, sicut cepit
 opus bonum, ita perficiet operans velle, et perficere. Ita-
 que illis non deest gratia qua possint perseverare, et per-
 severare, si per eos non steterit, id quod certissimum,
 et indubitatum esse debet, ut in Deo possint, et debeant
 justè omnes firmissimam spem collocare, et repo-
 nere.

Dices habere quidem justos auxilium sufficiens ad vitanda singula peccata, non vero collectionem eorum multo tempore, quod necessarium est ad perseverandum. Respondeo in primis perseverantiam brevissimi temporis posse sufficere ad vitam eternam, ut si justificatio fiat in fine vite. Deinde ita recipit justus auxilium ad vitandum s. q. primum peccatum, ut si tunc faciat quod in ipso est, et oret Deum sine dubio recipiet majus auxilium ad continuandam perseverantiam, quod si semper oret, semper etiam inveniet majus auxilium paratum: atque adeo semper est in potestate ejus auxilium obtinere etiam ad collectionem eorum omnium, quae ad perseverandum requiruntur. Unde vides peccatam inferae Henricum carentiam potestatis providere ad perseverandum eo oratione qua petimus auxilium, ut possimus, nam auxilium quod orando petimus, non est id ipsum quod jam habemus, cum oramus, et cujus ope a Deo postulamus auxilium ulterius necessarium, et sufficiens, ut praecepta divina observemus.

Itaque duplex auxilium distinguendum hic est, unum sufficiens, et necessarium ad orandum, alterum sufficiens, et necessarium ad observandum praeceptum. Hoc secundum non deest fidelibus, quando inest praecepti observandi obligatio, nisi ex eorum culpa, et negligentia, quia illud non postulant, nec utuntur gratia sufficiente, quam habent ad orandum, sed vel negligunt, vel quod pejus est, temerarie presumunt de suis viribus, ut contigit D. Petro, aliisque in exemplum adductis a Jansenio, qui eandem ut mihi videtur Henrici sententiam quoad punctum praesens tenet {quidquid sit de excoisibus, quos in ipso Ecclesia damnavit, a quibus liberum fuisse Henricum formaliter saltem mihi dubium non est} adductis inquam, tom. 3.

lib. 3. in Augustinum pluribusque locis in quibus affirmat Deum non dare omnibus fidelibus, nec etiam iustis quibuslibet gratiam sufficientem ad salutem, vel ad observanda Dei mandata: imo quotquot, et quotiescumque peccant, careere gratia sufficiente ad non peccandum, et quotquot ex iustitia excidunt careere auxilio sufficiente, et necessario ad perseverandum: ac denique reprobis, si aliquando sunt in statu iustitiae, Deum subtrahere gratiam suam, per cuius subtractionem labuntur in peccatum mortale, et finaliter non perseverant.

Ut vero inefficacia huius argumenti petiti ex oratione clarius innotescat, querendum est ab Henrico, an illis, quibus iuxta ipsum deest potentia proximè expedita, vel auxilium speciale requisitum ad posse perseverare, desint quoque vires sufficientes ad orandum, et petendum tale auxilium, vel non? Si hoc secundum: ergo illi homines simpliciter, et absolute possunt perseverare, quia simpliciter, et absolute possunt auxilium praedictum oratione impetrare: nec enim frustra petimus, inquit Augustinus lib. de gratia, et libero arbitrio cap. 16, sed orando fides impetrat, quod lex imperat. Et ut ait Tridentinum dicto cap. 13 sess. 6.^a Deus nisi homines illius gratiae defuerint, sicut cepit opus bonum, ita perficiet operans velle, et perficere. In autem iuxta praesentes vires, quas habet ad orandum, orat, hic utique gratiae Dei non deest, sed illi correspondet, ut est evidens.

Si vero dicatur primum, scilicet illis hominibus deficere auxilium sufficiens ad orandum res dicitur manifestè contraria Tridentino, et Augustino: Tridentino quidem, quia dicta sess. 6. cap. 11 post verba supra relata immediate subiungit: Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet, et facere quod possis, et petere quod non possis, et adjurat, ut possis. Augustino etiam, quia ex hoc

hoc S. Doctore lib. de Natura, et gratia cap. 43 desumpsit
 Tridentinum omnia fere verba nunc relata, quibus adjun-
 gendum est quod eodem lib. cap. 63 docet, scilicet: eo ipso quod
 „fianissimè creditur Deum justum, et bonum impossibilia
 „non potuisse precipere, hic admonemur, et in facilibus quid
 „agamus, et in difficilibus quid petamus.

Denique ad rem nostram opportunissimè
 Cap. 7 de Corruptione, et gratia sic fatuit: Si nemo libera-
 „tus à damnatione, quæ facta est per Adam, nisi per fidem
 „Christi, et tamen ab hac damnatione non se liberabunt qui
 „poterunt dicere non se audivisse Evangelium Christi: cum
 „fides ex auditu sit: quanto minus se liberabunt qui dictu-
 „ri sunt perseverantiam non accepimus? Justior enim
 „videtur excusatio dicentium, non accepimus audientiam,
 „quam dicentium non accepimus perseverantiam; quoniam
 „potest dici homo in eo quod audieras, et tenueras, in eo
 „perseverares, si velles: nullo autem modo dici potest id
 „quod non audieras, crederes, si velles.

Ecce juxta S. Doctorem justè qui peccant
 defectu perseverantiæ non possunt hanc præterire excusa-
 tionem { quia certè nulla justior præteri posset } scilicet,
 quod fuerint auxilio necessario destituti: fatetur enim
 eos potuisse perseverare, si vellet, cujus planè oppositum
 asserit Henricus.

Nisi forte velit nugatorie respondere, quem-
 admodum facit Jansenius dicens, justos licet careant
 auxilio sufficiente ad perseverandum, posse nihilominus
 perseverare, si velint, quia si vellet, perseverarent, ta-
 meti id velle non possint, nugatorie inquam, nam jux-
 ta proprium inter homines loquendi modum { juxta
 quem intelligi debent verba Conciliorum, et Patrum } non
 dicitur quisquam posse aliquid facere, si velit, si non
 potest velle in facere, et non potest facere nisi velit: ex. g.

non dicimus, nec dicere possumus Deum posse peccare, si velit, aut posse si ipsum odire, si velit, quia neutrum potest velle, tametsi equè verum sit, quod si vellet peccare, peccaret, et si vellet se odire, se odio haberet: similiter ergo ineptissime dicebantur justis destituti sufficientibus auxiliis posse perseverare si velint, cum juxta Hieronimum id velle non possint.

Ad tertium nego antecedens, et paucitatem: quia concupiscentia, licet inclinaret ad malum, non tamen necessitat, et ideo possumus, gratia confortati illi resistere, et resistendo de illa triumphare, ut faciunt Sancti: aliter enim si nos inevitabiliter prosterneret, non esset ad agonem, sed ad penitentiam. At privatio potentis proximè ad bonum inevitabiliter nos induceret ad lapsum, quia tollexer vires ad resistendum malo, et inermes nos exponeret potentissimo hosti: non ergo daretur ad agonem, sed ad interitum, nec esset puxa penalitas, sed carentia mediæ necessariæ ad consequendum finem ultimum, quem proinde, contra quod testatur Apostolus, non vellet Deus serio, et sincero affectu omnibus hominibus.

Ad quartum: nego consequentiam: eo enim quod solis propriis viribus perseverare non valeamus, ut docet magnus Gregorius, infertur quidem, indigentia divini adjutorii, non tamen privatio absoluta potentis proximè: cum enim Deus juxta auctoritates supra expensas nulli neget auxilium sufficiens ad bene agendum, et in bono perseverandum, vel saltem auxilium sufficiens ad petendum, et oratione obtinendum adjutorium, quo caret; à nullo absolute subtrahit dictam potentiam, qua simpliciter potens sit perseverare, si velit, vel nisi sua culpa gratiæ, quam habet, impedimentum apponat.

Ad quintum concessio primo entimemate,
negatus

negatur ultima consequentia: ex eo enim quod homo in natura lapsa non possit solis suis viribus resurgere, libera-
 ri que a captivitate peccati, et operari sicut oportet ad sa-
 lutem: non sequitur quod simpliciter non possit supplente
 Deo suis gratuitis auxiliis defectum virtutum prius homi-
 nis: hoc vero supplementum, licet absolute indebitum,
 nulli tamen defacto negatur, postquam Deus misit Fi-
 lium suum tanquam veram lucem, quae illuminat om-
 nem hominem venientem in hunc mundum: quod uti-
 que Chrysostomus, Clemens Alexandrinus, saepeque Pa-
 tres intelligunt de supernaturali illuminatione, illustrante
 omnes quantum ex parte ipsius lucis, ita ut si aliqui
 non illuminentur non ex lucis defectu, sed ex ipsis id
 procedat. De nullo ergo potest vere dici, quod nequeat
 perseverare ex defectu potentiae absolute talis, id est, quae
 vel actu proxima sit, vel quam ipse orando, gratisque,
 quam actu habet non resistendo, facere proximam
 valeat.

Equivocatio autem huius Authoris ex du-
 plici capite nascitur: 1.º ex eo quod confundat poten-
 tiam proximam, quam habuit Adam ad perseveran-
 dum in statu innocentiae cum ea potentia, quam nos
 habemus in natura lapsa. Quia ergo Adam in eo
 statu cum paucioribus auxiliis potuisset facile perse-
 verare ratione originalis iustitiae, qua pax inferiori
 superiori plene subiciebatur, ideo infertur quidem
 dari in nobis privationem similis potentiae qua possi-
 mus iisdem auxiliis facilitate perseverare: amissimus
 enim donum illud integritatis, quod subiciendo ap-
 petitum dabat homini maximam ad bene agendum
 facilitatem: non tamen infertur dari in nobis privatio-
 nem omnis potentiae proxime ad perseverandum, quia sal-
 tem difficultate, et cum lucta cum iisdem auxiliis vincere.

perseverare, et coronari possimus: alias vana esset illa
Apostoli adhortatio, qua in persona Timoth. epistola ad
ipsum 1.^a cap. 6. ver. 12 ceteros omnes fideles ad vixili-
ter certandum accendit his verbis: certa bonum certa-
men fidei, apprehende vitam eternam.

Secundo vitium Henrici equivocatio ex
eo quod sepe confundat potentiam proximam ad perseve-
randum per modum habitus, seu actus primi cum ipso
dono actualis perseverantis, inferens illo primo dono ca-
reere omnes, qui secundo carent, seu qui actu non per-
severant: hęc autem illatio non est bona, quia sicut
Adam, licet habuerit potentiam proximam ad per-
severandum in statu innocentis, actu tamen non per-
severavit: ita ex non perseverantia finali multorum
non valet consequentia ad privationem potentis pro-
ximę perseverandi.

Hęc distinctio per oculos habita oc-
curritur facile plerique testimoniis quę pro se allegat,
ex Augustino sepe asserente, pluribus perseverantis
donum negandum esse, quod non ita accipiendum
est, ut velit eis negatam esse potentiam sufficientem
ad perseverandum, vel auxilia prævenientia, quę eos
possunt ad perseverandum adjuvare (hoc enim non
componitur cum his, quę supra ex eodem S. Doctore
Cap. 7 de Coarceptione, et gratia retulimus) sed tantum
loquitur de dono perseverantis actualis, quod licet Deus
quantum est ex se omnibus offerat, ne tamen ipsa
non omnibus concedit, quia multi sua culpa obi-
cem ponunt, ejus liberalitati resistendo, aut non
utendo auxiliis gratię prævenientibus, quibus cum
si illi facerent, quod possunt, aut peterent quod
non possunt, utique eis completum perseverantis
donum dedisset.

In peccatum originale intulerit privationem
auxilij sufficientis ad non peccandum, et
antecedentem necessitatem peccandi?

Caput 3^m

Affirmat præallegatus Cardinalis in Indiciis August.
Cap. 3 §. 6. §. Sex igitur ex Augustino, ubi præpe-
finem ait; licet humanum genus ex peccato patris pa-
rentis incurrauit antecedentem necessitatem peccandi,
Christi tamen beneficio sublata est: et §. Nam si
lex arguens contra Doctores asserentes legem datam
homini secum necessario habere connexam gratiam,
sufficientem, quæ ad præcepta implenda juvaret, inquit;
Nam si lex ut obliget infert semper assistentiam gra-
tiz sufficientis, sequeretur gratiam sufficientem ad ob-
servantiam legis necessariam non fuisse amissam
ex peccato Adæ, quod licet à pluribus concedatur, pu-
to esse falsissimum. His addendum quod capitibus
proximis ex eodem Authore desumptum impugna-
vimus, scilicet; Adamum ex peccato perdidisse sibi,
et nobis auxilium constituens potentiam proximè
expeditam ad perseverandum: si enim gratiam
sufficientem ad observantiam legis necessariam, non
perdidisset; utique nec potentiam ad perseverandum
expeditam perdidisset, quod per se est manifestum,
et multo magis in principiis hujus Authoris.

Pro quo adverte ab Henrico non agros-
ci aliam potentiam sufficientem quam potentiam
proximè expeditam: ideoque potentia demota, quam
collatam dicit homini lapsæ, non est juxta ipsum

potentia sufficiens: nusquam enim eo tractata eam appellavit sufficientem, uti certe appellasset, si eam agnovisset tanquam speciem potentie sufficientis distinctam ab alia specie sufficientis potentie, scilicet, proxime expedita. De quo ideo vos monitos volo, ne putetis ab ipso admitti potentiam sufficientem, cum admittit remotam, nequaquam solam sufficientem proximam: nam dicto Cap. 3 S. 6. 8. Nam si lex universalis, atque absque ulla distinctione dicit amissam fuisse gratiam sufficientem necessariam ad legis observantiam, quin ibi, vel alibi limitet hoc ad amissionem solius gratie sufficientis proxime, quia non agnoscit duas species sufficientis, quoniam una, et non alia negotia

Hic praeponitur, ut nostra conclusio: in poenam peccati Adz non fuit sublatum reprobia auxilium sufficiens ad observantiam mandatorum, nec fuit contracta necessitas antecedens peccandi. Ita Magister in 2 distinct. 25 ubi distinguens tres modos libertatis, scilicet, a necessitate, a miseria, et a peccato subjungit, a necessitate, et ante peccatum, et post, quae liberum est arbitrium: et post pauca, libertatem a servitute peccati hominem peccando amississe fatetur, non tamen libertatem a necessitate, inquit: Augustinus dicit in Enchiridion. scilicet Cap. 30 quod homo male vivens libero arbitrio, et se perdidit, et ipsum, quia perditam est per peccatum libertas non a necessitate, sed a peccato, qui enim facit peccatum, servus est peccati.

Magistrum sequitur Angelicus Doctor ibidem art. 4 ad 1^m sic loquens: Libertas a necessitate sequitur naturam potentie, et ideo per actus, et habitus non variatur: et art. 5 in corpore cum dicitur dicitur duplicem

duplicem coactionem, aliam perfectam, et imperfectam aliam,
 Subdit: Si confideretur libertas secundum quod remouetur
 „ perfecta coactio, sic erit libertas à coactione, et necessitate, quæ
 „ quidem per se, et semper liberum arbitrium comitatur:
 „ et in littera dicitur, quod in omnibus invenitur sine quo
 „ peccatum imputari non posset: et ad 1.^m libertatem à ne-
 „ cessitate omnibus statibus communem esse docet, licet li-
 „ bertas à miseria duobus tantum statibus sit commu-
 „ nis; hoc est, statibus innocentis, et gloriæ. Hinc enume-
 „ rans omnes penalitates ortas ex originali, tam in
 „ anima, quam in corpore, in 2.^m distinct. 29 art. 5 et 22
 „ q. 164 art. 2 nunquam meminit hujus penæ priva-
 „ tionis, scilicet, auxilii sufficientis, et necessitatis antece-
 „ dentis ad peccandum, quam proculdubio non reticuis-
 „ set, si ex peccato originali contractam existimasset.

Denique S. Doctor in Cap. 1 Epistolæ ad
 Corinthios 8. 1 supra illa verba: Fidelis Deus per quem
 „ vocati estis in societatem filii ejus: sic ait Non au-
 „ tem videretur esse fidelis Deus, si nos vocaret ad so-
 „ cietatem filii, et nobis denegaret quantum in ipso est,
 „ ea per quæ pervenire ad eum possumus. Unde Josue
 „ 1.^o dicit, non te desexam, nec deselinquam. Majoris
 „ tatum, et S. Thomam sequitur Scripticus D. Bo-
 „ naventura in 1.^m dist. 47 art. 1 q. 1.^o ubi dicit: Deus
 „ paratus est juvare, ita quod salus non deficit propter
 „ defectum ex parte Dei: ubi plane loquitur de præ-
 „ senti rerum statu post naturam lapsam in primo
 „ parente. Sequitur etiam subtilis Doctor Scotus
 „ in primum distinctione 48 q. unica ad 1.^m argu-
 „ mentum ubi diserte affirmat: Deum velle, et da-
 „ re non solum iustis, sed aliis omnibus auxiliâ
 „ „ sufficientia, quibus possint sufficienter bene vivere,
 „ et salvari. Sequitur denique communissime

Doctores Catholici, quorum aliquos de curia cita-
bimus.

Cum quibus arguo 1.^o quia privativa
potentia sufficienti ad non peccandum, nec vim ha-
bet tollendi eam privationem, non peccat, nec vio-
lat legem; sed adultus cum 1.^o transgreditur legem
naturalem peccat de novo peccato personali distincto
ab originali, ut est certum: ergo tunc non privativa
ex peccato originali potentia sufficienti ad non pec-
candum. Consequentia est evidens, quia si ex peccato
originali tali potentia privaretur, ita certe privaretur
ut profuso non posset eam privationem tollere. Patet
apertissime, quia cum homo ille etiamsi velit, tollere
non possit, se peccato originali infectum fuisse, et hoc,
juxta Henricum, sit causa, vel radix inferens in illo
privationem potentiz sufficientis ad non peccandum,
manifeste sequitur, non habere vim eam priva-
tionem tollendi.

Majora ergo, quae sola dubia esse potest,
multipliciter probatur 3.^o nam ideo parvulus non
peccat personaliter, quia deficiente lumine rationis
non habet vires sufficientes ad vitandum malum,
sed etiam adultus compos rationis deficiente sibi
potentia sufficiente, caret sine dubio viribus suffi-
cientibus ad non peccandum: ergo non peccat perso-
naliter. Consequentia est manifesta, etenim equus
impotens est ad operandum, qui nullas habet vires,
de qui habet aliquas, sed insufficientes. Unde si
duo quorum unus habeat curram, sed non equos,
alter nec curram, nec equos cessent ab itinere, utiq.
ambo sunt simpliciter impotentes ad itera faciendum
cum curram, licet primus minus sit indispotus, quam
secundus: ergo similiter in nostro casu.

2^o: Nam ille qui privatur potentia sufficienti ad non peccandum impotens privationem istam tollere duntaxat habet libertatem à coactione, non vero à necessitate, siquidem juxta definitionem ab omnibus receptam, tunc solum voluntas à necessitate libera dicitur, quando positis omnibus requisitis potest operari, et non operari. Manifestum vero est, illum qui privatur sufficientibus viribus ad peccati vitationem non posse simpliciter peccatum vitare, et non vitare, nec ad hoc omnia requisita habere: ergo qui privatur potentia sufficiente ad non peccandum impotens eam privationem tollere, vel nullomodo peccat, vel peccat cum sola libertate à coactione. Hæc autem ultima propositio damnata ab Innocentio X, et Alexandro VII in Jansenio. Inane qui dicunt hominem peccare cum privatione potentie sufficientis ad non peccandum, duo contradictoria dicunt, nempe, peccare, ut ajunt, et aliunde non peccare: quia sine potentia sufficiente, et libertate à necessitate non peccatur, ut ait Augustinus Cap. 13 de vera religione, ibi aut negandum est committi peccatum, aut fatendum à voluntate committi, hoc est ut deinde subdit, per voluntatem oppositam necessitati.

Nec dici potest privatio gratia sufficienti peccare eo quod privatio ista oria sit ex originali peccato. Nam solutio ista, ut supra ostensum est, meo judicio, ducit inevitabiliter in propositionem ab Alexandro VIII damnatam, quam allegato loco retulimus. Nec quis dici potest, quod dicitur à Jansenio lib. 4 de statu naturæ lapsæ Cap. 24, et 25, transgressiones præceptorum in hominibus destitutis auxilio sufficienti, ideo esse culpabiles, quia

continuantur cum peccato Adz voluntario, et libero,
~~et libero~~ et cum illo faciunt unum actum.

Non, inquam, hoc asseri potest, quia
 vel est idem effugium cum proximè resutato si volunt
 personales transgressiones continuari cum Adamū pec-
 cato, continuatione tantum causalitatis, eo quod necessi-
 tas ista peccandi orta sit ex culpa Adamū. Vel certe
 aliquid absuadens continet solutio, si volunt, peccatum,
 quod hic, et nunc committitur à persona diversa, post
 tot secula facere unum, et eundem actum cum pecca-
 to Adamū; ideoque esse liberum huic personæ peccanti,
 quia peccatum Adz ipsi fuit liberum: presentim vero
 si supponamus originale fuisse talis personæ remissum,
 ut est nunc ante baptizatis, et olim erat circumci-
 sis, vel alio remedio ad illud expiandum instituto
 intentibus: aut si supponamus hunc hominem spe
 peccatum Adz detestatum fuisse ex animo, et contra-
 riam illi voluntatem efficacem habuisse: nam posita
 hac contraria voluntate, simulque origine culpæ re-
 missione, non satis intelligitur quomodo huic homi-
 ni possit esse jam voluntarium peccatum Adz, aut
 quomodo cum eo peccato facere possit unum, et eun-
 dem actum, peccatum personale, quod nunc com-
 mittitur.

Sane D. Augustinus voluntarium
 peccati originale spissimè exposuit per respectum
 ad voluntatem Adz libere peccantis: at peccata per-
 sonalia ex eo respectu esse libera nunquam dicit.
 Quin potius è contrario loquens de hominibus in
 statu naturæ lapsæ non semel affirmavit neminem
 in eo peccare, quod cavere non potest, aut huic non
 est potestas abstinendi ab eo quod male facit, vel
 agendi, quod male omittit ut infra adductis ejus
 testimoniis

testimoniis ostenditur. Adde quod in Bullis S. Pii V, et Gregorii XIII contra Bajum damnata sunt hæc propositiones ordine 63. Homo peccat damnabiliter in eo quod necessario facit: certum est autem Bajum loqui de statu naturæ lapsæ, et de necessitate, quam putabat inductam ex originali, eamque non aliunde, quam ex dicto peccato omnium posse censere. Propterea propositione 52 dicebat, Deum non potuisse ab initio talem creare hominem, qualis nunc nascitur, et propositione 26 iniquitatem primum hominis fuisse naturalem ejus conditionem, à qua non nisi per peccatum potuit deturbari, subjicere concupiscentiæ, et aliis corporis, animæque defectibus.

Nec denique satisfacit, quod asserit Henricus Cap. 3 §. 6. Lex igitur, scilicet, legem hominum non esse, ut cum gratia sufficienti secum necessario connexa homines agendorum cognitione instructos ad opera præcepta adimplenda juvaret, sed ad hoc datam esse, ut homo conatus faceret, quæ præcepta exant, et carens per semet illa exequi non posse gratiæ auxiliium imploraret. Hoc enim effugium Cap. 5 in solutione ad secundum præclusum est: nam si homo vel homo carens auxilio sufficienti, et necessario ad præcepta adimplenda, caret etiam gratia necessaria, et sufficienti ad orandum sicut oportet, ut prædictum auxiliium impetret, vel non?

Si hoc secundum: desexit Henricus suam sententiam: quia si homo ille toto tempore urgentis præcepti potentiam sufficientem habet ad orandum, et impetrandum auxiliium sufficiens necessarium ad præcepti observantiam, repugnantem omnino, et inconsequentem dicitur simpliciter destitutus auxiliio sufficienti, et necessario, ut præceptum observet.

eo enim quod simpliciter quis in sua potestate habet,
et pro suo libito adquirere potest simpliciter destitu-
tus dici non potest.

Si vero dicat primum, quod certe
meo iudicio clare asserit in proxime allegato versiculo
"his verbis, licet quis sit fidelis non habet in singulis
momentis praesens divinum auxilium proxime suffi-
ciens ad orandum: loquitur enim de oratione qua por-
tulanda erat gratia sufficiens ad preceptum observan-
dum, et ly in singulis momentis clare appellat supra
tempus urgentis precepti: nam quod alio tempore pre-
cepti non urgentis homo careat tam auxilio requisi-
to ad illud observandum, quam auxilio requirito ad
orandum, parum, vel nihil interest dummodo toto tem-
pore urgentis precepti, vel gratiam sufficientem ad illud
implendum, vel saltem ad eam gratiam oratione im-
petrandam habeat.

Si inquam illud primum dicatur
quomodo verificabitur Trident. sess. 6. cap. 11 asserens:
Deum jubendo monere, et facere quod possis, et petere
quod non possis. Certe qui caret potentia, et auxi-
lio sufficienti ad petendum frustra monetur, quod pe-
tat: admonitio enim ad impossibile frustranea est.

Quomodo minus verificabitur quod subiungit
idem Tridentinum, et adjuvat ut possis? Profecto
qui caret sufficienti adiutorio tum ad precepti
adimplerionem, tum ad orationem, non
adjuvatur, ut possit, sed potius non
potest, quia non adjuvatur.

Concluditur confutatio propositæ sententiæ

Caput 4.^{um}

Arguo 2.^o ea solum dona amiserunt posteri in peccatum peccati Adæ, quæ meruissent per Adæ obedientiam: ut per istam tantummodo consequuturi erant donâ gratuita, nempe immortalitatem, integritatemque naturæ, non vero potentias, ac vias naturales ad non peccandum personalitèr, vel ad vitandum malum, et prosequendum bonum: ergo per peccatum p̄m̄i parentis non fuit sublata potentia sufficiens ad legi observantiã, vel ad non peccandum. Major est certa, et minor patet, quia pactum Dei cum Adamo fuit de solis donis gratuitis, non vero de principiis, et perfectionibus naturalibus debitis naturæ secundum sui existentiam, et constitutionem: unde rectè P. Lessius lib. 13 de perfectionibus divinis numero 144 ait: Per peccatum originale non meriti sunt posteri privati donis naturalibus, sed solis gratuitis.

Similiter D. Thomas in 2.^o dist. 33 q. 2. art. 1.^o corpore docet: defectum qui per originem trahitur rationem culpæ habentem non esse per subtractionem, vel corruptionem alicujus doni, quod naturam humanam consequitur, ex principiis suis, sed per subtractionem alicujus, quod naturæ superadditum erat, scilicet doni justitiæ originalis; et post pauca: nulla alia pena debetur originali, nisi privatio illius finis ad quem donum subtractum ordinabatur, scilicet ad indebitam, et gratuitam visionem Dei. Origo est eodem Angelico Doctore in 2.^o dist. 28 q. 1 a 2 ubi proponens sibi hoc argumentum:

„mons ex peccato consequuta est: ergo ubi est necessitas
 „moruendi, ibi est necessitas peccandi: sed in isto statu
 „est necessitas moruendi: ergo et peccandi. Respondet sic:
 „Ad quintum dicendum, quod mons non respondet pro
 „pœna cuiuslibet peccato, sed peccato primæ transgressionis,
 „ex quo tota natura infecta est. Unde sicuti à necessi-
 „tate moruendi, homo non liberatur nisi per gra-
 „tiam, ita et à necessitate subiacendi peccato per om-
 „ninem à parentibus, in posterum transfuso: non oportet
 „tamen quod homo necessarius in peccatum mora-
 „tale labatur. Unde sic infero: ergo, juxta S. Docto-
 „rem non valet hæc consequentia: homo in penam
 „originalis contraxit necessitatem moruendi: ergo etiam
 „necessitatem peccandi personaliter: manifestè ergo
 „sentit ex peccato originali non contraxisse homi-
 „nes privationem potentis sufficientis ad non peccan-
 „dum.

Ordo iterum: pactum cum Adamo
 non fuit de elevanda natura, eique tribuendi poten-
 tias supernaturales, quia istæ non minus congruunt
 naturæ elevatæ, ac congruunt puræ naturæ potentis
 naturales: ergo sicut homo purus non amitteret
 in penam peccati libertatem à necessitate, nec poten-
 tias naturales ad bene operandum, sed solum amitte-
 ret jus ad assecutionem sui finis naturalis, et am-
 citiam cum Deo, ut Authore naturali: ita Adam,
 ejusque posteritas non amisit peccando statum ele-
 vationis, et potentias ei statum connaturales, sed tan-
 tum jus ad amicitiam, et beatitudinem supernatu-
 ralem, aliæque dona, quæ etiam intra eundem ordinem
 elevationis sunt puræ gratuita, ut immortalitas, im-
 passibilitas, subjectio appetitus, libertas à necessitate, ali-
 que perfectiones contentæ in dono integritatis, ut
 ajunt

ajunt Magister, et Sanctus Thomas.

Sed retorquebis rationem istam: nam juxta omnes homo per originale amisit jus ad beatitudinem supernaturalem: ex quo etiam potentiam ad media supernaturalia, quibus adquisita. Respondeo tunc solum amitti potentiam ad media, quando amittitur non solum jus, sed etiam capacitas ad finem: at cum remaneat homini lapsa capacitas recuperandi amicitiam per penitentiam, aliosque actus bonos meritorios de congruo, remanet etiam potentia ad beatitudinem connexam cum amicitia. Distinguo igitur consequens: amisit potentiam ad media, per quae tanquam per merita condigna recuperet beatitudinem, concedo; tanquam per merita congrua, neque consequentiam. Et retorqueo retorsionem: homo in pura natura conditus non perderet per peccatum omnino vires sufficientes ad recuperandam beatitudinem naturalem: ergo nec homo elevatus eas perdidit omnino ad recuperandam beatitudinem supernaturalem.

Arguo 3^o: vel privatio potentiae sufficientis ad non peccandum resultat naturaliter ex natura ipsius peccati originalis, vel consequitur in poenam ex libera voluntate Dei? Non primum: quia peccatum originale, vel personale non relinquit naturaliter nisi inclinationem, non vero necessitatem ad repetendum similem actum, ut constat inductione, et experientia: nec enim, qui semel commisit aliquam intemperantiam, vel furtum, redditur impotens ad temperate comedendum, et ad servandas leges justitiae. Si autem peccata personalia solum producant habitum, et facilitatem, non vero necessitatem, multo minus hanc necessitatem inducet peccatum originale, quod est minus grave quam personale. Non secundum, quia inter poenales vitas ex originale non recensentur

Patet prædictam impotentiam, sed solum ignorantiam, infirmitatem, et difficultatem, quæ diminutionem, et non carentiam virtutum sufficientium denotat.

Origo: Angeli prævaricatores non amiserunt vires, et potentiam sufficientem ad non peccandum de novo: ergo potiori iure eam non amiserunt postea Adam, per originis peccatum, quod certe minus grave est quam personale Angelorum. Atque hinc est quod eodem præfuso modo loquatur Doctor Angelicus de Angelo transgressore, ac de homine lapsa quoad virtutum naturalium sufficientiam in 2.^m dist. 30 q. 1. à 1 ad 3.^m his verbis: Dicendum quod bona naturalia „ dicuntur dupliciter; vel prout sunt in se considerata, „ secundum quod debentur naturæ ex propriis principiis, „ et sic nec homo, nec Angelus per peccatum aliquid naturalium amisit, vel in aliquo diminutus est: quia Divinus integritate data naturalia in Angelis peccantibus „ permanere dicit.

Dices 1.^o Communis Patrum vox est, hominem ob peccatum primi parentis non solum fuisse spoliatum gratiis, sed etiam vulneratum in naturalibus: hoc autem vulnus supra spoliationem addit insufficientiam ad bene operandum, et vitandum peccatum. Retorqueo Patres dicunt, vires arbitrii fuisse debilitatas peccati vulnere, non extinctas; sed vires non extinctæ quamvis debiles includunt sufficientiam, ut patet ex paritate cogiti, qui sufficientes vires habet ad omnia vitæ, quamvis eas infirmas, et debiles habeat: ergo Patres potius pro nobis sunt. Ratio est, quia aliud est virtutem esse insufficientem, aliud debilem, quemadmodum aliud est aliquam humanam corporis partem esse infirmam, aliud insufficientem ad usum vitæ: imo si esset insufficientis, non tam infirma, quam

quam mortua diceretur.

Doctrinam istam lausimus ex Anglico Doctore in 2^m dist. 28 a 2 corpore, ubi haec habet:
 „Cum peccatum bona naturalia non tollat, sed diminuat,
 „illud, quod ad naturam potentia naturalis pertinet, ho-
 „mo per peccatum amittere non potest, et si in illo infir-
 „metur: cum iuxta libera electio, vel fuga boni, seu ma-
 „li ad naturam liberi arbitrii pertineat, non potest esse
 „ut per peccatum subtrahatur homini facultas fugiendi
 „peccatum, sed solum quod diminuetur: ita, scilicet, quod
 „illud peccatum quod homo antea de facili vitare poterat,
 „postmodum difficulter vitet.

Idem sensu habet allegata nuper distin-
 ctione 30 q. 1 a 1 ad 5 et saepe alibi: unde distinguo ante-
 cedens: est vulneratus in naturalibus per privationem
 potentia sufficientis, nego: per privationem majoris ha-
 bilitatis, et facilitatis ad asecutionem ultimi finis, ut
 loquitur S. Thomas locis relatis, concedo. Eadem solutio
 applicanda est Tridentino sess. 6 asserenti, totum homi-
 nem per peccatum Adz fuisse secundum corpus, et ani-
 mam, in deterius mutatum: quod videlicet accipien-
 dum est de diminutione, non qua ejus vires fuerunt
 extinctae penitus, sed qua fuerunt privatae eo robore,
 quo praeditae erant in statu innocentia.

Dices 2^o Causo homo lapsus potest
 dici aequè naturalitèr integer, ac si lapsus non easset.
 Respondeo affirmative, si sumatur integritas pro
 principiis intinsecis, et perfectionibus naturalibus na-
 turae debitis ad bene operandum, cogitandum, et ju-
 dicandum, ut rectè ait Eximius Doctor prologo in
 A de Gratia Cap. 4 n. 3: secus vero si sumas integrita-
 tem pro facultatibus gratuita, et superadditis in statu
 innocentia amissis per peccatum.

Dices 3^o. alia est denominatio spoliari,
 alia vulnerati: at illa habetur per amissionem gratuitu-
 rum ergo hoc per amissionem alicujus boni natura-
 lis, quod est condistinctum a gratuito, et amissum
 per vulnus peccati. Respondeo ex D. Thoma locis alle-
 gatis hominem dici vulneratum in naturalibus non
 per amissionem boni naturalis, sed per amissionem
 solius facilitatis, quam perdidit mediante fomite, et con-
 trarietate appetitus sensitivi, a qua redditus est mi-
 nus habitus, et promptus ad consequendum finem. Hoc
 vero contrarietas, et rebellio, quae secundum se non
 exat vulnus, sed proprietas, et conditio naturae denomi-
 nata postea vulnus penale a peccato inflictum. Et
 quemadmodum eadem carentia visionis Dei, quae non
 esset penalis hominum spectato secundum sua natura-
 lia denominata penalis, in quantum data est illi
 in poenam peccati, ut habet praesaludatus Angelicus
 Doctor.

Dices 4^o. tibia clauda quamdiu ma-
 net clauda, non potest non claudicare, nec valet mo-
 tum rectum efficere: ergo nec voluntas rationalis
 claudicans potest efficere motionem rectam. Nego
 praesertim, quia non est in potestate naturae supera-
 re claudicationem, sicut est in potestate voluntatis
 liberae vincere difficultatem ortam ex peccato ad vi-
 tandum malum, et amplectendum bonum. Sic
 docet S. Thomas in 2^m dicta distinctione 28 q. 1
 a 2 ubi hoc idem argumentum sibi objiciens re-
 spondet. Ad 4^m dicendum; quod ratio illa tenet
 in illis, quae agunt propter necessitatem naturae, in
 quibus de necessitate operatio sequitur secundum
 exigentiam perfectionis, et defectus operantis, non
 autem in voluntariis, quia homo habens virtutem
 potest

„potest non uti virtute, sed in contrarium usum exi-
 „re, et habens habitum vitiosum potest non uti illo.
 Eadem habet q. 16 de veritate a 12 ad 4^m. Non
 „est, inquit, in potestate tibi, ut utatur curvitate, vel
 „non utatur: ideo oportet omnem motum tibi curvæ
 „claudicationem esse: liberum vero arbitrium potest
 „uti, vel non uti sua curvitate.

Prædicta omnia efficaciter roborantur:
 homo in penam originalis non meruit ademptum
 sibi esse statum viæ: alias statim ac infunditur ani-
 ma in corpus, sicuti in eo instanti contrahit ma-
 culam originalem, ita inciperet esse in termino con-
 tra universalem sensum Ecclesiæ agnoscens statum
 viæ, et militis, et post hunc statum terminum, ac re-
 tributionis: ergo ex vi ejusdem peccati non incurrit
 impotentiam, aut privationem auxilii sufficientis
 ad bene agendum. Consequentia probatur: Status
 viæ differt ab statu terminum per hoc quod viator ha-
 bet virtutem ad recte, vel non recte ambulandum,
 si velit, eamque virtutem, dicto tempore elapso, a-
 mittit, et succedit status terminum, qui est veluti
 status quidam immobilitatis, vel in bono, vel in
 malo, prout fuerint opera prioris status.

Itac de causa Euthymius super illa
 verba Matth. 22. Ligatis manibus, et pedibus mitti-
te eum in tenebras exteriores: sic ait. Cathenam vocat
 „cessationem operis, quod manibus, ac pedibus perficitur:
 „tunc enim cessavit operatio peccatorum: nec enim vel
 „una actio ad iudicem placandum dabitur: operationis
 „siquidem presens tempus est, futurum retributionis.

Ex quibus sic Henricum uideo: manuum, ac pe-
 dum ligatio ex allegato testimonio { cui adijunge meli-
 fluum Bernardum tract. de gratia, et libero arbitrio,

aliosque plurimos) est ablatio potestatis, vel sufficientis, ad recte operandum, et ambulandum in via salutis: atqui hęc ligatio, juxta eosdem, non est posita hominibus, in hac, sed in alia vita quando unusquisque judicandus est: ergo impotentia, seu privatio auxilii sufficientis non inest hominibus in hac vita. Unde S. Fulgentius epist. 4 ad Probum prope medium ait: Pa-
 11 rens vita nobis semper est via, in qua semper habe-
 11 mus, ubi possimus perficere. Concinit Angelicus Do-
 11 ctor 3 p. q. 52 a 6 ad 3^m ubi ait: homines quamdiu
 11 vivunt, posse ad fidem, et charitatem converteri, quia
 11 in hac vita non sunt confirmati in bono, vel ma-
 11 lo, sicut post exitum ex hac vita.

Atque denique ex plurimis Scriptu-
 11 re testimoniu, in quibus Deus hortatur, et vocat pec-
 11 catores ad poenitentiam: nam Cap. 12 Sapientie ver. 1
 11 ita habetur: O quam bonus est, Domine, Spiritus tuus
 11 in omnibus, ideoque eos, qui essebant, partibus cor-
 11 ripis, et de quibus peccant, admones, et alloqueris,
 11 ut relicta malitia, credant in te Domine. Ubi
 11 quod dicit, partibus corripis, idem est ac peccan-
 11 tes, nimirum non eos corripis, simul itam to-
 11 tam profundendo, sed sensim, et paulatim admo-
 11 nes, et alloqueris, interius per pias inspirationes,
 11 et exterius per castigationes, ac verbera. Ibidem
 11 ver. 3, et sequentibus ostenditur, Cananeos tamen
 11 si infideles, et idolatras non fuisse a Deo desti-
 11 tutos auxiliis, quibus converteri possent: Unde sic ver.
 11 2 concluditur: Si enim inimicos servorum tuo-
 11 rum, et debitos morti cum tanta cruciasti at-
 11 tentione, dans tempus, et locum, per quos possent
 11 mutari a malitia, cum quanta diligentia ju-
 11 dicasti filios tuos. &c.

Et sequente Cap. 3 generaliter dicit, infidelibus, et omnibus hominibus, quibus non subest scientia Dei non defuisse medium sufficiens quo ad eius notitiam salutarem pervenirent. idem docet Apostolus loquens Troas, ut refert Cap. 17 act. rex. 26, et ibidem Cap. 14 rex. 16, et Cap. 1 ad Romanos rex. 19 de gentilibus, ait, Deum se illis sufficienter manifestasse, ita ut sint inexcusabiles. Sic tandem ut innumera fere omittam eodem pertinet celebre illud Cap. 1 Joannis: erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Eadem est doctrina Sanctorum Patrum, Graecorum, et Latinorum. Ex Graecis accipite Dionysium de Coelesti Hierarchia Cap. 3 sic docentem: Nempe et aliis gentibus, ex quibus et nos ad infinitum, et immensum divini luminis pelagus, quod semper paratum est, et patet omnibus ad participandum, ex praeteriti erroris caecitate respiravimus, et ad quod sane obrequentes ducebant Angeli praepositi singulis gentibus. Eodem modo loquitur Clemens Alexandrinus lib. 2 Strom. et Chrysostomus Homilia 7 in Joannem, et Homilia 16 in Epistolam ad Romanos, ubi disertis verbis asserit, nec reprobis hanc gratiam sufficientem deesse, nec Pharaoni defuisse.

Ex Latinis ne inferius sim duo tantum, sed praclarissima testimonia producam. Alterum ex Ambrosio lib. 2 adversus Gentes, ubi ait: Omnibus uniformiter Deus potestatem ad se veniendi facit. Patet omnibus fons vitae, nec ab jure potandi quisquam prohibetur, aut impellitur. Alterum ex Ambrosio serm. 8 in Psalm. 118 ubi ita fatum:

„Sol justitię omnibus ortus est, omnibus paratus
 „est, et omnibus resuscavit. Si quis autem non cre-
 „dit in Christum generali beneficio ipse se fraudat,
 „ut si quis clausis fenestris radios solis excludat,
 „non ideo sol non est ortus omnibus, quia calore
 „ejus se ipse fraudavit, sed quod solis est prerogati-
 „vam suam servat: quod imprudentis est, commu-
 „nis à se gratiam lucis excludit.

At ne de gratia solum exte-
 loqui videatur subjungit: Docet autem Deus, et men-
 „tes illuminat singulorum, et claritatem cognitionis
 „infundit, si tu aperias ostia cordis tui, et celestis
 „gratię recipias claritatem. Eadem solis compara-
 „tione utitur D. Thomas lib. 3 contra Gentes Cap.
 159 fine: et lectione 5 in Cap. 6^m Joannis q. 3. Simi-
 „lia docent Hieronimus in Commentario Epistolę ad
 „Titum super illa verba, apparuit gratia Dei salvato-
 „ris omnibus hominibus. Et Prosper. lib. 2 de voca-
 „tione Gentium Cap. 17, et 29. His Scripturę, Patrum-
 „que veterum testimoniis innoxium Concilium Pa-
 „lentinum 3^m sub Lothario Imperatore anno 855
 „celebratum Cap. 2 definiit, Nec ipsos malos ideo pe-
 „nire, quia boni esse non potuerunt, sed quia noluerunt,
 „suoque vitio in massa damnationis, vel merito
 „originali, vel etiam actuali permanserunt. Et Sa-
 „tecanense Concilium sub Innocentio III Cap. Firmiter
 „ait: Si post susceptionem baptismi quispiam lapsus
 „fuerit in peccatum per veram penitentiam potest sem-
 „per reparari. At denique Synodus Coloniensis
 „parte 7 Cap. 32 sic ait: Inamquam nemo convec-
 „tatur ad Dominum, nisi trahatur per Patrem: atta-
 „men nemo hic excusationem proferat, quod non tra-
 „hatur: quod ille semper stet ante ostium pulsans,
 „nimirum

nūmiam p̄a int̄num, et ext̄num reabum com-
monens ut convertamur à via nostra pessima.

Quid de mente S. Augustini?

Caput 5.

Non deesse reprobis in p̄nam originalis auxi-
lium sufficiens ad consecutionem salutis adeo clare, et
repetitis vicibus Augustinus docuit, ut ad id suadendum
satis sit referre ejus propositiones, in quibus hęc veritas
aperte continetur. Prima igitur Augustini propositio
est, peccatores excusari non posse, quod peccent, quia
careant potentia ad non peccandum: dat enim ille
Deus adiutorium sufficiens, ut impleant quod jubet. Ita
tract. 53 in Joannem post medium. Ne quisquam re-
"get voluntatis arbitrium, et audeat excusare peccatum,
" audiamus Dominum, et precipientem, et opitulantem,
" et jubentem, quid facere debeamus, et adjuvantem, ut im-
" plexi possimus. Vide quomodo conjungit preceptum
cum opitulatione, et jussionem cum adiutorio: quod
certe si deficeret homines non essent rei peccati, ut
aperte asserit lib. 3 de libero arbitrio cap. 16 per hęc
" verba: Ex eo igitur quod non accepit, nullus reus est;
" ex eo vero quod non fecit, quod debet, juste reus est:
debet autem si accepit voluntatem liberam, et sufficien-
tissimam facultatem.

Eodem pertinet, quod Scam. 102 de tem-
pore ait: scilicet, Deus pro ineffabili pietate sua non
" solum nos movet, sed etiam rogat, ut nos à peccatis
" mortiferis revocemus. Audiamus illum dum rogat,

„ne postea nos audiat ille, qui iudicat, fili miserere ani-
 „my tuę placens Deo {Eclésiast. Cap. 30} Gnid ad hęc,
 „respondebit humana fragilitas? Deus te rogat, ut tu
 „misereris, et non vis, causam tuam apud te agere, et
 „à te non potest impetrare. At sublata potentia suffi-
 „cienti ad non peccandum, non minus rogatoria esset,
 hęc exhortatio, quam exhortatio ad ambulandum di-
 „recta ad eum qui pedes non habet. Ideoque reprobus
 non solum Augustino dicenti: Gnid ad hęc responde-
bit humana fragilitas? sed etiam Deo sic exhortan-
 ti, ac roganti, fili peccasti, non adjicias iterum, sto
ad ostium, et pulso, si quis aperuerit januam mihi:
 responderet: quid me hortaris, et rogas, dum non
 possum non adjicere novum peccatum, ad quod non
 adjiciendum reddidisti me impotentem, nec possum
 aperire ostium, quando mihi deest potentia sufficiens
 ad aperendum: da mihi prius illam, et tunc jure
 petes, ut aperiam.

Secunda Augustini propositio est,
 Deum prestare omnibus sufficiens lumen gratię
 ad observantiam preceptorum, si velint, eo uti: ita
 lib. 1 de Genesi ad litteram contra Manicheos Cap.
 3 sine asserens lumen gratię illuminare omnem
 hominem venientem in hunc mundum: et lib. 83
 questionum quest. 68 affirmans, stare per culpam
 infidelium, quod non veniant ad cęnam Evan-
 gelicam, ad quam vocantur: et lib. 1 ad Simpli-
 cianum quest. 2 ubi ait: Non defuisse adiutorium
 „Evan, quo posset currere, et pervenire, si vellet, sed
 „ipsum vocatione contempta reprobum factum
 „esse.

Ac denique lib. de vera Religione
 Cap. 55 ad finem assignans discrimen inter facil-
 tates

tates datus creaturis liberis, et aliis ex necessitate operantibus, aut: His datam esse facultatem ut faciant quantum possint, illis vero, ut faciant quantum velint. Quod si in sacra scriptura non semel dicuntur homines non posse operari, scias ibi potestatem aliquando accipi pro voluntate, et ipsum non posse, per non velle, ut recte adnotat S. Chrysost. Homilia 67 in medio per haec verba: Non potuerunt, hoc est, noluerunt: ut nonnunquam potestate pro voluntate utitur

Tertia propositio est, in nostra potestate esse, ut insecamur, vel excidamus a gratia, amicitia, et salute, ita Cap. 27 contra Adimantum Manichaeum super verba Pauli Cap. 11 ad Rom. vers. 22, et 23, ubi haec habet: Ostendit Paulus in nostra potestate esse, ut vel inseci bonitati ipsius, vel excidi severitate mereamur. Quarta propositio est, neminem posse nobis invis eripere nobis bonam operationem, ut ait enarratione in Psalm. 55 ad ea verba. In me sunt Deus rotatua, ubi comparans amissionem auxilii cum amissione fidei, docet, Inimicum posse me invito auferre auxilium, non vero fidem, nisi velim: atque adeo in eo qui perdit fidem agnoscit potentiam illam retinendi, si velit, alioquin utrumque diceret ab inimicis auferri posse, etiam invito

Quinta propositio est, in nostra potestate esse credere, ut docet tract. 53 in Joann. in nostra etiam potestate esse qualiter in die iudicii iudicemus, ut habet serm. 47 de sanctis in fine, ac denique in nostra esse potestate habere Deum, ita nobis presentem, ut nunquam a nobis recedat, nisi ab illo nos voluntarie recedamus: ita tract. 2.

in Joannem circa medium per hęc verba: Opus est ut
 ,, tu non recedas ab eo, qui nusquam recedit: opus est
 ,, ut non deseras, et non desereris, noli cadere, et non ti-
 ,, bi occidat, si tu feceris casum, ille tibi facit occasum,
 ,, si autem stas, præsens est tibi, sed non stetit, recor-
 ,, dare unde cecideris, unde te dejecit, non vi, non im-
 ,, pulsu, sed voluntate tua: si etiam male non consen-
 ,, tixes, stares, illuminatus maneres. Quid clarius ad
 ostendendum, quod non vi, aut necessitate, sed volun-
 tate, et potestate nostra cadimus et à Deo recedi-
 mus.

Denique quantis auxiliis, gra-
 tię subsidiis, quantis vocationum stimulis pecca-
 tores Deus conetur ad penitentiam trahere pul-
 cherissime enumerat, ac describit in Psalm. 102 ad
 illa verba: Longanimis et multum misericors, sic
 ,, loquens: Docet undique ad correptionem, vocat ad
 ,, penitentiam, vocat impetiendo tempus vivendi, vo-
 ,, cat per lectorem, vocat per intimam cogitationem,
 ,, vocat per flagellum correptionis, vocat per misericor-
 ,, diam consolationis, longanimis, et multę mi-
 ,, sericordię.

Ex allatis testimoniis apertissime
 constat, nō fallor, S. Doctorem nostram sententiam
 tenuisse, docuisseque, omnibus etiam reprobis dari po-
 tentiam plenę sufficientem ad non peccandum, ad per-
 severandum in bono, et ad salutem eternam obtinen-
 dam, atque adeo non recte Henricum tam asseveran-
 ter pronunciare oppositum doceri ab Augustino.
 Verum quia fortasse contendet saltem in aliis locis con-
 trarium sensisse, ideo hanc calumniam, quam Gallo-
 rum aliqui ex ejus scriptis eo vivente excitaverant,
 non meis, sed ejusdem Augustini verbis depellam.

Resert

Refert igitur sanctus Doctor lib. 2 de
 dono perseverantiæ Cap. 18 sequentem ex Gallosum sen-
 su objectionem. Sed ajunt, ut scribitis, neminem posse
 „corruptionis stimulis excitari, si dicatur in conventu
 „Ecclesiæ audientibus multis: ita se habet de prædestinatio-
 „ne prædefinita sententia voluntatis Dei, ut alii ex vobis
 „de infidelitate accepta obediendi voluntate veneritis ad fi-
 „dem, vel accepta perseverantia maneat infide: ceteri ve-
 „ro, qui in peccatorum delectatione remoramini, ideo non
 „dum surrexeritis, quia nondum vos adiutorium gratiæ
 „misericordis erexit: verum tamen si qui estis nec dum vo-
 „cati, quos gratia sua prædestinaverit eligendos, accipietis
 „eandem gratiam, qua velitis, et sitis electi: et si qui obedi-
 „si prædestinati estis rejiciendi, subtrahentur obediendi vires,
 „ut obedire cessetis.

Audistis calumniam, quam Galli prædicti
 opponunt S. Doctori, quod, scilicet, Deus subtrahit obediendi
 vires non prædestinatis, ut cessent obedire, quas tamen dedit
 prædestinatis, ut veniant ad fidem, et gratiam, ac in eâ
 permanerent: audiat modo, quod immediate subdat in
 suum, et catholici dogmatis defensionem. Ista cum dicunt,
 „ita nos à confitenda Dei gratia, id est quæ non secundum
 „merita nostra datur, et à confitenda secundum ea præ-
 „destinatione sanctorum deterrere non debent: sicut non
 „deterrermur à confitenda præscientia Dei, si quis de illa
 „sic loquatua, ut dicat, sive nunc recte vivatis, sive non
 „recte, tales vos eritis postea, quales Deus futurus esse
 „pascavit, vel boni, si bonos, vel mali, si malos.

Ecce quomodo ex his, quæ Gallosum ali-
 qui intulerant de prædestinatione non deterratur Augusti-
 nus, sed immobilis persistat in sua, ac fidei sententia
 confitendo nimirum gratiam omnibus gratis à Deo
 datam, ut possint obedire, si velint, ac salvari: quia nec

predestinatio, sicut nec precientia impedit ullatenus, ne Deus gratiam suam sufficientem hominibus quibuslibet conferat, quasi non utantur, sibi imputent incautum, vel defectum à salute. Unde S. Prosper. fidelissimus doctrinæ Augustinianæ sectator lib. 1. devocat. Gentium Cap. 5. Credimus, inquit, ac piissime confitemur, quod Deus nulli rationi hominum bonitatis suæ dona subtraxit, unde et inexcusabiles facti sunt. Eadem habet lib. 2. Cap. 4. initio, et cap. 28.

Qua propterea idem S. Doctor in responsione ad 7.^{am} et 8.^{am} objectionem Vincentianam, et ad 14. objectionem Gallorum contra doctrinam S. Augustini propositas rejicit tanquam impiam, et blasphemam hanc propositionem: Hæc est voluntas Dei ut magna pars Christianorum salva esse nec velit, nec possit. Quæ sane non multum distare videtur à sententia Henrici, asserentis, Deum habere voluntatem, ut reprobi (quæ abo dubio sunt magna pars Christianorum) nec velint, nec possint proximè perseverare in bono, aut quod juxta est peccata vitare: sine perseverantia vero in bono, et vitatone peccatorum salvi esse non possunt.

Hinc refellendum est aliud Henrici collatum, quod putat manifestè sequi exi Augustiniana doctrina: nimirum allegato Cap. 4. vindictarum I. vo 2. Expedienda est hic difficultas: ita loquitur: Tan-
 „ta per peccatum Adz contracta est impotentia ad proximè,
 „expediè operandum, ut si fidei omnino adiutorium da-
 „tum Adz ad operandum nobis in statu naturæ lapsæ
 „donæ ætæ, non esset sufficiens ad amovendam illam
 „impotentiam perseverandi, ut ait S. Doctor Cap. 12. de
 „corruptione, et gratiæ, prope finem, hæc tradens: si in tan-
 „ta infirmitate vitæ hujus, in qua propter elationem
 „repugnandam perficere virtutem oportebat, ipsis relin-
 „queretur voluntas sua, ut in adiutorio Dei sine quo
 „perseverare non possent, manerent, si vellent, nec Deus
 in eis

in eis operaretur, ut vellent, inter tot, ac tantas infirmitates voluntas ipsa succumberet. et ideo perseverare non possent; quia deficientes infirmitate, nec vellent, aut non ita vellent infirmitate voluntatis, ut possent.

Refellendum, inquam, 1.º quia miscet duo contradictoria: nam si adiutorium Adami fuit datum ad operandum cum maxima facilitate, ut ibidem ait Sanctus Doctor, certe postea ob infirmitatem ortam ex lapsu, non poterant cum eodem adiutorio operari facilitate, ac poterant operari cum difficultate: hoc enim non reddit hominem impotentem simpliciter, sed impotentem non adhibito magno conatu, quo vincatur difficultas: unde quando ista est a deo ingens, ut reddat hominem impotentem, tunc non est mera difficultas, sed impotentia: quæ est expressa doctrina S. Thomæ in 2^m dist. 28 q. 1 a. 2 in corpore, verbis, quæ supra Cap. 4 dedimus.

2.º quia male prose adducit Augustinum, qui distinguens eo loco donum, dante vires ad perseverandum, à dono dante simul vires, et perseverantiam, exemplo alimentorum, quæ reddunt hominem potentem vivere, non tamen potentia conjuncta semper cum actu vitæ: subdit, posteros infirmos ex originali peccato lapsuros esse in peccatum, non quia eis defuisset auxilium, sine quo permanere non possent, possent tamen, si vellent, sed quia defuisset auxilium prædestinatis datum, scilicet, efficax quo Deus operatur in eis, ut perseverent, ac velint: quod utique liquido constabit allegata proxime verba accurate expendenti.

Quapropter posterus infirmus non negat Augustinus in ea hypothesis potentiam simpliciter ad perseverandum, sed illam potius supponit, subdens, cum ea actu non perseveraturus ob infirmitatem, qua deficerent; nec vellent actu permanere, aut non ita vellent

sicuti volunt praedestinati. Quare h^{ic} posse, aut non posse accipit non pro nuda potentia, vel actu N^o sufficienti, sed pro potentia, ut cum actu conjuncta, aut ab illo separata: hoc nimium sensu non posset manere, id est, numquam h^{ic} potentia conjungeretur cum actu manendi, deducendo impotentiam ex perpetua divisione ab actu: quemadmodum dici solet impossibile esse in lusu talorum centies millies jactibus repetitis haberi semper, et uniformiter eundem numerum; non quia id ex parte objecti, aut ex parte talorum, aut ex parte potentiae motricis absolute repugnet, sed quia potentia, quae revera datur ad eventum istum, nunquam cum illo conjungeretur, ut ostendit experientia.

Hanc esse mentem S. Doctoris declarat ipse eodem loco ubi sic concludit: Subventum ergo
 „ est infirmitati voluntatis humanae, ut divina oratio
 „ indeclinabiliter, et inseparabiliter adhaeret, et ideo quam-
 „ vis infirma non deficiat nec adversitate aliqua vin-
 „ cetur. Ita factum est, ut voluntas hominis invalida,
 „ et imbecilla in bono adhuc parvo perseveraret per virtu-
 „ tem Dei: cum et voluntas primi hominis fortis, et sa-
 „ na in bono amplius non perseveraverit, habens vir-
 „ tutem liberi arbitrii, quamvis non de futuro adjutorio
 „ Dei, sine quo non posset perseverare, si vellet; non
 „ tamen tali, quo Deus in illo operaretur, ut vellet:
 „ fortissimo quippe dimisit, atque permisit facere quod
 „ vellet: infirmis servavit, ut ipso donante invictissi-
 „ me quod bonum est, vellent, et hoc desistere invictis-
 „ sime nollent.

In his rebus, discrimen inter Ada-
 mum fortem, et posteros infirmos consistit praecise
 in eo, quod forti datum non est actu perseverare, et
 velle: infirmis vero hoc totum datum est. Dum
 vero dicit

vexo aut, subventum esse infirmitati humanæ non per modum adiutorium, sine quo, sed per adiutorium quo voluntas adhuc imbecilla indeclinabiliter, et inseparabiliter ageretur, et perseveraret in bono: nullatenus adimet potentiam sufficientem ad perseverandum in homine lapsa, et infirmo carente adiutorio quo; et solum habente adiutorium sine quo: alioquin enim cum iuxta omnes nomine adiutorii quo intelligat Augustinus auxilium efficax ad perseverandum, sequeretur quod in natura lapsa nullum esset auxilium sufficiens, nisi quod simul esset efficax: siquidem semper ac deficit auxilium efficax, vel quo ad summum dari potest auxilium sine quo: hoc vero iuxta Novis, licet Adamo ad perseverandum sufficeret, nobis tamen in tanta infirmitate non sufficit.

At propositio negans auxilium sufficiens pure in natura lapsa plane docetur à Janzenio, Suthero, Calvino locis videndis apud Moraynes in Anti-Janzenio disp. 23 sect. 1^a et 2^a eaque propositio licet sub his formalibus terminis damnata non sit, aperte tamen videtur damnata equivalenter in 2^a ex proscriptis in eodem Janzenio, scilicet, Interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur: nam si vera est ejus contradictoria { prout vera esse debet ad veritatem damnationis } nempe: Interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ aliquando resistitur, sequitur manifestè, dari in hoc statu naturæ lapsæ gratiam interiorem, cui aliquando resistitur, atque ad deum quæ non sit efficax, sed mere sufficiens. Vide alia apud prælatum datum Moraynes.

Illuuntur objectiones:
 ubi de differentia inter naturam integram,
 et lapsam quantum ad auxilium
 sufficiens.

Caput 6.

Objicitur 1.° celeberrimum Augustini locum cap.
 10 de corap. et gratia, ubi post medium ita fatum:
 „Si hoc adiutorium Angelo, vel homini cum primum
 „ facti sunt, defuisset, quoniam non talis natura facta
 „ erat, ut sine adiutorio posset manere, si vellet, non uti
 „ que sua culpa cecidissent; adiutorium quippe defuisset,
 „ sine quo manere non posset: nunc autem quibus deest
 „ tale adiutorium, iam pena peccati est; quibus autem
 „ datum, secundum gratiam datum, non secundum de-
 „ bitum. Unde sic arguitur: auxilium datum Ange-
 „ lis reprobis, et Adamo in statu innocentis non fuit
 „ efficax, sed sufficiens, alias ambo stetissent in statu
 „ acceptis justitiis: at Augustinus hoc loco aperte docet
 „ tale auxilium aliquando negari homini lapsi in
 „ penam peccati: ergo docet homini lapsi aliquando
 „ negari auxilium sufficiens.

P. Sarquez 1. p. disp. 97 cap. 3.
 sine admittens Augustini sententiam esse, gratiam
 „ sufficientem aliquibus negari in penam originalis,
 „ putat nihilominus illum in hoc puncto esse relin-
 „ quendum. Sed non placet hoc. Tum, quia ut sa-
 „ pienter ait Eximius Doctor prologomemo 6 de gratia
 „ Cap. 6 n. 17 non tantum in rebus, quas Augustinus
 „ certas

certas existimat (in materia scilicet de gratia) sed etiam in his omnibus, quæ simpliciter tanquam vera, et probabiliora constantè, et ubique amplectitur, sententiam ejus esse preferendam, nisi communis Patrum, vel Ecclesiæ auctoritas obtaxe videatur, quod raro, vel nunquam continget. Nam si alicubi id occurrerit, explicandus erit Augustinus, potius quam reprobandus. Tum maxime quia in re presenti longe ejus doctrina à sententiâ Hænicæ abest.

Quod ut ostendam, et germanam S. Doctoris mentem, quam Jansenistarum involucriâ obscuram admodum reddiderunt, claram, et perspicuam faciam, proponam prius integrum ejus discursum contentum in duobus capitibus XI, et XII. ut inde pateat, quid senserit de auxilio collato Adz; non vixò posteris, quibus nihilominus nunquam negavit potentiam sufficientem, ut mos videbitur. Dux igitur à S. Doctoris meo libro sunt comparationes inter Adamum, innocentem, et hominem lapsum. Prima quidem incipiens à Cap. XI initio in eo sita est, quod Adamus habuit magnam gratiam, sed. disparem ab ea quam nunc habent prædestinati, et Sancti: siquidem Adamus accepit donum integritatis, ratione cujus nullam à se ipso patiebatur vicissam contra se ipsum; ideoque non clamabat: infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus.

Et contra vixò Sancti carentes hoc dono, et sustinentes hanc luctam implorant à Deo auxilium (quod Augustinus ibi appellat gratiam liberationis) quo contra se ipsos pugnent, ac se ipsos vincant: hoc est, petunt non quamlibet virtutem, sed illam, quæ habet adjunctam victoriam. Sic enim ait dicto cap. XI: ille (hoc est Adam) non opus habebat

„ eo adiutorio, quod implozant isti, cum dicunt: video
 „ aliam legem in membris meis repugnantem legi men-
 „ tis meae. Infelix ego homo, quis me liberabit? Gra-
 „ tia Dei per Jesum Christum: quoniam in eis caro
 „ concupivit adversus spiritum, et spiritus adversus car-
 „ nem, atque in tali certamine laborantes, ac periculi-
 „ tantes, data sibi pugnandi, vincendique virtutem
 „ per Christi gratiam possunt: ille vero nulla tali
 „ vixa a seipso adversus seipsum tentatus, atque tra-
 „ batus in illo beatitudinis loco sua secum pace fue-
 „ ratus. Proinde et si non letiori, nunc verum ta-
 „ men potentiore gratia indigent isti.

2^a comparatio in eo consistit, quod
 Adamo datum fuit adiutorium quo posset sine ulla
 difficultate perseverare, si vellet, non vero donum illud,
 quo actu perseveraret. At Sancti per gratiam Salva-
 toris accipiunt adiutorium fortius, quoniam non solum
 possunt perseverare, sed actu perseverent. Ita habet dicto
 Cap. 11 circa medium, ibi: Hæc est prima gratia, quæ
 „ data est 1^o Adam; sed hæc est potentior in 2^o: Prima
 „ enim, qua fit, ut homo habeat iustitiam si velit: se-
 „ cunda ergo plus potest, qua etiam fit, ut velit, et
 „ tantum velit, tantoque ardore diligat, ut carnis vo-
 „ luntatem contraria concupiscentem, voluntate spiri-
 „ tus vincat.

Discernimen hoc probat, et explicat
 Cap. 12 initio exemplo alimentorum, dicens, ipsa
 adiutoria distinguenda sunt: Aliud enim est adjuto-
 „ rium sine quo aliquid non fit, et aliud est adjuto-
 „ rium, quo aliquid fit; nam sine alimentis non pos-
 „ sumus vivere, nec tamen cum adfuerint alimenta,
 „ eis fit, ut vivat, qui mori voluerit: ergo adiutorium
 „ alimentorum est sine quo non fit, non quo fit ut vivat.

Jam vero in prima comparatione gratia Adamus superavit gratiam posterorum, qui caruerunt dono integritatis, quod habuit Adamus. Contra vero in 2^a comparatione, gratia posterorum, superavit gratiam Adz, quia habuerunt donum longe majus (scilicet predestinati, de quibus tantum in predicta comparatione loquitur) quo fuerunt actu perseverantes, quod non habuit Adamus ad perseverandum in originali justitia. Quare non comparat omnem gratiam datam Adamo innocenti, et homini lapsi, sed ea solum auxilia, quae habent rationem excedentis, et excessi: atque hac de causa, ut comparatio recte fieret, debuit adducere ex parte Adamus auxilium sufficiens conjunctum cum maxima facilitate operandi: ex parte vero posterorum, qui predestinati sunt, auxilium efficax conjunctum cum maxima operandi difficultate.

His positis respondeo jam ad objectionem, auxilium sufficiens, seu adjutorium sine quo Adamo collatum duo importasse, scilicet, potentiam ad perseverandum, et impunitatem à lucta appetitus: et quia Adamus ratione utriusque non solum poterat permanere, sed facillime poterat, ideo assentit

„ S. Doctor, Deum reliquisse ejus arbitrio perseverare,
 „ vel non: Perseverare, inquit citato Cap. 12 post me-
 „ dium, vel non perseverare, in ejus reliquit arbitrio:
 „ tales enim vires habebat ejus voluntas, quae sine ullo
 „ fuerat instituta peccato, ut nihil illi ex se ipsa
 „ concupiscentialiter resisteret, ut digne tantae bonita-
 „ ti, et bene vivendi facilitati, perseverandi committe-
 „ retur arbitrium.

At postea in poenam peccati subtra-
 xit Deus non quidem donum dans vires sufficientes,
 sed duntaxat donum dans facilitatem, ut immediate

post aperte significat his verbis: Nunc vero postquam
 " illa magna peccati merito amissa est libertas (pen-
 " nam, scilicet, appetitus subdebatua rationi) etiam ma-
 " joribus donis adjuvanda remansit infirmitas: hęc au-
 " tem doni majoritas in predestinatione includit, ut dictum
 est, donum, quo non solum potuerit, sed actu perse-
 verantes fuerit vincendo resistentiā appetitus.

Et quo patet auxiliū sufficiens
 habere latitudinem, ita ut intra lineam sufficientis
 aliud sit validius, aliud vero minus validum, quem-
 admodum etiam auxiliū efficax aliud habet ma-
 jorem, aliud vero minorem efficaciam, dum scilicet
 aliquando actu operatur, quantum potest, ut contingit
 in Beata Virgine, aliquando vero minus, ut com-
 muniter contingit in aliis, in quibus operatio non est
 tantę intensiois, quantę est auxiliū. Distinguo
 igitur minorem argumenti: Augustinus dicit de-
 datum fuisse homini lapsō adiutorium datum primo
 homini secundum quod adiutorium dicit subjectionem
 appetitus inferioris ad superiorē, concedo: secundum
 quod precise importat sufficientem potentiam ad ope-
 randum, nego. Quod autem res istę sint inter se
 separabiles, patet ex eo quod homo creatus in pura
 natura pateret rebellionem carnis, et simul habe-
 ret potentiam sufficientem ad illam superandam,
 quamvis rebellio illa naturalis esset hominū puro;
 nunc vero in homine elevato sit pena peccati.

Et retorqueo argumentum: illud
 adiutorium amissum est à posteris ex Augustino
 pro quo impetrandō orant Sancti, et non orabat
 Adamus: at Sancti implorant pugnandi, vincendi-
 que virtutem, seu adiutorium quo in rixa carnis
 possint vincere appetitum rebellem, quod certe non
 implorabatur

implorabat Adamus, qui nulla tali uisa tentabatur, ut ait S. Doctor verbis supra relatis: ergo postea non amiserunt adiutorium sine quo in quantum precise dicit potentiam sufficientem (hanc enim iam habebant, dum laborabant in certamine, aliter nullo modo laborassent) sed prout dicit vim operandi contra difficultatem ortam ex appetitus rebellionem, contra quam non debuit Adamus operari.

Orgetur: Augustinus dicit, relictum esse libero arbitrio primi hominis perseverare, vel seorsum, quia ejus voluntas habuit tale adiutorium, ut nihil illi ex se ipso concupiscibiliter resisteret: contra vero asserit hominem lapsum non posse stare per liberum arbitrium, quia merito peccati illa magna libertas amissa est; scilicet, dominium rationis supra appetitum: ergo juxta S. Doctorem perdidit homo lapsus auxilium sufficiens ad operandum faciliter, et sine lucta, non vero sufficiens ad operandum difficulter, et cum lucta. Totam hanc doctrinam in simili docuit S. Thomas in 2 dist. 28 q. 1 a 2 corpore, verbis, quae supra dedimus Cap. 4. § Doctrinam istam: quibus consonant, quae idem Angelicus Magister habet q. 24 de veritate a 12 ad duodecimum, ubi ait: cupiditas non est cogens liberum arbitrium; quia semper est liberum a coactione, sed dicitur cogens propter vehementiam inclinationis, cui tamen potest resisti licet cum difficultate.

Sed replicare poteris: si vera esset ista explicatio, male deduceret Augustinus, Adamum sine illo adiutorio casurum sine culpa: quia sine illo adquire sumpto, manenteque solum inadeguate, quatenus nimirum dicit potentiam sufficientem, adhuc caderet cum culpa, ut defacto cadunt postea: ergo si Adamus eo dono privatus juxta Augustinum sine culpa caderet,

utique in posterius carentibus eo dono adquatè sumpto potentia sufficiens non datur.

Respondeo illationem Augustinū esse rectam, quia loquebatur de Adamo casu quo privaretur illo adiutorio, prout defacto illud habuit, scilicet in quantum utrumque includens, nempe, tam virtutem operandi, quam operandi facilitatem: quibus certe sublatis nulla illi restaret potentia sufficiens, sine qua nemo culpabiliter cadit. At vero in alia hypotesi, qua cogitaretur statim cum sola potentia sufficienti, et sine dominio appetitus (qualiter esset si in pura natura conditus fuisset) adhuc culpabiliter caderet.

Ideo vero Augustinus non loquitur de Adamo in hac secunda hypotesi, quia loquitur de eo pro statu innocentis à Deo liberaliter dato, in quo certe collata est ei virtus operandi cum dominio perfecto supra partem inferiorum. Contra vero loquendo de posterius oportebat distinguere, quod amiserant ratione peccati. Id circo recte dividit perfectiones auxilii collati Adamo ostendens, posterius sublatam esse in penam peccati solam concordiam potentiarum, remanente potentia sufficienti ad pugnam, et vincendum: hęc vero potentia, quę in posterius pugnativa est, in Adamo carente hoste interno pugnativa non fuit, sed potentia operandi facilitatem, et sine culpa ablata autem Adamo potentia operandi simpliciter comparatio non recte institueretur, sicuti etiam non institueretur recte si eadem potentia ad operandum simpliciter à posterius tolleretur.

Objicies 2.º eundem S. Doctorem lib. 3 de libero arbitrio cap. 18 asserentem: Hominem
 " lapsum non habere in potestate, ut bonus sit, sive non
 " videndo qualis esse debeat, sive videndo, et non valendo
 esse

esse qualem debere esse se vidit, illamque esse poenam justissimam, ut qui sciens recte facere, cum posset, noluit, amittat poeum reliquit. At rursus ibidem hominem post peccatum errare invitum, et resistente, atque torquente dolore carnalis vinculi non posse a libidinosis operibus temperare, et quae sunt necessitate impellentis concupiscentis, esse improbanda, ubi vult homo recte facere, et non potest.

Hec opponit Jansenius lib. 3 de gratia Christi Salvatoris Cap. 13. sed ab se omnino, quia praedicta omnia dicuntur a S. Doctore (ut textum integrum legenti manifestum erit) de ignorantia involuntaria, et motibus concupiscentis indeliberatis, voluntateque repugnante, et invita inerscentibus, juxta illud Apostoli ad Romanos 7. Non quod volo bonum facio, sed quod nolo malum illud facio: quae propterea dicit esse improbanda, quia mala materialiter sunt; quamvis non sint mala formaliter, seu culpabilia, et imputabilia, sunt enim sine libero consensu voluntatis, quae vult quidem, sed non potest impedire ne fiant. Hec autem imputari non posse ad culpam expressè affirmat idem S. Doctor initio ejusdem Capituli dicens: Si laboriosum est omnia mandata memoriae, hoc brevissimum tene. In quacumque ista causa est voluntatis, si non potest ei resisti sine peccato ei ceditur: si autem potest non ei ceditur, et non peccabitur.

Cum autem dicit lib. 13 de Trinitate Cap. 13, et aliis pluribus locis, non omnibus evenire quod ait Apostolus Jacobus: fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione probiter: humiliterque procurandum esse, atque orandum, ut nobis praedicta eveniant, simulque de illorum numero, quibus omnia cooperantur

in bonum. Hoc autem intelligendum est de felici exitu, seu de victoria tentationis, quæ non omnibus contingit, non defectu gratiæ sufficientis exhibiti, aut parati, si petatur, sed ex solordia, vel malitia non cooperantis, aut non petentis: atque ille exitus est, quem oramus, nobis evenire, petendo auxiliùm congruum, cui præscit Deus nos consensuros, victoriamque de tentatione relatuos. Denique ut meridiana luce clarius constet. Augustinum ab Henrici sententia toto celo abesse audite illum lib. 3 de libero arbitrio Cap. 19 questionem de qua agimus tractantem, et pro nobis apertissimè resolventem: Hic occurrit, inquam, illa questio, quam inter se murmurantes homines rodere consueverunt, qui quodlibet aliud in peccando, quam se accusare parati sunt. Dicunt enim, si Adam, et Eva peccaverunt, quid nos miserè fecimus, ut cum ignorantis cæcitate, et difficultatis { id est concupiscentis } cruciatibus nascere mur: et v. exarremus, nescientes quid nobis esset faciendum; deinde ubi nobis inciperent aperiri præcepta justitiæ, velimus ea facere, et renitente carnalis concupiscentis, nescio qua necessitate non valexemus.

Huic objectioni, et querelæ, non respondet, ut vult Henricus, sufficere ad peccandum, quod illa necessitas ex Adamis culpa fluxerit, licet auxiliùm sufficiens desit nec impetrari possit: sed contrarium planè dicit his verbis: quibus breviter respondetur, ut acquiescant, et adversus Deum murmurare desistant. Rectè enim fortasse querentur, si exoritur, et libidinis nullus hominum victor existeret. Cum vero ubique sit præsens, qui multis modis peccatorem sibi Domino servientem, aversum

11 sum vocet; doceat credentem, consoletur sperantem, di-
 11 ligentem exhortetur, coramtem adjuvet, exaudiat de-
 11 precantem; non tibi deputatur ad culpam, quod invi-
 11 tus ignoras, sed quod negligis quæere quod ignoras, nec
 11 illud, quod vulnerata membra non colligis, sed quod
 11 volentem sanare, contemnis.

Obicies 3^o. ex Henrico Cap. 3 I. 6. 8.

Nam si lex ut obliget: Paulus Cap. 2 ad Galatas im-
 pugnat Judæos agnoscetes propriam justificationem
 ex lege veteri, et sic arguit. Si lex justificat: ergo Christus
gratis mortuus est. Quæ ratiocinatio eandem vim habet
 contra nos: nam si per legem, et gratiam sufficientem,
 quam non amisit homo per peccatum. Adz absolute
 poterat totam legem implere. ergo Christus Dominus gra-
 tis mortuus est. Si dicatur Christum hominem ve-
 nisse, ut abundantiori gratia natura humana fulci-
 retur: ergo Christus Dominus mortuus est, ut faci-
 lius possemus ex donis gratiæ ipsius implere legem,
 quam tamen licet difficilius implere poteramus per
 gratiam sufficientem etiam absque ipsius Redemptionis
 morte. Hoc vero falsum est, quia Christus Dominus
 non est passus mortem, ut homines facilius, sed ut
 simpliciter obtinerent justificationem, quam per legem
 obtinere non poterant: ergo si mors Christi Domi-
 ni fuit absolute necessaria ad salutem, fatendum
 est homines ob peccatum Adz amisisse gratiam
 sufficientem, qua possent legem implere, et justifica-
 ri. Nego hanc ultimam consequentiam: quia poten-
 tia sufficiens ad bene operandum non tollit neces-
 sitatem Redemptionis: cum enim nullum opus bo-
 num primum hominis etiam justus possit de condigno
 mereri justificationem, nec preterea exhibere possit
 æqualem satisfactionem pro offensa Deo irrogata,

idcirco indignum genus humanum redemptione, et morte Christi Domini, per quam satisfactum est conditioni debito peccati. Itac de causa, licet pura creatura potuerit de congruo mereri remissionem peccati, sicut etiam in multorum sententia potuerunt Sancti Patres mereri incarnationem, quia tamen quidquid datur intuitu meriti congrui est donum simpliciter liberale: hinc fit, ut creatura sit simpliciter impotens per sola propria bona opera (ut falso censebant Iudæi de operibus per quæ legem veterem adimplebant) justificari nisi per Christi Domini mortem exhibeaturs adæquata satisfactio de rigore justitiæ.

Mirum uero ad probandam hanc impotentiam testimonium Augustini contra Pelagianos, et Massilienses, qui certe ab eo non impugnantur ob concessas homini vires naturales ad observantiam mandatorum naturalium (nam de hoc puncto nulla fuit cum illis disputatio) sed ob concessas vires naturales ad merendam gratiam adoptionis, et regni cælorum, ad quod obtinendum demonstravit S. Doctor auctoritate sacæ scripturæ naturam se sola esse impotentem, ac proinde indigere auxilio supernaturali gratuito, quod valeat per opus bonum à gratia sanctificante dignificatum mereri vitam æternam.

Reliquis objectionibus fit satis,
 Obi an, et qualiter detur omnibus obduzatis
 auxiliū sufficiens?

Et quoniam adit hominū lapsi potentia ad vitanda
 omnia peccata mortalia,
 et venialia?

Caput 7^m

Objicies 4^o. potest Deus in poenam peccati persona-
 lis privare hominem potentia sufficiente ad vitan-
 dum peccatum: ergo etiam in poenam peccati origina-
 lis. Distinguo antecedens: potest privare hominem
 dicta potentia sufficiente, et simul imputare illi ad no-
 vam culpam transgressionem ex ea ortam, nego (quia
 ut recte ait S. Thomas in 2^a dist. 25 a 5 corpore: sine
libertate à coactione, et necessitate peccatum imputari
non potest) non imputando illi ad culpam novam
 dictas transgressionem, permitto, eademque distinctione
 nego, aut concedo consequentiam.

Distinctionem hanc ideo adhibui, quia
 sunt aliqui Theologi presentim ex Thomisticis (quos
 relatos sequitur Godoy disp. To I. 1. et 2) qui, licet pro-
 ter auxiliū efficax fateantur dari sufficiens in sta-
 tu naturae lapsae (in quo differunt à Jansenio, et asse-
 ctis) et similiter quamvis cum ceteris Theologis tene-
 ant non negari omnibus reprobis auxilia sufficien-
 tia ad salutem, sed potius illa omnibus universim
 concedi, quoties in stat tentatio ad malum, vel obliga-
 tio ad bonum, uaqueve quodcumque præceptum na-
 turale, divinum, vel ecclesiasticum, in quo certe dissi-
 dent ab Henrico. Licet, inquam, ista doceant, atque

adeo nobiscum circa punctum cum Henrico contro-
versum sentiant, putant nihilominus quosdam
interdum in penam precedentium peccatorum des-
titui sufficientibus gratiæ auxiliis per aliquod sal-
tem tempus, et spatium vitæ et in exemplum addu-
cunt eos, quos post gravia peccata Deus iuxta
phrasim Scripturæ induat, excusat, despicit, disse-
rat, ut Pharaonem, Esau, Antiochum, Judæos per-
vicaces, et similes: eodemque modo dicuntur de
illis infidelibus, ad quorum aures prædicatio Evange-
lii non pervenit, afferuntque pro se nonnulla Au-
gustini, aliorumque Patrum testimonia.

Verum enim vero Authores isti
longè absunt ab Henrici sententia, nam plane fa-
tentur, eos omnes peccatores, quibus in penam suo-
rum criminum subtrahitur gratia sufficiens, non
peccare de novo, nec eis ad culpam imputandi opera
mala, quæ pro statu illius terribilis desertionis
perpetrant. Contra vero Jansenius, et Henricus
eos faciunt reos novi peccati, quia illa impoten-
tia ex peccato primi parentis nascitur. Unde eis
minime favent testimonia, quæ pro se afferunt alle-
gati Authores ex Augustino, et Thoma: utæque
enim eos homines à nova culpa excusant.

Augustinus sane in expositione
quarundam propositionum ex Epistola ad Roma-
nos numero 62 loquens de Pharaone sic ait: Non
„ ergo hoc illi imputatur, quod tunc non obtempera-
„ verit, quando quidem obdurato corde obtemperare
„ non poterat, sed quia diuinum se præbuit, cui con-
„ obduraretur præcedenti infidelitate. Similiter loqui-
„ tur de illis, ad quos prædicatio Evangelii non per-
„ venit, ait enim Epistola 105 in illis, qui non audierunt
„ rec

„ nec potuerunt, pœna peccati est non credere, non autem
 „ peccatum. Idem docet S. Thomas 2.2. q. 10 a 1. corpore
 „ hęc verbis: Si autem infidelitas accipiatur secundum
 „ negationem, sicut in illis qui nihil audierunt de fide, non
 „ habet rationem peccati, sed magis pœnæ, quia talis igno-
 „ rantia divinum ex peccato primũ parentis conse-
 „ quuta est.

An autem hęc sententia Thomis-
 tica vera absolute sũt, et à Sanctis Augustino, et Tho-
 ma in sensu ab eis intento doceatur, parum ad præ-
 sentem cum Henrico concertationem refert. Brevitè,
 nihilominus dico, quoad illos, qui inducati, et exco-
 dicantur, non negari eis penitus gratiam sufficientem,
 quamdiu sunt in hoc statu viũ, sed semper Deum ita
 se gerere cum adultis, ut resursum ita relinquat, quin
 aliquando opportuno tempore tangat cor ejus, ita
 ut possit cooperari, et se disponere, vel ad remissio-
 nem peccati, vel saltem ad aliquod donum gratiæ,
 quo paulatim perveniat ad ultimam dispositionem.
 Sententiam istam mirifice illustrat Mozaynes in
 Anti-Jansenio disp. 25 sect. 1 n. 8 dicens, esse com-
 muni inter Theologos, quos apud ipsum videri
 licet.

Quoad infideles vero Deum, quan-
 tum in se est, paratum esse ad vocandum, et illu-
 minandum omnes: unde quicumque ex parte sua
 non posuerit impedimentum peccando, defacto illu-
 minabitur, et vocabitur, vel exterius per homines
 Deo ita disponente res humanas, ut id sine mira-
 culo fieri possit, vel certe interius illuminando mi-
 nisterio Angelorum, quod omnino miraculosum non
 est, sed pertinens ad supernaturalem providentiam, quæ
 ad omnes defacto extenditur, ut satis clare colligitur

ex Augustino lib. 4 ad Simplicianum q. 2.

Si quis vero dicat, hoc ipsum, id est non ponere impedimentum non esse in potestate hominum hominum. Respondendum est, ad hoc certe iuvantur à Deo per aliquam providentiam gratiæ, per quam tamen si non eleventur ad operandum aliquid supra naturam, juvantur saltem ad non violandam legem naturæ, et resistendo huic gratiæ indigni fiunt altioris: quod si hac uterentur, licet operibus naturalibus non mererentur supernaturalem vocationem, nec ad illam positivè se disponant, saltem eam non impediunt, et sic opportuno tempore eis daretur sufficiens vocatio. Sententia ista sic expressa est Angelici Preceptoris q. 14. de verit. a. 11 ad 1.^m et 3.^o contragentes Cap. 159.

Si quis vero dicat cum Godoy (quem certe mirum est, non advertisse hac impugnatione doctrinam locis nunc allegatis ab Angelico Doctore traditam impugnari) hinc sequi, eis hominibus omissionem fidei imputandam fore ad culpam contra Augustinum, et S. Thomas docent: siquidem opponendo impedimentum peccati sua culpa carent gratiæ sufficienti ad credendum, quod sufficit, ut eis imputetur non credere. Respondetur hoc verum esse, quando adest aliqua advertentia legis obligantis ad credendum, vel dubium de illa, et quis noscit, se habere in sua potestate proxima auxilium, aut certe non defuturum, nisi ipse impedimentum apponat: secus vero quando nec advertit, aut dubitat circa obligationem legis ad credendum, nec ullomodo noscit auxilium sufficiens ad fidem in sua potestate quodammodo constitutum esse aut illo non cariturum, nisi impedimentum apponat: qualiter infidelibus, de quibus loquimur, contingit, similiterque obduratis. Sed de his consulite prælaudatum Morayre dicta disputat. 25 copiose omnia ex sacra pagina et

et Sanctis Patribus exponentem.

Objicies 5.^o Patres docent, naturam esse impotentem ad vitandas tentationes graves non solum collectivè, sed etiam distributivè: at hæc impotentia est in pœnam originâlis: ergo ex vi istius contrahit impotentiam ad non peccandum. Objicitur, ex impotentia, quam habet homo ad vitanda omnia venialia. Respondeo, majorem sumptam sine limitatione ulla esse rejiciendam tanquam propositionem Michaelis Baii, qui admisit in homine lapso impotentiam simpliciter ad resistendum tentationi, nec propterea nocentem libertati, quia consequitur ad originâle: id colligitur ex propositione 38, 40, 62, et 63. Ratio vero negandi est, quia ex doctrina S. Thomæ in 2.^m dist. 28 a 5 corpore. Sine libertate à coactione, et necessitate peccatum imputari non potest: aperte autem loquitur de libertate personali, et non precise in capite: unde licet fateatur ignorantiam divinum in infidelibus, qui Evangelium non audierunt, ex originâli peccato provenire, tamen quia illa destruit libertatem personalem ad credendum non à coactione, sed à necessitate negationem fidei in illis hominibus excusat à peccato.

Duo insuper cum eodem S. Doctore dist. 28 q. 1. a. 2. corpore, et ad 2.^m adesse hominibus lapso existentibus in peccato, potentiam vitandi omnia mortalia distributivè, ut omnes concedunt, et insuper potentiam saltem remotam vitandi collectivè omnia mortalia, non vero omnia venialia, quia hoc privilegium soli Christo Domino, et B. ejus Mariæ tribuendum esse docet q. 24 de verit. a 12 ad 3. Admitto etiam in prædicto peccatore potentiam sufficientem remotam, sive naturalem ad observantiam præceptorum naturalium, sive supernaturalem ad observantiam præceptorum supernaturalium per actus meritorios de congruo. Duxor: quia hæc explicatio ex una parte melius salvat libertatem arbitrii, et commendat suavem divinæ providentiæ

ordinem, per quam non obligatur homo ad resistendum
tentationi, quæ sit supra vires sufficientes tentari juxta
illud: Fidelis Deus, qui non patietur tentari vos supra
id quod potestis: ex altera vero parte non contradicit Pa-
tribus solam potentiam sufficientem proximam, et operan-
tem faciliter negantibus, non vero omnem sufficientem
etiam remotam.

Si dicas, S. Thomam retractasse eandem
sententiam quoad eam partem de potentia vitandi omnia
peccata mortalia collective, ut constat ex 1. 2. q. 103 a 8, et
q. 24 de veritate a 12 corpore, et 3.º contra Gentes Cap. 160
prout volunt Ferrara, ibi S. Advertendum autem: et etiam
Cayetanus; ut hinc videas non esse insolitum celebrioribus
Thomistis ad has S. Doctoris retractationes confugere, cum
tamen si hoc ipsum ab aliquo ex nostris asseratur, illico
in ipsum insuaquant tanquam in hominem profuso irre-
verentem. Si hoc, inquam, dixeris, dico ego, S. Doctorem
id absolute non retractasse, si bene intelligatur; nam dicit,
non posse hominem peccatorum non quidem absolute, sed
diu, et longum ad tempus resistere tentationibus gra-
vibus, quia per peccatum aversus est à bono incommuta-
bili, et conversus ad bonum commutabile: posse vero in
statu gratiæ, per quam iterum ad bonum incommuta-
bile convertitur: atque adeo sentit hominem in statu
peccati habentem vires ad recuperandam gratiam habe-
re simul vires ad vitanda omnia mortalia collective,
quia eas vires adquirere potest adquirendo statum
gratiæ.

Ratio est, quia habens potentiam
ad positionem mediæ connexi cum fine, habet potentiam
ad finem: at peccator habet potentiam sufficientem ad
resipiscendam, cum quo connectitur recuperatio gratiæ
sanctificantis ex promissione, et misericordia divina: ergo, ^{habet}

habet potentiam sufficientem saltem remotam, et mediatam vitandi diu omnia peccata mortalia: nam hęc potentia iuxta S. Doctorem connexa est cum statu iustitię. Hęc est opermana eius mens, proptereaque falso putata a Thomistis supra allegatis sententiam mutasse. Inane merito eos rejicit Bolibar tract. de gratia Dei, dubio 12 S. 5 licet alio modo (qui certe mihi nullatenus placet) sententiam S. Doctoris exponat. Ad confirmationem dic, esse discrimen inter venialia, et mortalia: quia ut ait idem Angelicus dicta dist. 28: Quod non possumus omnia peccata
 ,, venialia vitare, sed singula, est precipue propter paucos,
 ,, ad quos non requiritur deliberatio consensus, sed sunt
 ,, quidam motus subiti, inde dum homo unum vitare nititur,
 ,, ex alia parte alius motus insurgit. Sed peccatum mortale
 ,, requiritur consensus determinatum; unde si potest vitare hoc, vel illud, potest eadem ratione vitare omnia.

Objicies 6. Nos amisimus ex originali quidquid recuperavimus per Christum; sed ex merito Christi recuperavimus potentiam sufficientem ad non peccandum: ergo eam amisimus ex originali. Nego minore; quia licet Verbum non fuisset incarnatum, habuissent homines vires sufficientes ad bene operandum, et poenitentiam agendam, quamvis omnino insufficientes ad recuperandam iustitiam, et gratiam sanctificantem deperditam per peccatum. Sic homo peccans in pura natura non posset pro peccato satisfacere, nec de condigno mereri recuperationem amicitię Dei, ut Authorem naturalis, posset tamen actus honestos naturales elicere.

Ratio est; quia potentia ad bene operandum non convertitur cum potentia ad recuperandum statum amicitię: cum ad hoc secundum requiratur

meritum, et satisfactio condigna personæ merentis, aut satisficientis, quæ non reperiuntur in puro homine respectu Dei offensi, et infinite digni. Nec ex dictis inferas, potentiam sufficientem ad bene operandum, et non peccandum defacto non dari ex meritis Christi Domini: hoc enim absolute falsum est. Tum quia defacto potentia sufficiens ad bene operandum, et non peccandum, et simul sufficiens ad recuperandum statum justitiæ: hæc vero sufficientia aliunde provenire non potest, quam ex meritis infinitis Christi Domini. Tum etiam quia quod sufficientia ad bene operandum, et non peccandum secundum se sumpta exstitura esset etiam deficientibus Christi Domini meritis, minime probat, quod defacto ex Christi Domini meritis non deest gratia: sicut etiam defacto Christi Domini incarnatio deest in remedium peccati, et tamen eo deficiente juxta probabilem sententiam exstitura esset.

Ad calcem libet vobis tradere brevissimè summam eorum, quæ circa gratiam sufficientem verosimiliter tenenda sunt. Primum tenendum est in statu naturæ lapsæ dari omnibus adultis, etiam infidelibus gratiam sufficientem, qua possint proximè, vel remote salutem consequi. Ita communissima Catholicorum opinio, pro qua clamat innata ratio, neminè, scilicet, deesse media necessaria ad finem, quem tenetur consequi. Insuper suadet dogma Catholicum de universalitate mortis Christi Domini pro omnibus, quod sanè contra Jansenium definitum est.

Secundo tenendum est, illis, quos scriptura vocat excruciatos, et obduratos, non deesse gratiam sufficientem, qua possint proximè, vel remote ad justificationem pervenire; quando quidem pro eo miserabili statu

Statu imputantur illis ad novum peccatum, mala quae faciunt. Quamobrem ipsi obstinatissimis Judicis, imo Pharaoni obduratorum principi, denegare gratiam sufficientem, quamdiu fuerunt in via, novaque peccata commiserunt diutius esse existimo. Celebris est Augustini locus in Psalm. 7 Quisque, inquit, in excitationem datus, prexit ab interiori luce secluditur, sed nondum peritiss, dum in hac vita est.

Tertio tenendum est, omnem hominem justum habere per gratiam non tantum potentiam physicam, sed etiam moralem (sicut est potentiam excludentem eam operandi difficultatem, quae fundet iudicium moraliter certum de lapsu) ad servanda omnia, et singula divina mandata, quae obligant sub peccato mortali, ac proinde ad vincendam quamcumque gravem tentationem. Nam sicut conceditur haec potentia, maxime homini justo concedi debet. Et sane esset intolerabile iugum divinae legis, et filii, et haeredes, amicique Dei non possent moraliter salutem consequi observando divinam legem.

Quarto tenendum est, posse hominem justum vitare omnia, et singula peccata venialia: posse, inquam, physice, ac non posse moraliter vitare per auxilia ordinaria, quae justis dantur. Est et fide, ut constat ex Cap. 7 Eccles. ubi dicitur, Non est homo justus in terra, qui non peccet. Similiter Tridentinum sess. 6 can. 23 ita definit: Si quis dixerit hominem iustificatum posse in tota vita omnia peccata venialia vitare, nisi ex speciali privilegio, ut de Beata Virgine dicitur, anathema sit: Hanc autem impotentiam moralem esse, et non physicam catholici omnes fatentur.

Quinto tenendum est, justos habere

potentiam perseverandi per auxilia eius concessa, sed perseverantiam actualem non habere sine gratia speciali Dei. Hoc certe donum perseverantię petere, et impetrare possumus, at mēxi de condigno non possumus, etiam dum iusti sumus. Totum hoc aperte colligitur ex Tridentino sess. 6. cap. 13.

Sexto tenendum est, peccatorem, si diu vivat, habere sepius in vitam gratiam sufficientem ad conversionem; quam tamen si diu differat, non habet de lege ordinaria potentiam moralem vitandi novum peccatum juxta illud Gregorii lib. 25 Moralium cap. 9 Peccatum, quod per penitentiam non deletur, suo pondere mox ad aliud trahit.

Denique certissimum est peccatoribus adultis fidelibus, et infidelibus dari gratiam sufficientem, qua possint ad justificationem pervenire, quoties tenentur ad conversionem, et usque preceptum juxta illud Tridentini sess. 6. cap. 12. Deus impossibilia non jubet. Circa pueros vero in utero materno morientes gravior est difficultas, an scilicet illis Deus paraverit remedium sufficiens? Hęc vero questio commodius decidetur in capite sequente.

Concluditur materia capitis precedentis.
Obi qualiter unum peccatum sit alterius pena?

Et quomodo provideat Deus parvulis remedium sufficiens ad salutem?

Capit. 8.

Obi 7. Patres et præsertim Augustinus docent, unum peccatum esse penam alterius, at pena non est voluntaria.

voluntaria, et libera in se, sed in causa, ex qua oritur, nec sustinetur voluntariè à deo cum potentia ad illam habendam, vel non habendam; ergo peccata posterorum, quæ permissa sunt à deo in penam patris transgressionis non afferunt in peccante potentiam sufficientem ad ea vitanda: aliter daretur potentia ad vitandam penam contra rationem penæ. Pro solutione suppono 1. aliud esse dari in penam amissionem libertatis, seu potentie sufficientis, aliud vero dari in penam ipsum peccatum. Primum manifestè tollit secundum: nam si amissio sufficientis datur in penam, tunc non erit peccaminosa ipsa transgressio ob defectum libertatis: ac proinde tunc non dabitur in penam, peccatum, quod jure tale sit. Implicant ergo in terminis arguentes, dum ex una parte dicunt, novum peccatum dari in penam, et ex alia contendunt, ablatam quoque esse in penam potentiam sufficientem ad illud vitandum.

Suppono 2. cum S. Thoma locis paulo post allegandis, unum peccatum non posse esse immediate, et per se penam alterius. Tum quia velle penam non est malum, sed honestum: contra vero, velle culpam est inhonestum: tum quia per voluntariam assumptionem penæ satisfacimus deo: per peccatum vero tantum abest, ut quis satisfaciat, quin potius non satisfactionis sit debitor. Tum quia omnis pena est objectum per se intentum à justitia punitiva, de quo intelligitur illud Isaïæ: Non est malum in civitate, quod non fecerit Dominus: peccatum vero sicut non intenditur à deo, quem Patres agnoscunt ultorem, non auctorem peccati, sic nec habere potest rationem penæ. Tum quia pena ordinatur ad puniendam, non ad reiterandam transgressionem legis, et ad removendum subditos à peccando: ergo cum peccatum essentialitè sit transgressio legis,

nequít esse poena: alíter non tam puniretúr transgressio, quam reíteraretúr, nec desínerent subdítí vulnere axe legem, sed novum potius vulnus ínferrerent, cum peccatum ex Jurístis vulnus legis appelleretur.

Inapropíter sí in humanis nullus júdex una transgressione alíam punit: nec eí, qui alíum alapa percussít, imponít pro poena, ut nova eum alapa reípercutíat, quanto mínus supremus, et equíssímus júdex pro poena unius peccatí ínfliget alíud, alíoquí sí míl' nollet, et vellet súz legis violationem, dum ex una parte vellet violationem ínflictam, ut poenam, et ex alítera nollet eam violationem pro qua poenam ínfliqít juxta illud essatum: Nemo est auctor cuius est ultor.

Tum denique a priori: quia omne peccatum est essentialíter voluntarium: ergo non est poena, quz ut talis potius est involuntaria, et coacta respectu patientis, ut aít S. Thomas 1.2. q. 87 a 2 corpore. Dixít poenam non esse de se voluntariam, quia díct posít reus voluntarié illam acceptare, ad illum tamen non attinet, illam sibi taxare, et determinare, esseque illius prícipuum auctorem: hoc enim non ad reum, sed ad júdicem spectat. Quamvis vero omnes poenz supponant culpam (qua ratione nequít S. Thomas in 2. dist. 36 q. 1 a 4 ad 2. Poena, quam sustinuit Christus Dominus supposuit culpam in natura juxta illud propter peccata populi mei percussit eum) nihilominus peccata, si per impossibile essent poenz, non posent acceptari, aut íntendi, quia cessaret predicatum honestatis, a qua desumunt acceptabilitatem.

His prímíssis distinguo majorem, docent, unum peccatum esse poenam alíerius ímmediate, et ratione súz, nego: ratione permissiois, et privationis auxilií efficacis, concedo; hoc enim ultimum asseritur expresse

expresse ab Angelico Doctore allegata dist. 36 q. 1 a 3 corpore, et 1. 2. q. 87 a 2. Similiter Augustinus ait, carentiam adiutorii dati Adamo esse in posteris poenam originalem, non vero peccata ipsa personalia. Quod si S. Doctor, aliique Patres asserunt non semel, inordinatum animum esse sibi poenam, hoc dicunt, non quia putent, inordinationem ipsam esse poenam, sed quia est radix poenae, scilicet, afflictionis, displicentis, et aliorum malorum, quae a peccato proveniunt. Videtur Angelicus Doctor locis super relatis, ex quibus sumenda est explicatio aliorum locorum ejusdem S. Doctoris, in quibus asserit, unum peccatum esse alterius poenam.

Obicies denique: parvulus interdum nequit Deus remedia sufficientia ad salutem, ut accidit his, qui in matris visceribus moriuntur, et illis etiam, qui in ea occasione, et dispositione nascuntur, ut paucisquam possit aqua inveniri, vel Minister vocari, decedant: at hoc solum potest esse in poenam originalem, cum in eis nulla culpa personalis sit: similiter ergo discurrendum de adultis.

At paritas ista quantum attinet ad intentum Henrici nulla est: ex eo enim, quod adulti aliqui in poenam originalem priventur potentia sufficienti ad non peccandum, aperte sequitur, ut ostensum supra est, quod transgressionibus personales eis ad culpam imputabiles non sunt, atque adeo quod propter peccata personalia iuste non puniantur: quae sane omnia ratione sunt, at ex eo quod parvulus aliqui in poenam originalem destituti sunt omni remedio sufficienti, memorata super inconvenientia non sequuntur, ut est manifestum: ergo non sequitur quod utrobique eodem modo discurrendum.

An vero sit absolute verum, quod assumitur, certo non constat, sed valde apud Catholicos con-

trouentur. Quidam allegati ab Eximio Doctore in presenti lib. 4. n. 3 asserunt, Deum positive, et ex se noluisse plures infantes salvare: unde verba illa Pauli, Sunt omnes homines saluos fieri limitant ad adultos, quia statim subdit Apostolus, et in agnitionem veritatis venire, quod non nisi adultis conuenire potest.

Sed bene hoc rejicit Eximius ex Augustino lib. 4. contra Iulianum Cap. 8 ubi paulo post initium sepius repetit. Pauulos, qui cum baptismo decedunt, venire in regnum Dei, ubi est cetera veritatis agnitio, et ad eos etiam pertinere memoratam sententiam Apostoli; qui post pauca diserte hoc extendit ad omnes omnino pauulos, dicens: Numquid aut homines non sunt, ut non pertineant ad id quod dictum est omnes homines? Refelluntur parterea ex ipso Apostolo, qui voluntatem de omnium salute {ut D. Thomas aduertit ibi lectione 1.^a} probat verbis sequentibus. Unus enim Deus, unus et Mediator Dei, et hominum Christus Jesus, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus: sed certissimum est, Christum Dominum esse Redemptorem omnium, tam pauulorum, quam adultorum: ergo omnes profus vult saluos fieri.

Denique quia frequens loquendi modus Augustini, et Theologorum est, infantes baptizatos habitu credere, vel credere fide Ecclesie, vel fide parentum, ut fuse probat Bellarminus lib. 1. de Baptismo Cap. 11. propositione 3, et duabus sequentibus, elegantiaque confirmat Augustinus serm. 10. de verbis Apostoli. Hoc vero sufficit, ut pauuli dicantur, in agnitionem veritatis venire, non propria cognitione, et voluntate, sed aliena: quo utique fundamentum istorum Authorum corruit.

Dicendum igitur Deum ex parte sua

sua his infantibus voluisse salutem gratiam, atque adeo providisse illis omnibus absque ulla exceptione, media ex se sufficientia, ut salventur, quamvis interdum ex defectu causarum secundarum non possint aliquando proximè applicari: unde talia media per accidens, et præter divinam intentionem redduntur solum remote sufficientia, seu applicabilia. Ita Eximius Doctor loco citato numero 4 ubi hanc ait, esse communiorē sententiam Theologorum, quam optime ipse toto illo capite persuadet: videturque eam aperte docere S. Prosper. lib. 2 de vocatione Gentium Cap. 20 alias octavo, ubi ita loquitur: Non inulgiōse arbitror credi, nec inconveniē-
 11 ter intelligi, quod isti paucorum dierum homines {infantes
 11 scilicet morientes brevi sine baptismo} ad illam pertineant
 11 gratiz partem, quæ semper univērsis est impensa nationi-
 11 bus, qua utique, si bene uterentur eorum parentes {vel alii,
 11 quibus incumbit curam illorum} exerceat etiam hi pex eos-
 11 dem jurarentur.

Sed opponit Vazquez, qui eorum sententiam tuetur 1 p. disp. 26 Cap. 2 Prosperum non loqui de infantibus, qui moriuntur in utero matris: de his enim non verificatur, quod sint homines paucorum dierum, nec quod potuerint à parentibus jurari. Contra, quia si fetus post aliquos dies, quibus informatus est anima rationali, moriatur, ex una parte est homo, aliter non contraheret peccatum originale, et ex alia vivit paucos dies: ergo verè de illo dicitur esse hominem paucorum dierum. Contra deinde, quia abortus, ut plurimum accidunt ex defectu parentum, licet non semper culpabili: nimium, vel quia cibo noxiis mater vescitur, vel immoderatis laboribus exercetur, vel improvise aliquo terræ concutitur, vel aliis innumeris causis, quas si caute parentes procederent, haud difficultè vitare possent. Unde non est, cur dictum Prosperum ad prædictos quoque infantes non extendatur: nam si bene parentes uterentur

gratias universalibus ordinis naturalis, temperanterque vivere, possent etiam juvare factum gratia baptismi supernaturali.

Quod vero Augustinus Epist. 105, et 107, aliisque locis relatis à Vazquez asserit hujusmodi pueris Deo nolente baptismum non dari, exponendum est, non de voluntate positiva, qua recusat, et impedit baptismi collationem, sed de voluntate negativa, qua permittat illum non conferri ex defectu causarum naturalium, vel liberarum: quas posset quidem vel determinare ad talem collationem, vel obstantes retrahere, ne collatio impediatur; iusto tamen suo iudicio nec causas liberas cogere, aut determinare vult, nec violentiam facere causis naturalibus, earumque activitatem impedire, ne suos effectus producant. Hoc vero non arguit, Deum non habere seivam voluntatem salvandi hos pueros, quantum est ex se, sed solum hanc voluntatem subordinatam esse providentiæ universali, qua absolute, et efficaciter statuit, causas liberas, aut naturales non impedire à suis effectibus, nisi preponderante majori bono, cuius modi non esset salus hujus, vel illius particularis.

Dices nihilominus: majus malum est æterna ruina creaturæ rationalis, cui debetur æterna felicitas, quam esset retardatio cujus ad tempus causarum naturalium: ergo si Deus sincere vellet omnium salutem, preponeret collationem baptismi talibus infantibus causæ causarum naturalium. Nego absolute antecedens, quod duntaxat esset verum, si fieret comparatio unius causæ particularis cum alia, non tamen verum est, si fiat comparatio unius causæ particularis cum complexo causarum universalium, ut constituentium naturam. Cum ergo bonum

totius

totius sit prescribibile, ideo Deus ad conservandum bonum totius universitatis rerum, permittit malum etiam exterminum alicujus creaturæ rationalis, licet sibi displiceat, et quantum est ex se illud nolle.

Dices iterum: hunc casum naturalium causarum esse à Deo volitum, et præordinatum: at ex illo sequitur decensus parvuli sine baptismo: ergo hic decensus à Deo etiam est volitus, præordinatus. Distinguo majorem: cuius causarum naturalium est à Deo volitus ad bonum universi, concedo; ad malum alicujus, nego majorem: et distinguo minorem: ex illo sequitur decensus parvuli sine baptismo merè per accidens, concedo; per se, nego minorem, et consequentiam. Nam respectu cuius causarum naturalium, ut talium per accidens omnino evenit, quod hic parvulus, quando moritur, sit infectus originali peccato, cum naturales cause, earumque activitas, per se peccatum primum parentis, non supponant, ut est manifestum. Quare sicut homo intendens alterius hominis generationem, ex qua hic, et nunc sequitur, genitum infici peccato originali, non ideo dicitur intendere alterius infectionem, sed dumtaxat respectu illius merè permissivè se habere, quia scilicet generationi humanæ per accidens accidit, quod proles inficiatur macula originæ, et generatio secundum se propter honestum finem amari potest: sic in nostro casu.


Dices denique: illi soli provisum est remedium sufficiens ad finem, cui potest applicari: nemo enim dicit, fuisse provisum ergo remedium, quod licet existat, illi applicari non potest: at remedium regenerationis licet à Christo Domino institutum non potest multis parvulis applicari, ut expresse docet Augustinus Cap. 8 de natura, et gratia his verbis: Ego autem dico, parvulum natum in eo loco


„ ubi ei non potuit per Charitatis baptismum subveniri, mox
 „ te preventum idcirco talem fuisse, id est sine lavacro re-
 „ generationis exiisse, quia esse aliud non potuit.


Distinguo minoram: non potest mul-
 tis parvulis ex defectu se tenente ex parte Dei, nego:
 ex defectu causarum particularium, eorumve activitate,
 quam Deus retardare non tenetur, concedo minoram,
 et nego consequentiam. Inamvis enim ex defectu cau-
 sarum particularium possit aliquis ad talem statum
 redigi, ut non habeat potentiam proximam fruendi
 aliquo beneficio communi omnibus preparato à cau-
 sa universalis: non ideo talis impotentia universalis
 causæ est imputanda: nec inde bene arguitur, cau-
 sam universalem non habuisse seriam voluntatem,
 ut beneficio illo omnes fruerebantur. Sic si aliquis ab
 alio oculos exuat, illum certe impotentem proximè
 reddet ad fruendum luce solis, hanc tamen impo-
 tentiam nemo cordatus Deo imputabit. In Solem
suum omnia facit super bonos, et malos. Et ex se
 vellet ab omnibus videri.


Idem in nostro casu dicendum,
 scilicet, impotentiam, de qua in argumento non esse
 à Deo volitam, sed prae permissam. Inde vix non
 bene arguitur Deum ex se noluisse illos parvulos bap-
 tizari, sed solum noluisse impedire causas naturales,
 vel liberaas, ex quarum activitate, aut defectu conti-
 gît, quod mox abstulerit eos parvulos, quos inventos
 cum originali peccato non potuit non damnare, ius-
 titia id exigente. Hinc etiam patet responsio ad
 Augustini auctoritatem, quæ probat quidem in ali-
 quibus infantibus dari impotentiam proximam
 ad baptismum, non tamen ex directa ordinatione
 Dei, sed solum ex permissione. Verum est, quod
 potuisset

potuisset miraculose, ut interitum fecit, impedire activi-
tatem causarum naturalium, aut inordinacionem cau-
sarum liberarum, faciendo ne parentes deficerent in
generatione, et nutritioe foetuum; quia tamen ad hoc
non tenetur, et providentia universalis exigit, ne impe-
diantur causae secundae à suis motibus, ideo impo-
tentia illa proxima ad baptismum refundi
non debet in defectum divinae providentiae,
aut in carentiam voluntatis suae,
eos parvulos salvandi.









76.

PASTOR
Theologia
Ant. Janfen.

MS
Biblioteca de Santa Cruz
282